SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS PAPAE XIII

Allocutiones, Epistolae, Constitutiones.

ALIAQUE ACTA PRAECIPUA.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS PAPAE XIII

ALLOCUTIONES, EPISTOLAE, CONSTITUTIONES,

Aliaque Acta Praecipua.

VOLUMEN VII. (1897—1900.)



Typis Societatis Sancti Augustini,

DESCLÉE, DE BROUWER ET SOC.,

BRUGIS ET INSULIS.

MCMVI.

Sanctissimi Domini Nostri

Leonis divina providentia Papae XIII

Allocutiones, Epistolae, Constitutiones.

LITTERAE APOSTOLICAE.

DE PROVINCIA ECCLESIASTICA MONTIS VIDEI CONSTITUENDA.

14 APRILIS 1897.

Pro suo summi Pastoris officio Pontifex,

APOSTOLICI ministerii munus, quod pro universo catholico orbe Romano Pontifici maximopere incumbit, pastoralem illius movet sollicitudinem ut salubriori spirituali fidelium regimini et gubernio accurate prospiciat. Hinc Nos ut primum, divina disponente clementia, ad supremum catholicae Ecclesiae regimen fuimus assumpti Apostolici Nostri muneris curas ad ea semper direximus, eaque omni studio et sollicitudine procurare non destitimus, quae commissarum Nobis animarum utilitati ac spirituali bono novimus profutura. Quam quidem specialem sollicitudinem erga fideles Americae Meridionalis gerimus, spiritualibus eorum necessitatibus occurrentes, sive novas dioeceses erigendo, sive novas ecclesiasticas provincias constituendo.

multorum annuens precibus,

Quum igitur dilectus Nobis in Christo filius perillustris vir Iohannes Ydiarte Borda, Reipublicae de Uruguay Praeses, suo, et illorum Christifidelium nomine, vota ad hanc Apostolicam Sedem deferenda curaverit, ad hoc ut actualis Montis Videi Episcopalis Ecclesia et Sedes, in Archiepiscopalem et Metropolitanam Ecclesiam erigeretur, et ex quibusdam territoriis a peramplae eiusdem Ecclesiae subiectione divulsis, duae novae dioeceses erigerentur ; Nos, considerantes quod, provida Ecclesiarum Praesulum administratione, christiana respublica per ea loca magis roborari, atque fructuosius pro auctore fidei Domino Nostro Iesu

Christo florescere valeat, non haesitavimus piis eiusdem Praesidis precibus annuere, atque ita opportuniori rei sacrae procurationi in eadem regione providere. Habito itaque Venerabilis Fratris Mariani Soler, hodierni Montis Videi Episcopi consensu, eumque ratum acceptumque habentes, atque cunctis, quae in huiusmodi negotiis inspicienda sunt, maturo studio ac deliberatione perpensis, nec non omnes et singulos, quibus praesentes litterae favent, a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel caussa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, huius tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, motu proprio, ex certa scientia ac de Apostolicae potestatis plenitudine, ab hodiernis Episcopalis Ecclesiae Montis Videi dioecesi et territorio et a quavis praefati moderni et pro tempore existentis illius Antistitis subiectione, iurisdictione et superioritate, territoria, seu circumscriptiones civiles *de Salto*, *Colonia*, *Soriano*, *Flores*, *Rio Negro*, *Paysandu* et *Artigas*, nec non territorium civile vulgo *de Cerro Largo* appellatum, cuius caput est oppidum *Melo*, et alias circumscriptiones civiles vulgo *de Rivera*, *Tacuarembó*, *Durazno*, *Florida* et *Treinta y Tres* nuncupatas, cum omnibus in eis existentibus oppidis incolis et consuetis accessoriis, ad hoc ut ex praefatis circumscriptionibus civilibus duae novae et distinctae constituantur, ut infra, EpiscopalesSedes, Apostolica auctoritate, perpetuo seiungimus et dismembramus, ac eximimus et liberamus. Ecclesiam autem Montis Videi (sublato ei privilegio, quo ad praesens usque fruebatur, immediatae subiectionis erga Sedem Apostolicam), et in ea titulum denominationem, naturam et essentiam Cathedralitatis, eadem Apostolica auctoritate perpetuo pariter supprimimus et extinguimus: illisque sic suppressis et extinctis, novam ecclesiasticam provinciam constituendo, eamdem Montis Videi Ecclesiam ad Archiepiscopalis et Metropolitanae Ecclesiae gradum et fastigium simili auctoritate pariter perpetuo extollimus, ipsamque in Archiepiscopalem et Metropolitanam, cum omnibus et singulis iuribus, privilegiis,

consensumque Montis Videi Episcopi ratum habens, disjungit ab ipsius dioecesi sub consueta forma

quaedam territoria ex quibus duae novae constituantur dioeceses,

Ecclesiamque Montis Videi cathedralem in Metropolitanam erigit, et novae provinciae ecclesiasticae praeficit,

ejusque privilegia

praerogativis, et honoribus aliis Metropolitanis Ecclesiis de communi iure competentibus, erigimus et constituimus ; et in hac Ecclesia Sedem, Cathedram et dignitatem Archiepiscopalis, perpetuo ponimus et fundamus pro uno deinceps Antistite, Archiepiscopo Montis Videi nuncupando, qui eidem Metropolitanae Ecclesiae, illiusque Capitulo, clero et populo praesit, nomen, titulum et praeeminentiam Archiepiscopi Metropolitani prae se ferat, ac iura in eius, ut infra, designandos suffraganeos exercere possit, et usum habeat crucis, nec non sacri Pallii, aliorum Archiepiscoporum more, postquam tamen hoc ab Apostolica Sede in Consistorio Pontificio postulatum fuerit et impetratum, nec non honoribus, facultatibus, privilegiis, praeeminentiis, gratiis, favoribus, indultis, ceterisque, quibus alii Archiepiscopi Metropolitani in America Meridionali de iure, usu et consuetudine potiuntur et gaudent, pariter potiri et gaudere possit et valeat. Dictae autem Montis Videi Ecclesiae in Metropolitanam, ut praefertur, erectae, pro sua propria et peculiari dioecesi territoria civilia, quae vulgo *Monte Video*, *Canelones*, *San José*, *Minas*, *Maldonado* et *Rocha* appellantur, statuimus et assignamus, ita ut ipsa civilem circumscriptionem praefatam integre complectatur. Memoratae insuper Cathedralis Ecclesiae Montis Videi Capitulum, illico, veluti ex nova erectione, ad Metropolitani Capituli gradum, titulum et honorem simili pari Apostolica auctoritate evehimus, ita ut ipsum proinde omnibus praeeminentiis, honoribus, iuribus, favoribus, gratiis, privilegiis, ceterisque omnibus, quibus alia in illis partibus huius generis Capitula ordinarie fruuntur et gaudent, pariter gaudeat et fruatur ; dicti vero Mariani Antistitis vota etiam in hoc benigne excipere volentes, duobus Canonicatibus de officio in eadem Metropolitana Ecclesia actu existentibus videlicet Poenitentiario et Doctorali, alios duos Canonicatus pariter de officio nempe Magistralem et Theologalem, adiungimus. Iamvero ex praefatis veteris Episcopalis Ecclesiae Montis Videi dismembratione et seiunctione, ut praefertur, peractis, duas novas Episcopales Ecclesias in eadem republica *de Uruguay* alteram videlicet *de Salto*, et alteram *de Melo*, respective nun-

14 APRILIS 1897.

et territorium,

necnon novum Capituli statum definit.

Duas novas constituit Dioeceses,

pro utraque designans civitatem episcopalem, territorium,

cupandas, auctoritate praedicta pariter perpetuo erigimus et instituimus ; oppida *de Salto* et *de Melo* iuxta canonicas sanctiones civitatis Episcopalis titulo et honore respective decorantes ; ac propterea Ecclesiae *de Salto* memoratas circumscriptiones civiles *de Salto, Colonia, Soriano, Flores, Rio Negro, Paysandu* et *Artigas*, Ecclesiae autem *de Melo*, praeter territorium civile *de Cerro Largo* appellatum, cuius caput, ut praefertur, est civitas *Melo*, alias civiles circumscriptiones *de Rivera, Tacuarembo, Durazno, Florida* et *Treinta y tres* nuncupatas pro suis respective dioecesibus addicimus et assignamus. Porro Ecclesiam in civitate *de Salto* in praesentiarum inchoatam et sancti Ioannis Baptistae honori dedicandam, et Ecclesiam Archangelo Raphaeli sacram in civitate *Melo* sitam, ad Cathedralitatis statum, gradum et dignitatem, praedicta Apostolica auctoritate, perpetuo item respective extollimus atque evehimus. Hinc in dictis Ecclesiis et civitatibus Sedem, Cathedram ac dignitatem episcopales perpetuo constituimus pro duobus Episcopis ab Apostolica Sede nominandis, altero videlicet *de Salto* et altero *de Melo* respective nuncupandis, qui praefatis Ecclesiis, civitatibus et dioecesibus respective praesint, Synodum convocent, sacram pastoralem visitationem peragant, omnia et singula munia, iura et officia Episcopalia habeant et exerceant, cum suis Capitulo, sigillo, arca mensa Episcopali atque cum omnibus et singulis Cathedralibus et Episcopalibus insigniis, iuribus, privilegiis, praeeminentiis, honoribus, favoribus, gratiis et indultis personalibus realibus, et mixtis, quibus aliae in America Meridionali civitates Episcopales, eorumque praesules de communi iure, non autem titulo oneroso, aut ex indulto, vel peculiari privilegio gaudent, vel gaudere poterunt in futurum. Interim vero, donec praefatae Ecclesiae sancti Ioannis Baptistae in civitate *de Salto* dedicandae molitio ad exitum deducta fuerit, praefatus Montis Videi Antistes designabit Ecclesiam quae loco Cathedralis habeatur. Ut vero in dictis Ecclesiis per Nos in Cathedrales, ut praefertur, erectis nihil desit decori et divinus cultus eo quo par est splendore exerceatur, iam nunc Capitula Cathedralia iuxta canonicas sanctiones in

Ecclesiamque cathedralem,

et nominandorum Episcoporum munia et jura describens.

Capitula erigit,

earum utraque perpetuo erigimus et instituimus, quae iisdem numero praebendis et dignitatibus constent, iisdemque gaudeant iuribus, praerogativis et privilegiis, quibus Capitulum Cathedralis Ecclesiae Montis Videi, antequam ea Sedes ad Metropolitanae Ecclesiae gradum et honorem eveheretur, constabat; ac respective legitime gaudebat et fruebatur. Quibus quidem Capitulis, ut primum fuerint constituta, pari Apostolica auctoritate facultatem facimus et impertimur ut ipsa statuta, ordinationes et decreta pro suo regimine et pro suorum respective munerum norma et observantia, iuxta sacrorum canonum et praecipue sacrosancti Concilii Tridentini praescriptiones, sibi conficere valeant, quae tamen ab unoquoque respective ordinario Antistite sancienda sint atque approbanda. Interim vero unusquisque Episcopus consilium sibi ex probatis et prudentibus ecclesiasticis viris assumat, quorum adiumento in maioribus expediendis suarum respective dioecesum negotiis utantur. Quum autem Nobis summopere curae esse debeat, ut adolescentes in sortem Domini vocati pietate et litteris imbuantur et ad sacras disciplinas erudiantur, volumus ut praedictis Episcopalibus Ecclesiis *de Salto* et *de Melo* modo communi sit usui cum praefata Metropolitana Ecclesia Montis Videi Conciliare illius Metropolitanae dioecesis Seminarium; ad quem finem a civili Montis Videi gubernio decem et octo millia pesos monetae illarum partium sunt assignata; ex quibus octo millia Archidioecesi Montis Videi persolvenda, et quinque millia unicuique ex memoratis noviter erectis dioecesibus *de Salto* et *de Melo* erunt attribuenda: confidentes ceterum quod, ubi res postulet, praedictum gubernium, initis cum ecclesiastica auctoritate consiliis, opportuna subsidia praebebit, ut in unaquaque praefata dioecesi Seminaria canonice et rite erigantur. Quod vero pertinet ad annua pecuniae subsidia pro dictarum, ut supra, noviter erectarum Episcopalium Ecclesiarum *de Salto* et *de Melo* mensa et dote quomodolibet necessaria, ad hoc ut illarum respective Antistites pro tempore existentes suam decenter tueri dignitatem et onera Episcopalia perferre valeant, congruum reditum, quod ex

14 APRILIS 1897.

ac de clericorum in Seminario institutione,

et Ecclesiae utriusque dote decernit.

publico aerario idem gubernium pro utraque respective Ecclesia statuit suppeditandum, unicuique perpetuo addicimus et attribuimus.

Novarum Ecclesiarum cum Metropolitana rationes definit,

Dictas autem sic erectas Ecclesias *de Salto* et *de Melo* in suffraganeas effatae Metropolitanae Ecclesiae Montis Videi subiicimus et submittimus; volentes tamen ut interim ordinaria illarum administratio, usquedum novi ipsarum Episcopi, per Apostolicam Sedem quamprimum nominandi, suae respective Sedis canonicam possessionem ceperint, penes Antistitem Metropolitanum Montis Videi existat cum omnibus et singulis facultatibus tam ordinariis, quam extraordinariis, quas ipse ab Apostolica Sede habet ad regimen Archidioecesis suae.

vultque documenta paroecias ipsarum spectantia, tradi earumdem Cancellariis.

Porro omnia et singula documenta ecclesiastica respicientia loca, ut superius, dismembrata, quaeque novis dioecesibus *de Salto* et *de Melo* sunt addicta, et in Cancellaria Metropolitanae Ecclesiae Montis Videi actu reperiuntur, ab hac extrahi, et Cancellariis dictarum novarum *de Salto* et *de Melo* Ecclesiarum respective tradi iubemus, ut in iis perpetuo asserventur.

Normam statuit sequendam in iis quae non sunt expresse hic definita, necnon in controversia de definitis forte oritura;

Volumus etiam quod ea omnia quae res, iura et personas ecclesiasticas respiciunt, de quibus expressa mentio in praesentibus litteris facta non est, firma et rata remaneant iuxta canonicas regulas et catholicae Ecclesiae disciplinam; quod si qua difficultas aut controversia quoad praemissa in iisdem noviter, ut praefertur, erectis dioecesibus oriatur, ea ad Apostolicam Sedem sit deferenda, quae, rebus accurate perpensis, prout de iure, decernet.

sibique reservat facultatem novam faciendi singularum dioecesum circumscriptionem.

Praeterea Nobis et Apostolicae Sedi reservamus facultatem novam tum *Montis Videi*, tum *de Salto* et *de Melo* dioecesum dismembrationem aut circumscriptionem libere faciendi, quandocumque id expedire in Domino visum fuerit, quin ullum in id vel Antistitum, vel Capitulorum assensum exquiri, aut territorialem compensationem constitui et attribui opus sit.

Taxam imponit singulis Ecclesiis,

Praescribimus tandem quod taxa dictae Ecclesiae Montis Videi, in Metropolitanam, ut praefertur, erectae, in aureis florenis sexaginta sex cum tertia alterius floreni parte, dictarum vero *de Salto* et *de Melo* novarum Cathedralium Ecclesiarum, in aureis similibus florenis triginta tribus cum tertia eiusdem floreni

14 APRILIS 1897.

parte sit, eaque in libris Camerae Apostolicae, et sacri Collegii Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium sic debeat inscribi. Cupientes vero praedicti Reipublicae de Uruguay Praesidis officiis et votis, quantum in Nobis est, obsecundare, dicto Mariano Soler Episcopo Montis Videi, ob praeclara eius merita et erga Apostolicam hanc Sedem obsequia, Archiepiscopi titulum, ita ut posthac Archiepiscopus Montis Videi ipse sit nuncupandus, conferimus, tribuimus et concedimus. Praesentes autem litteras et in eis contenta quaecumque nullo umquam tempore ex quocumque capite vel defectu, aut quavis ex caussa quantumvis iuridica, legitima, pia et privilegiata, etiam ex eo quod caussae propter quas praemissa emanarunt, adductae, verificatae et iustificatae non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut quopiam alio substantiali substantialissimo, inexcogitato et inexcogitabili, ac specialem et individuam mentionem et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo quod in praemissis eorumque aliquo, solemnitates et quaevis alia servanda et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite, colore, vel praetextu, aliave ratione, vel caussa etiam táli, quae ad effectum validitatis earumdem praesentium necessario forent exprimenda, notari, impugnari, invalidari, in ius vel controversiam vocari, aut ad viam et terminos iuris reduci, seu adversus illas quodcumque iuris, vel facti, aut gratiae vel iustitiae remedium impetrari, vel etiam motu, scientia et potestatis plenitudine paribus concesso et impetrato, quempiam uti, seu se iuvari posse in iudicio et extra illud, atque eas sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per quascumque litteras, aut Constitutiones Apostolicas, aut Cancellariae Apostolicae regulas editas vel edendas minime comprehendi vel confundi, seu comprehensas, aut confusas ullo modo censeri, sed semper ab illis excipi, et quoties illae emanabunt, toties in pristinum et validissimum statum restitutas, repositas ac plenarie reintegratas, ac de

et Episcopo Montis Videi titulum confert Archiepiscopi.

Praesentium litterarum auctoritatem vindicat

novo etiam sub quacumque posteriori data quandocumque eligenda concessas esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, et ita ab omnibus censeri ac firmiter et inviolabiliter observari, sicque et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, vel dignitate fulgentes, etiam caussarum Palatii Apostolici Auditores ac eiusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de latere Legatos, vice Legatos dictaeque Sedis Nuncios, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi potestate et facultate, iudicari et definiri debere, ac irritum quoque et inane decernimus, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

easque laudato Praesuli mandat exequendas.

Quocirca ut haec omnia a Nobis superius constituta suum plenum sortiantur effectum, memorato Venerabili Fratri Mariano Soler per ipsas praesentes committimus atque mandamus, ut ipse ad praemissorum omnium et singulorum exequutionem procedat, omnes et singulas ad id quomodolibet necessarias et opportunas ei impertiendo facultates, quibus ipse ad opus hoc explendum alteram probam idoneamque personam, in ecclesiastica tamen dignitate constitutam, valeat subdelegare, ita ut ipse Marianus Antistes, vel eius subdelegatus, possit definitive pronunciare super quacumque oppositione adversus praemissa quomodolibet oritura. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, ac Lateranensis Concilii novissime celebrati dismembrationes perpetuas nisi in casibus a iure permissis fieri prohibentis, aliisque etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque Conciliis editis, vel edendis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, indultis ac litteris Apostolicis quibusvis superioribus et personis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium praemissorum quomodolibet forsan concessis, adprobatis, confirmatis et innovatis, quibus omnibus et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, non autem

per clausulas generales idem importantes mentio, aut quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nil penitus omisso et forma in illis tradita observata inserti forent, iisdem praesentibus pro plene et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime et plenissime ac specialiter et expresse ad effectum praesentium et validitatis omnium et singulorum praemissorum, pro hac vice dumtaxat, motu, scientia et potestatis plenitudine paribus harum quoque serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod dictus Marianus Antistes infra sex menses authenticum exemplar decretorum omnium aliorumque, quae super hoc negotio illata fuerint atque peracta, ad Sedem Apostolicam transmittere teneatur. Volumus etiam quod praesentium litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo alicuius personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio et extra illud, quae eisdem praesentibus adhiberetur, si originaliter forent exhibitae vel ostensae. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae absolutionis, seiunctionis, dismembrationis, exemptionis, liberationis, suppressionis, extinctionis, elationis, erectionis, constitutionis, fundationis, statuti, assignationis, evectionis, adiunctionis, institutionis, addictionis, impertitionis, attributionis, subiectionis, statuti, reservationis, praescripti, collationis, tributi, concessionis, decreti, derogationis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

14 APRILIS 1897.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo nonagesimo septimo, decimo octavo calendas Maii, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

LITTERAE APOSTOLICAE

DE PRIVILEGIIS AMERICAE LATINAE.

18 APRILIS 1897.

Exponit Pontifex Ecclesiae laborum fructus uberrimos fuisse in America,

TRANS Oceanum Atlanticum ad alteram orbis partem divinae providentiae benigna dispositione per Christophorum Columbum aperto itinere, Ecclesia Dei multa ibi mortalium millia reperit, quos, ut suum munus atque opus erat, a latebris et fero cultu ad humanitatem et mansuetudinem traduceret, ab errore et superstitione ad communionem bonorum omnium, quae per Iesum Christum parta sunt, ab interitu ad vitam revocaret. Quod quidem salutare munus, ipso vivente adhuc repertore Columbo, ab Alexandro VI Pontifice Maximo decessore Nostro inchoatum, perpetuo caritatis tenore ita Ecclesia insistere perrexit, pergit, ut temporibus Nostris ad extremam usque Patagoniam sacras suas expeditiones auspicato protulerit. Campus enim spatio interminatus, cessatione ipsa atque otio ferax, si diligenter subigatur et colatur, fructus edit laetos atque uberes, cultorumque laboribus atque industriae optime respondet.

ac privilegia singularia ibi concessa fuisse operariis Domini; jureque merito Americam magna ex parte posse Americam Latinam dici;

Quamobrem Romani pontifices decessores Nostri nullo non tempore destiterunt ad Americae culturam novos operarios summittere, quos ut acrius elaborarent praestantioresque ab opere suo fructus demeterent, singularibus facultatibus et privilegiis auxerunt, atque extraordinaria auctoritate et potestate corroborarunt. Quibus freti Missionarii, lumine religionis catholicae per Americae regiones longe lateque diffuso, brevi interiecto annorum spatio, in iis praesertim locis ubi novi incolae ab Europa commigrantes, nominatim Hispani, domicilium sibi sedemque stabilem collocaverant, templa excitarunt, monasteria condiderunt, paroecias, scholas aperuerunt, dioeceses ex potestate summorum Pontificum constituerunt. Ex quo factum est ut Americae magna pars ab avita religione novorum incolarum et ab origine eorum linguae haberi et dici possit America Latina.

At illud proprium est humanarum institutionum et legum, ut nihil sit in eis tam sanctum et salutare quod vel consuetudo non demutet, vel tempora non invertant, vel mores non corrumpant. Sic in Ecclesia Dei, in qua cum absoluta immutabilitate doctrinae varietas disciplinae coniungitur, non raro evenit, ut quae olim apta erant atque idonea, ea labens aetas faciat vel inepta, vel inutilia, vel etiam contraria.

temporum vero decursu, ut non raro in Ecclesia evenit debuisse privilegia vetera novis privilegiis mutari vel suppleri: unde quaedam ortae sunt difficultates.

Quare antiquis privilegiis temporis decursu vel ex parte abrogatis, vel alias ut plurimum insufficientibus, singulari, maximorum Pontificum largitione, aliae adiectae sunt facultates sub determinatis formulis, vel singulis Americae Latinae Episcopis deinceps delegari solitae, vel pro extraordinariis quibusdam casibus et determinatis regionibus concessae, quarum series si antiqua privilegia numero et extensione superat, difficultates tamen quae sunt circa naturam, vigorem et numerum eorumdem e medio non tollit. Ad haec amovenda incommoda decessor Noster sanctae memoriae Pius IX, datis ad id similibus litteris die I Octobris anni MDCCCLXVII, plura ex antiquis privilegiis pro Republica Aequatoris ad triginta annorum spatium confirmavit, seu quatenus opus fuerat denuo concessit.

Litterae citantur Pii IX de confirmandis privilegiis ad triginta annos pro Rep. Aequatoris.

Quum vero ex monumentis ecclesiasticis Americam Latinam respicientibus, quae magna peritorum diligentia collecta atque investigata sunt, probe constet multa ex privilegiis Indiae Occidentali concessis partim haud vigere, partim in dubium esse revocanda; Nos qui Americanas gentes egregie de Ecclesia Romana meritas singulari amore prosequimur, ad tollendas in re tanti momenti perplexitates et angustias animi, quae Episcopos illarum dioecesium aliosque, quorum interest, non raro exagitant, totum dictorum privilegiorum negotium deferri iussimus speciali Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium: qui, post maturam deliberationem, novorum privilegiorum catalogum, exclusis catalogis, summariis et recensionibus in conciliis provincialibus vel aliter editis, conficiendum censuerunt, confectumque Apostolica auctoritate probandum.

Eodem ac suus decessor animo Pontifex, re diligenter perpendi jussa.

Nos igitur, re mature perpensa, pro ea, quam gerimus

privilegia infra recensita concedit ad triginta annos pro tota America Latina.

de omnibus Ecclesiis sollicitudine, eorumdem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, ne clerus et populus illarum regionum anteactorum privilegiorum memoria et usu penitus privati maneant, sententiam tenuimus, et quae infra recensentur privilegia pro omnibus Americae Latinae singulisque dioecesibus et ditionibus de Apostolicae potestatis plenitudine ad proximum triginta annorum spatium hisce ipsis litteris concedimus. Quare, quod bonum, felix, faustumque sit, et universae Americae Latinae Ecclesiae benevertat, mandamus, edicimus:

Haec autem privilegia spectant 1° Episcoporum consecrationem,

I. Ut electi Episcopi in Americae Latinae ditionibus commorantes, postquam promotionis litteras Apostolicas, acceperint, nisi aliter in praefatis litteris praescriptum sit, a quocumque maluerint catholico Antistite, gratiam et communionem Apostolicae Sedis, habente, accitis et assistentibus, si alii Episcopi assistentes absque gravi incommodo reperiri nequeant, duobus vel tribus presbyteris in ecclesiastica dignitate constitutis, vel Cathedralis Ecclesiae Canonicis, consecrationis munus accipere valeant.

2° celebrationem Concilii Provincialis,

II. Ut Concilii Provincialis celebratio ad duodecim annos differri possit, reservato Metropolitae iure illud frequentius prout necessitas postulaverit, celebrandi, nisi aliter per Sedem Apostolicam postea ordinatum fuerit.

3° Sacri Chrismatis et Sacrorum Oleorum confectionem,

III. Ut Episcopi Sacrum Chrisma, quod ex indico etiam vero tamen balsami liquore fieri potest, et Olea Sacra conficere possint, iis sacerdotibus adstantibus qui adstare potuerint, et, urgente necessitate, extra diem Coenae Domini.

4° Sacrorum Oleorum usum;

IV. Ut adhiberi possint Sacra Olea etiam antiqua, non tamen ultra quatuor annos, dummodo corrupta ne sint, et peracta omni diligentia, nova vel recentoria Sacra Olea haberi nequeant.

5° benedictionem aquae baptismalis;

V. Ut pro omnibus et solis regionibus seu locis, in quibus, magnae distantiae causa vel ob aliud grave impedimentum perdifficile sit Parochis vel Missionariis ad Baptismum conferendum aquam Sabbato Sancto et Pentecoste benedictam ex fontibus baptismalibus, ubi asservatur, desumere et

secum circumferre, Ordinarii, nomine Sanctae huius Sedis, concedere possint Parochis et Missionariis supra dictis facultatem benedicendi aquam baptismalem ea breviori formula, qua Missionarios in Peruvia apud Indos summus Pontifex Paulus III uti concessit, quaeque in appendice ad rituale Romanum legitur.

18 APRILIS 1897.

VI. Ut si propter defectum temporis, improbamque defatigationem, aliisque gravibus de caussis perdifficile sit omnes adhibere caeremonias pro Baptismo adultorum praescriptas, Parochi et Missionarii, de praevio Ordinarii consensu, uti possint solis ritibus, qui in Constitutione Pauli III *Altitudo* diei I Iunii MDXXXVII designantur. Insuper ut in iisdem rerum adiunctis Ordinarii nomine Sanctae Sedis concedere valeant Parochis et Missionariis usum ordinis Baptismi parvulorum, onerata in usu huiusmodi facultatis eorumdem Ordinariorum conscientia super existentia gravis necessitatis.

6° *ceremonias Sacri Baptismatis;*

VII. Ut in omnibus et singulis ditionibus Americae Latinae, nulla excepta, omnes sacerdotes tam saeculares quam regulares, quamdiu in praefatis ditionibus moram duxerint et non alias, singulis annis die secunda Novembris seu die sequenti, iuxta rubricas Missalis Romani, qua nempe commemoratio omnium fidelium defunctorum ab Ecclesia universali recolitur, tres Missas singuli celebrare possint et valeant, ita tamen ut unam tantum eleemosynam accipiant videlicet pro prima Missa dumtaxat, et in ea quantitate tantum, quae a Synodalibus Constitutionibus seu a loci consuetudine regulariter praefinita fuerit ; fructum autem medium secundae et tertiae Missae non peculiari quidem defuncto, sed in suffragium omnium fidelium defunctorum omnino applicent, ad normam Constitutionis Benedicti XIV Pontificis Maximi *Quod expensis* diei XXVI Augusti MDCCXLVIII.

7° *tres Missas celebrandas in die commemorationis omnium fidelium defunctorum;*

VIII. Ut omnes fideles annuae Confessionis et Communionis praecepto satisfacere possint a dominica Septuagesimae usque ad octavam diem solemnitatis Corporis Christi inclusive.

8° *annuam confessionem et communionem;*

9° conditiones ad lucrandas indulgentias et jubilea requisitas;

IX. Ut omnes fideles lucrari possint indulgentias et iubilaea, quae requirunt Confessionem, Communionem et ieiunium, dummodo, servato ieiunio, si loco inhabitent ubi impossibile prorsus vel difficile admodum sit Confessarii copiam habere, corde saltem contriti sint cum proposito firmo confitendi admissa quam primum poterunt, vel ad minus intra unum mensem.

10° impedimenta consanguinitatis et affinitatis apud Indos et Nigritas,

X. Ut Indi et Nigritae intra tertium et quartum tam consanguinitatis quam affinitatis gradum matrimonia contrahere possint.

11° atque tempus nuptiarum;

XI. Ut Indi et Nigritae quocumque anni tempore nuptiarum benedictionem accipere possint, dummodo iis temporibus, quibus ab Ecclesia prohibentur nuptiae, pompae apparatum non adhibeant.

12° jejunia,

XII. Ne Indi et Nigritae ieiunare teneantur praeterquam in feriis sextis Quadragesimae, in Sabbato Sancto, et in pervigilio Natalis D. N. I. C.

13° et indultum Quadragesimale apud ipsos;

XIII. Ut praeterea Indi et Nigritae absque ullo onere, seu solutione eleemosynae, uti possint indulto, quod Quadragesimale dicitur, et quo fideles respectivae dioecesis seu regionis ab Apostolica Sede donantur; ideoque carnibus, ovis et lacticiniis vesci possint omnibus diebus ab Ecclesia vetitis, exceptis quoad carnes diebus in superiori paragrapho XII notatis.

14° judicia ecclesiastica.

XIV. Ut quandocumque in caussis tam criminalibus, quam aliis quibuscumque forum ecclesiasticum concernentibus, a sententiis pro tempore latis appellari contigerit, si prima sententia ab Episcopo lata fuerit, ad Metropolitanum; si vero prima sententia lata sit ab ipso Metropolitano, ad Ordinarium viciniorem absque alio Sedis Apostolicae rescripto appelletur: et si secunda sententia primae conformis fuerit, vim rei iudicatae obtineat, et executioni per eum, qui eam tulerit, demandetur, quacumque appellatione non obstante; si vero illae duae sive ab Ordinario et Metropolitano sive a Metropolitano et Ordinario viciniore latae, conformes non fuerint, tunc ad alterum Metropolitanum vel Episcopum ei, a quo primo fuit lata sentententia, viciniorem eiusdem pro-

vinciae appelletur, et duas ex ipsis tribus sententias conformes, quas vim rei iudicatae habere volumus, is, qui postremo loco iudicaverit, exequatur, quacumque appellatione non obstante. Cum autem recursus ad Apostolicam Sedem etiam omisso medio, sive ante sive post sententias iudicum inferiorum, semper integer manere debeat, ad normam iuris in usu huius privilegii omnino servandae erunt sequentes conditiones : 1° Ut in singulis caussis salva maneat cuique litiganti facultas ad hanc Apostolicam Sedem etiam post primam sententiam recurrendi ; 2° Ut in singulis actibus expressa fiat Apostolicae delegationis mentio ; 3° Ut caussae maiores sint eidem Apostolicae Sedi reservatae ad normam sacri Concilii Tridentini ; 4° Et quoad caussas matrimoniales ea custodiantur, quae in Constitutione Benedicti XIV, cuius initium *Dei miseratione*, praestituta sunt. *18 APRILIS 1897.*

Abrogatis deletisque Auctoritate Nostra Apostolica omnibus et singulis Indiarum Occidentalium privilegiis quocumque nomine vel forma ab hac Sancta Sede prius concessis. — Contrariis quibuscumque etiam speciali et individua mentione dignis non obstantibus. *Praesentium litterarum auctoritas vindicatur.*

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die solemni Paschae XVIII Aprilis MDCCCXCVII, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

A. CARD. MACCHI.

ALLOCUTIO

DE CAUSA CANONISATIONIS

BB. A. M. ZACCARIA ET P. FOURIER.

19 APRILIS 1897.

Exponit Pontifex magnam quae ex contemplatione virtutum praemiorumque Sanctorum menti obvenit laetitiam,

LAETABILIA hodierno die et ad cognitionem salubria in hunc amplissimum consessum vestrum attulimus. Nimirum in hoc vitae tam periculoso cursu tamque aspero, in conspectu malorum, quae mortalis brevitatem aevi comitantur, periucunda est ac plena solatii magnarum recordatio virtutum, quae in excellentibus hominibus, quasi lumen aliquod clarissimum, divino munere beneficioque eluxerint. Inde autem cogitatione praemiorum, quae vitam sancte actam consequuntur spe quidem ad altiora multoque magnificentiora provolat animus, ita ut pigeat harum rerum humanarum quae non tam bona sunt, quam inanis umbra et imago fallax bonorum. Atqui de virtutibus mox audiemus : instauranda quippe duorum virorum commemoratio est, quos gratia Dei et sua ipsorum virtus caelestium civium numero consecravit. Intellexistis quorsum spectet oratio. Videlicet Antonius Maria Zaccaria, conditor Clericorum regularium a sancto Paulo, et Petrus Fourier Praepositus idemque restitutor Congregationis Salvatoris nostri nuncupatae Ordinis Canonicorum regularium sancti Augustini, eam iam habent, ut scitis, merito suo venerationem, qua singulos e beatis caelitibus colere Ecclesia solet. Nihilominus placuit haud ita pridem quaerere, expediretne atque aequum foret, utriusque nomini incrementa honorum more catholico decernere. Nam primum quidem, quemadmodum apud illam in caelo triumphantem Ecclesiam, miro ordine varietateque distinctam, ampliorem gloriae gradum reservat Deus maiora merentibus, ita pariter haec in terris militans Ecclesia, virtutum christianarum incorrupta iudex, profecto si quas compererit praeclaras et in exemplum eximias, honoribus quam potest maximis afficiat necesse est. Deinde vero, si res

atque causam canonisationis BB. A. M. Zaccaria et P. Fourier cur jusserit cognosci ac rite tractari fusius exponit.

e sententia cessisset, sponte consecuturum videbamus, ut populus christianus celsiore in fastigio positos et augustius coleret et fidentius imploraret. Incitandae autem pietatis publicae, divinique praesidii per caelestes deprecatores ac patronos exorandi videtis quanta sit, in tanta praesertim temporum calamitate, necessitas. Harum cogitatione rerum permoti caussam canonizationis beatorum, quos memoravimus, Antonii Mariae Zaccaria et Petri Fourier cognosci ac rite tractari iussimus. Igitur, quod nunc fieri oportet, de eorum vita, moribus, rebus gestis, prodigiis ad Nos, ut assolet, hoc ipso in loco referri, vobis audientibus, volumus.

His jam perfectis, sub consuetaforma vult fieri sermonem de B. A. M. Zaccaria

Cardinalis Praefectus S. Rit. Cong. verba facit de beato Antonio Maria Zaccaria.

Tum Sanctitas Sua :

Quae vita, qui mores fuerint beati Antonii Mariae Zaccaria, quo se studio totum IESU CHRISTO dederit, quam perfecta pietatis caritatisque documenta reliquerit, licet, Venerabiles fratres, ex iis, quae nunc exposita sunt, cumulatius, perspexisse. Prodigia vero, quae de eodem praedicabantur, acri diligentissimoque iudicio probata sunt. Placetne igitur vobis ut ad canonizationem eius solemni Ecclesiae ritu deveniamus ?

Sequitur PLACET *S. R. E. Cardinalium.*

---

et de B. P. Fourier.

Cardinalis Praefectus S. Rit. Cong. verba facit de Beato Petro Fourier.

Tum Sanctitas Sua :

Quae audistis, luculenter testantur, singularem fuisse in beato Petro Fourier integritatem morum, incensum divina caritate animum, studium alienae salutis admirabile, ceterasque laudes quae perfectam absolutamque virtutem in homine christiano efficiunt. Accessisse constat patrata prodigia. Placetne vobis ut ad eius canonizationem solemni Ecclesiae ritu deveniamus ?

Sequitur PLACET *S. R. E. Cardinalium.*

Tum Sanctitas Sua :

Vestras, Venerabiles Fratres, de proposito negotio sententias perplacet cognovisse.

Cardinales creantur.

Atque his peractis, honorem splendidissimi ordinis vestri impertire decrevimus quatuor virtute ac doctrina spectatis viris, episcopalis dignitatis munera integre studioseque diu gerentibus. Qui sunt :

IOSEPHVS MARIA MARTIN DE HERRERA, Archiepiscopus Compostellanus :

PETRVS COULLIÉ, Archiepiscopus Lugdunensis :

IOSEPHVS GVLIELMVS LABOURÉ, Archiepiscopus Rhedonensis :

GVLIELMVS MARIA SOURRIEU, Archiepiscopus Rothomagensis.

Quid vobis videtur ?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et Nostra, creamus et publicamus S. R. E. Presbyteros Cardinales

IOSEPHVM MARIAM MARTIN DE HERRERA
PETRVM COULLIÉ
IOSEPHVM GVLIELMVM LABOURÉ
GVLIELMVM MARIAM SOURRIEU

Cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis et opportunis. In nomine Patris ✠, et Filii ✠, et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Nunc, quod restat, episcoporum collegium supplebimus.

EPISTOLA ENCYCLICA

Ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, aliosque locorum Ordinarios pacem et communionem cum apostolica sede habentes.

DE SANCTO SPIRITU.

DIVINUM illud munus quod humani generis caussâ a Patre acceptum IESUS CHRISTUS sanctissime obiit sicut eo tamquam ad ultimum spectat, ut homines vitae compotes fiant in sempiterna gloria beatae, ita huc proxime attinet per saeculi cursum, ut divinae gratiae habeant colantque vitam, quae tandem in vitam floreat caelestem. Quamobrem omnes ad unum homines cuiusvis nationis et linguae Redemptor ipse invitare ad sinum Ecclesiae suae summa benignitate non cessat : *Venite ad me omnes ; Ego sum vita ; Ego sum pastor bonus.* Hic tamen, secundum altissima quaedam consilia, eiusmodi munus noluit quidem per se in terris usquequaque conficere et explere ; verum quod ipse traditum a Patre habuerat, idem Spiritui Sancto tradidit perficiendum. Atque iucunda memoratu ea sunt quae Christus, paulo ante quam terras relinqueret, in discipulorum coetu affirmavit : *Expedit vobis ut ego vadam : si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos ; si autem abiero, mittam eum ad vos* (1). Haec enim affirmans, caussam discessus sui reditusque ad Patrem eam potissimum attulit, utilitatem ipsis alumnis suis profecto accessuram ab adventu Spiritus Sancti : quem quidem una monstravit, a se aeque mitti atque adeo procedere sicut a Patre, eumdemque fore qui opus a semetipso in mortali vita exactum, deprecator, consolator, praeceptor, absolveret. Multiplici nempe virtuti huiusce Spiritus, qui in procreatione mundi *ornavit caelos* (2) et *replevit orbem terrarum* (3), in eiusdem redemp-

9 MAII 1897

Humanae redemptionis munus quod a Patre acceptum JESUS CHRISTUS obiit ut veram vitam omnibus daret,

perficiendum reliquit Spiritui Sancto.

1. Ioann., XVI, 7. — 2. Iob, XXVI, 13. — 3. Sap., I, 7.

tione perfectio operis erat providentissime reservata. — Iamvero Christi Servatoris, qui princeps pastorum est et episcopus animarum nostrarum, exempla Nos imitari, ipso opitulante, continenter studuimus ; religiose insistentes idem ipsius munus, Apostolis creditum in primisque Petro, *cuius etiam dignitas in indigno herede non deficit* (1). Hoc adducti consilio, quaecumque in perfunctione iam diuturna summi pontificatus agressi sumus instandoque persequimur, ea conspirare voluimus ad duo praecipue. Primum, ad rationem vitae christianae in societate civili et domestica, in principibus et in populis instaurandam ; propterea quod nequaquam, nisi a Christo, vera in omnes profluat vita. Tum ad eorum fovendam reconcilationem qui ab Ecclesia catholica vel fide vel obsequio dissident ; quum haec eiusdem Christi certissima sit voluntas, ut ii omnes in unico Ovili suo sub Pastore uno censeantur. Nunc autem, quum humani exitus adventantem diem conspicimus, omnino permovemur animo ut Apostolatus Nostri operam, qualemcumque adhuc deduximus, Spiritui Sancto, qui Amor vivificans est, ad maturitatem fecunditatemque commendemus. Propositum Nostrum quo melius uberiusque eveniat, deliberatum habemus alloqui vos per sollemnia proxima sacrae Pentecostes de praesentia et virtute mirifica eiusdem Spiritus ; quantopere nimirum et in tota Ecclesia et in singulorum animis ipse agat efficiatque praeclara copia charismatum supernorum. Inde fiat, quod vehementer optamus, ut fides excitetur vigeatque in animis de mysterio Trinitatis augustae, ac praesertim pietas augeatur et caleat erga divinum Spiritum,cui plurimum omnes acceptum referre debent quotquot vias veritatis et iustitiae sectantur: nam, quemadmodum Basilius praedicavit, *Dispensationes circa hominem, quae factae sunt a magno Deo et Servatore nostro* IESU CHRISTO *iuxta bonitatem Dei, quis neget per Spiritus gratiam esse adimpletas* (2) ?

Christi imitatus exempla Pontifex, quum vitam christianam toto orbe instaurare ovesque ad unum congregare Pastorem constanter studuerit, jam morti proximus, S. Spiritui Sancto vult Apostolatus sui operam commendare ad maturitatem ideoque de Illo has edit litteras ut et Fides augeatur de Mysterio Ss. Trinitatis, pietasque excitetur erga divinum Spiritum a quo divinae circa nos dispensationes adimpletae sunt.

Antequam rem aggredimur institutam, nonnulla de Triadis sacrosanctae mysterio placet atque utile erit at-

Primum de Ss. Tri-

1. S. Leo M. *serm. II. in anniv. ass. suae.* — 2. *De Spiritu Sancto*, c. XVI, n. 39.

tingere. Hoc namque *substantia novi testamenti* a sacris doctoribus appellatur, mysterium videlicet unum omnium maximum, quippe omnium veluti fons et caput ; cuius cognoscendi contemplandique caussâ, in caelo angeli, in terris homines procreati sunt, quod, in testamento veteri adumbratum, ut manifestius doceret, ab angelis ad homines Deus ipse descendit : *Deum nemo vidit unquam : Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit* (1). Quisquis igitur de Trinitate scribit aut dicit, illud ob oculos teneat oportet quod prudenter monet Angelicus : *Quum de Trinitate loquimur, cum cautela et modestia est agendum, quia, ut Augustinus dicit, nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quaeritur, nec fructuosius aliquid invenitur* (2). Periculum autem ex eo fit, ne in fide aut in cultu vel divinae inter se Personae confundantur vel unica in ipsis natura separetur ; nam, *fides catholica haec est, ut unum Deum in Trinitate et Trinitatem in unitate veneremur*. Quare Innocentius XII, decessor Noster, sollemnia quaedam honori Patris propria postulantibus omnino negavit. Quod si singula Incarnati Verbi mysteria certis diebus festis celebrantur, non tamen proprio ullo festo celebratur Verbum, secundum divinam tantum naturam : atque ipsa etiam Pentecostes sollemnia non ideo inducta antiquitus sunt, ut Spiritus Sanctus per se simpliciter honoraretur, sed ut eiusdem recoleretur adventus sive externa missio. Quae quidem omnia sapienti consilio sancita sunt, ne quis forte a distinguendis Personis ad divinam essentiam distinguendam prolaberetur. Quin etiam Ecclesia ut in fidei integritate filios contineret, sanctissimae Trinitatis festum instituit, quod Ioannes XXII deinde iussit ubique agendum ; tum altaria et templa eidem dicari permisit ; atque Ordinem religiosorum captivis redimendis, qui Trinitati devotus omnino est eiusque titulo gaudet, non sine caelesti nutu rite comprobavit. Multaque rem confirmant. Cultus enim qui sanctis Caelitibus atque Angelis, qui Virgini Deiparae, qui Christo tribuitur, is demum in Trinitatem ipsam re-

9 MAII 1897.

nitate instituens sermonem, ostendit quantum sit illud Mysterium, quantâque cautela in illud tractando opus sit.

Ecclesia curam adhibuit constantem ne cui ex S. Liturgia subreperet error de hoc Mysterio,

at vero genuina illius notio omnibus divino ipso cultu inculcaretur.

1. Ioann., I, 18. — 2. *Summ. th.* 1a, q. XXXI, a. 2. — *De Trin.*, l. I, c. 3.

dundat et desinit. In precationibus quae uni Personae adhibentur, item de ceteris mentio est; in forma supplicationum, singulis quidem Personis seorsum invocatis, communis earum invocatio subiicitur; psalmis hymnisque idem omnibus praeconium accedit in Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum; benedictiones, ritus, sacramenta comitatur aut conficit sanctae imploratio Trinitatis. Atque haec ipsa iampridem Apostolus praemonuerat in ea sententia: *Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia; ipsi gloria in saecula* (1): inde significans Personarum trinitatem, hinc unitatem affirmans naturae, quae quum una eademque singulis sit Personis, ideo singulis, tamquam uni eidemque Deo, aeterna aeque maiestatis gloria debetur. Quod testimonium edisserens Augustinus, *Non confuse*, inquit, *accipiendum est quod ait Apostolus, ex ipso et per ipsum et in ipso; ex ipso dicens propter Patrem, per ipsum propter Filium, in ipso propter Spiritum Sanctum* (2). — Aptissimeque Ecclesia, ea Divinitatis opera in quibus potentia excellit, tribuere Patri, ea in quibus excellit sapientia, tribuere Filio, ea in quibus excellit amor, Spiritui Sancto tribuere consuevit. Non quod perfectiones cunctae atque opera extrinsecus edita Personis divinis communia non sint; sunt enim *indivisa opera Trinitatis, sicut et indivisa est Trinitatis essentia* (3), quia, uti tres Personae divinae *inseparabiles sunt, ita inseparabiliter operantur* (4): verum quod ex comparatione quadam et propemodum affinitate quae inter opera ipsa et Personarum proprietates intercedit, ea alteri potius quam alteris addicuntur, sive, ut aiunt, appropriantur: *Sicut similitudine vestigii vel imaginis in creaturis inventa, utimur ad manifestationem divinarum Personarum, ita et essentialibus attributis; et haec manifestatio Personarum per essentialia attributa appropriatio dicitur* (5). Hoc modo Pater qui est *principium totius Deitatis* (6), idem caussa est effectrix universitatis rerum et Incarnationis Verbi et sanctificationis animorum, *ex ipso sunt omnia;* ex ipso,

Catholica de Ss. Trinitate doctrina continetur Apostoli verbis,

a S. Augustino illustratis.

Inter opera Dei ad extra alia alii divinae Personae jure tribuuntur

per appropriationem,

ut explicat S. Th.;

quae quidem appropriatio consona omnino est supra alla-

1. Rom., XI, 36. — 2. *De Trin.*, l. VI, c. 10. l. I, c. 6. — 3. S. Aug. *de Trin.* l. I, c. 4 et 5. — 4. S. Aug. *ib.* — 5. S. Th. 1a, q. XXXIX, a. 7. — 6. S. Aug. *de Trin.*, l. IV, c. 20.

propter Patrem. Filius autem, *Verbum*, *Imago Dei*, idem est caussa exemplaris unde res omnes formam et pulchritudinem, ordinem et concentum imitantur; qui extitit nobis via, veritas, vita, hominis cum Deo reconciliator, *per ipsum sunt omnia;* per ipsum, propter Filium. Spiritus vero Sanctus idem est omnium rerum caussa ultima, eo quia sicut in fine suo voluntas lateque omnia conquiescunt, non aliter ille, qui divina bonitas est ac Patris ipsa Filiique inter se caritas, arcana ea opera de salute hominum sempiterna, impulsione quadam valida suavique complet et perficit, *in ipso sunt omnia;* in ipso, propter Spiritum Sanctum.

9 MAII 1897.

tis ex Apostolo verbis.

Rite igitur inviolateque custodito religionis studio, toti debito Trinitati beatissimae, quod magis magisque in christiano populo aequum est inculcari, ad virtutem Spiritus Sancti exponendam oratio Nostra convertitur. — Ac principio respici oportet ad Christum, conditorem Ecclesiae et nostri generis Redemptorem. Sane in operibus Dei externis illud eximie praestat Incarnati Verbi mysterium, in quo divinarum perfectionum sic enitet lux ut quidquam supra ne cogitari quidem possit, et quo aliud nullum humanae naturae esse poterat salutarius. Hoc igitur tantum opus, etsi totius Trinitatis fuit, attamen Spiritui Sancto tamquam proprium adscribitur: ita ut de Virgine sic Evangelia commemorent: *Inventa est in utero habens de Spiritu Sancto*, et: *Quod in ea natum est, de Spiritu Sancto est* (1). Idque merito adscribitur ei qui Patris et Filii est caritas; quum hoc *magnum pietatis Sacramentum* (2) sit a summa Dei erga homines caritate profectum, prout Iohannes commonet: *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret* (3). Accedit quod natura humana evecta inde sit ad coniunctionem *personalem* cum Verbo: quae dignitas non ullis quidem data est eius promeritis, sed ex integra plane gratia, propterea que ex munere veluti proprio Spiritus Sancti. Ad rem apposite Augustinus: *Iste modus*, inquit, *quo est natus Christus de Spiritu Sancto, insinuat nobis*

Jam de S. Spiritu loquens Pontifex ostendit magnum Incarnationis opus

etsi totius fuit Trinitatis, tamen Spiritui S^to^ tamquam proprium adscribi in S. Scriptura, quum sit ipsum a caritate Dei, S. Joanne teste, profectum, sitque humana natura, ex mera gratia munereque Spiritus S^ti^, personali-

1. Matth., I, 18, 20. — 2. I Tim., III, 16. — 3. III, 16.

ter cum Verbo unita, ut explicat S. Augustinus.

gratiam Dei, qua homo nullis praecedentibus meritis, in ipso primo exordio naturae suae quo esse coepit, Verbo Dei copularetur in tantam personae unitatem, ut idem ipse esset Filius Dei qui Filius hominis, et Filius hominis qui Filius Dei (1). Divini autem Spiritus operâ non solum conceptio Christi effecta est, sed eius quoque sanctificatio animae, quae *unctio* in sacris libris nominatur (2) : atque adeo omnis eius actio *praesente Spiritu peragebatur* (3), praecipueque sacrificium sui : *Per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo* (4). — Ista qui perpenderit, nihil erit ei mirum quod charismata omnia almi Spiritus in animam Christi affluxerint. Namque in ipso copia insedit gratiae singulariter plena, quanto maximo videlicet modo atque efficacitate haberi possit ; in ipo omnes sapientiae scientiaeque thesauri, gratiae gratis datae, virtutes, donaque omnino omnia quae tum Isaiae oraculis nunciata (5), tum significata sunt admirabili ea columba ad Iordanem, quum eas aquas suo Christus baptismate ad sacramentum novum consecravit. Quo loco illa eiusdem Augustini recte conveniunt : *Absurdissimum est dicere quod Christus, quum iam triginta esset annorum, accepit Spiritum Sanctum, sed venit ad Baptismum, sicut sine peccato, ita non sine Spiritu Sancto. Tunc ergo*, scilicet in baptismate, *corpus suum, idest Ecclesiam, praefigurari dignatus est, in qua praecipue baptizati accipiunt Spiritum Sanctum* (6). Itaque Spiritus Sancti et praesentiâ conspicua super Christum et virtute intima in anima eius, duplex eiusdem Spiritus praesignificatur missio, ea nimirum quae in Ecclesia manifesto patet, et ea quae in animis iustorum secreto illapsu exercetur.

Nec tantum Christi conceptio, sed animae Ejus unctio effecta est opera S. Spiritus.

Omnia quidem sua charismata in Christi animam infudit,

postea vero, in Christi Baptismate conspicuus, significavit se sua charismata et Christi Ecclesiae esse largiturum,

quod quidem die Pentecostes facere coepit :

Ecclesia, quae iam concepta, ex latere ipso secundi Adami, velut in cruce dormientis, orta erat, sese in lucem hominum insigni modo primitus dedit die celeberrima Pentecostes. Ipsâque die beneficia sua Spiritus Sanctus in mystico Christi corpore prodere coepit, ea mira effusione quam Ioel propheta iampridem viderat (7) : nam Paraclitus *sedit*

1. *Enchir.* c. XXXX. — S. Th. 3a, q. XXXII, a. 1. — 2. Actor., X, 38. — 3. S. Basil. *de Sp. S.*, c. XVI. — 4. Hebr., IX, 14. — 5. IV, 1 ; XI, 2, 3. — 6. *De Trin.*, l. XV, c. 26. — 7. II, 28, 29.

super Apostolos ut novae coronae spirituales per linguas igneas imponerentur capiti illorum (1). Tum vero Apostoli *de monte descenderunt*, ut Chrysostomus scribit, *non tabulas lapideas in manibus portantes, sicut Moyses, sed Spiritum in mente circumferentes, et thesaurum quemdam ac fontem dogmatum et charismatum effundentes* (2). — Ita plane eveniebat illud extremum Christi ad Apostolos suos promissum de Spiritu Sancto mittendo, qui doctrinae, ipso afflante, traditae completurus ipse esset et quodammodo obsignaturus depositum : *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo : quum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem* (3). Hic enim qui Spiritus est veritatis, utpote simul a Patre, qui verum aeternum est, simul a Filio, qui veritas est substantialis, procedens, haurit ab utroque unâ cum essentia omnem veritatis quanta est amplitudinem : quam quidem veritatem impertit ac largitur Ecclesiae, auxilio praesentissimo providens ut ipsa ne ulli unquam errori obnoxia sit, utque divinae doctrinae germina alere copiosius in dies possit et frugifera praestare ad populorum salutem. Et quoniam populorum salus, ad quam nata est Ecclesia, plane postulat ut haec munus idem in perpetuitatem temporum persequatur, perennis idcirco vita atque virtus a Spiritu Sancto suppetit, quae Ecclesiam conservat augetque: *Ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum, Spiritum veritatis* (4). Ab ipso namque episcopi constituuntur, quorum ministerio non modo filii generantur, sed etiam patres, sacerdotes videlicet ad eam regendam enutriendamque eodem sanguine quo est a Christo redempta : *Spiritus Sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo* (5). Utrique autem, episcopi et sacerdotes, insigni Spiritus munere id habent ut peccata pro potestate deleant, secundum illud Christi ad Apostolos : *Accipite Spiritum Sanctum ; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis retenta sunt* (6). Porro Ecclesiam opus esse plane divinum,

9 MAII 1897.

sicque impletum est Christi ad Apostolos promissum de Spiritu sancto mittendo,

qui omnem veritatem doceret Ecclesiam,

maneretque cum ipsa in aeternum ;

a quo quidem Episcopi suam suamque Sacerdotes accipiunt potestatem.

Haec ma-

1. Cyr. Hierosol. *catech.* 17. — 2. *In Matth. hom.* I. — II Cor., III, 3. — 3. Ioann., XVI, 12. 13. — 4. *Ib.* XIV, 16, 17. — 5. I Act., XX, 28. — 6. Ioann., XX, 22, 23

nifestatio S. Spiritus in Ecclesia, cujus anima Ipse est, clarissimum est divinitatis Ecclesiae argumentum ; nec licet illa uberiorem exspectare Spiritus S. manifestationem.

alio nullo argumento praeclarius constat quam charismatum quibus undique illa ornatur splendore et gloria ; auctore nimirum et datore Spiritu Sancto. Atque hoc affirmare sufficiat, quod quum Christus caput sit Ecclesiae, Spiritus Sanctus sit eius anima: *Quod est in corpore nostro anima, id est Spiritus Sanctus in corpore Christi, quod est Ecclesia* (1). — Quae ita quum sint, nequaquam comminisci et expectare licet aliam ullam ampliorem uberioremque *divini Spiritus manifestationem et ostensionem :* quae enim nunc in Ecclesia habetur, maxima sane est, eaque tamdiu manebit, quoad Ecclesiae contingat ut, militiae emensa stadium, ad triumphantium in caelesti societate laetitiam educatur.

Jam exponit Pontifex singulorum quoque animis Spiritum S. large infundi, ex munere quidem Christi, ut S. Scriptura testatur.

Quantum vero et quo modo Spiritus Sanctus in animis singulorum agat, id non minus admirabile est, quamquam intellectu paulo est difficilius, eo etiam quia omnem intuitum fugiat oculorum. — Haec pariter Spiritus effusio tantae est copiae, ut Christus ipse, cuius de munere proficiscitur, abundantissimo amni similem dixerit, prout est apud Ioannem : *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquae vivae :* cui testimonio idem Evangelista explanationem subiicit : *Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum* (2). Certum quidem est, in ipsis etiam hominibus iustis qui ante Christum fuerunt, insedisse per gratiam Spiritum Sanctum, quemadmodum de prophetis, de Zacharia, de Ioanne Baptista, de Simeone et Anna scriptum accepimus ; quippe in Pentecoste non ita se Spiritus Sanctus tribuit *ut tunc primum esse Sanctorum inhabitator inciperet, sed ut copiosius inundaret, cumulans sua dona, non inchoans, nec ideo novus opere, quia ditior largitate* (3). Verum, si et illi in filiis Dei numerabantur, conditione tamen perinde erant ac servi, quia etiam filius *nihil differt a servo*, quousque est, *sub tutoribus et actoribus* (4) : ac, praeter quam quod iustitia in illis non erat nisi ex Christi meritis adventuri, communicatio Spiritus Sancti post Christum facta multo est copiosior, propemodum ut arram pretio vincit res pacta, atque ut imagini

Illam S. Spiritus effusionem illi jam accepere qui ex Christi venturi meritis exstiterunt justi sub Veteri Testamento.

Ipsis tamen utpote servis, minor fuit illa effusio quam quae post Christum in filios facta est,

1. S. Aug. *serm.* CLXXXVII, *de temp.* — 2. VII, 38, 39. — 3. S. Leo M. *hom.* III *de Pentec.* — 4. Gal., IV, 1, 2.

9 Maii 1897.

ut ex S. Scriptura patet.

longe praestat veritas. Hoc propterea affirmavit Ioannes : *Nondum erat Spiritus datus, quia* I*ESUS nondum erat glorificatus* (1). Statim igitur ut Christus, *ascendens in altum*, regni sui gloria tam laboriose parta potitus est, divitias Spiritus Sancti munifice reclusit, *dedit dona hominibus* (2). Nam, *certa illa Spiritus Sancti datio vel missio post clarificationem Christi futura erat, qualis nunquam antea fuerat, neque enim antea nulla fuerat, sed talis non fuerat* (3). Siquidem natura humana necessario serva est Dei : *Creatura serva est, servi nos Dei sumus secundum naturam* (4) : quin etiam ob communem noxam natura nostra omnis in id vitium dedecusque prolapsa est, ut praeterea infensi Deo extiterimus : *Eramus natura filii irae* (5). Tali nos a ruina exitioque sempiterno nulla usquam vis tanta erat quae posset erigere et vindicare. Id vero Deus humanae naturae conditor, summe misericors praestitit per Unigenam suum, cuius beneficio factum, ut homo in gradum nobilitatemque unde exciderat, cum donorum locupletiore ornatu sit restitutus. Eloqui nemo potest quale sit opus istud divinae gratiae in animis hominum ; qui propterea luculenter tum in sacris litteris tum apud Ecclesiae patres, et regenerati et creaturae novae et consortes divinae naturae et filii Dei et deifici similibusque laudibus appellantur. — Iamvero tam ampla bona non sine caussa debentur quasi propria Spiritui Sancto. Ipse enim est *Spiritus adoptionis filiorum, in quo clamamus : Abba, Pater ;* idemque paterni amoris suavitate corda perfundit : *Ipse Spiritus testimonium reddit Spiritui nostro quod sumus filii Dei* (6). Cui rei declarandae opportune cadit ea, quam Angelicus perspexit, similitudo inter utramque Spiritus Sancti operam ; quippe per eum ipsum et *Christus est in sanctitate conceptus ut esset Filius Dei naturalis*, et *alii sanctificantur ut sint filii Dei adoptivi* (7). Ita, multo quidem nobilius quam in rerum natura fiat, ab amore oritur spiritualis regeneratio, ab Amore scilicet increato.

Natura quidem servi Dei sumus ; immo per peccatum facti eramus filii irae. Jam vero per Christi gratiam sumus mirabiliter in pristinam filiorum Dei dignitatem restituti

a Spiritu Sancto

1. Gal. VII,39. — 2. Eph., IV, 8.— 3. S. Aug. *de Trin.* l. IV, c. 20.— 4. S. Cyr. Alex. *Thesaur.* l. V, c. 5. — 5. Eph., II, 3. — 6. Rom., VIII, 15, 16. — 7. S. Th. 3ª, q. XXXII, a. 1.

qui in Baptismate ad nostram regenerationem, in corfirmatione vero ad vitae Christianae constantiam semetipsum dono dat nobis.

Huius regenerationis et renovationis initia sunt homini per baptisma : in quo sacramento, spiritu immundo ab anima depulso, illabitur primum Spiritus Sanctus, eamque similem sibi facit : *Quod natum est ex Spiritu, spiritus est* (1). Uberiusque per sacram confirmationem, ad constantiam et robur christianae vitae, sese dono dat idem Spiritus; a quo nimirum fuit victoria martyrum et virginum de illecebris corruptelarum triumphus. Sese, inquimus, dono dat Spiritus Sanctus : *Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis* (2). Ipse enimvero non modo affert nobis divina munera, sed eorumdem est auctor, atque etiam munus ipse est supremum ; qui a mutuo Patris Filiique amore procedens, iure habetur et nuncupatur *altissimi donum Dei.* — Cuius doni natura et vis quo illustrius pateat, revocare oportet ea quae in divinis litteris tradita sacri doctores explicaverunt, Deum videlicet adesse rebus omnibus in eisque esse, *per potentiam, in quantum omnia eius potestati subduntur ; per praesentiam, in quantum omnia nuda sunt et aperta oculis eius ; per essentiam, in quantum adest omnibus ut caussa essendi* (3).

Omnibus quidem rebus Deus triplici modo adest, ut S. Th. explicat ;

At vero in homine est Deus non tantummodo ut in rebus, sed eo amplius cognoscitur ab ipso et diligitur ; quum vel duce natura bonum sponte amemus, cupiamus, conquiramus. Praeterea Deus ex gratia insidet animae iustae tamquam in templo, modo penitus intimo et singulari ; ex quo etiam sequitur ea necessitudo caritatis, qua Deo adhaeret anima coniunctissime, plus quam amico amicus possit benevolenti maxime et dilecto, eoque plene suaviterque fruitur. — Haec autem mira coniunctio, quae suo nomine *inhabitatio* dicitur, conditione tantum seu statu ab ea discrepans qua caelites Deus beando complectitur, tametsi verissime efficitur praesenti totius Trinitatis numine, *ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus* (4), attamen de Spiritu Sancto tamquam peculiaris praedicatur. Siquidem divinae et potentiae et sapientiae vel in homine improbo apparent vestigia ; caritatis, quae propria Spiritus

specialis vero est homini tum ex ipsa natura, tum ex gratia, cum Deo ratio.

Mira totius Trinitatis inhabitatio in eo qui ex charitate justus est, adscribitur in S. Script. Spiritui S. utpote cujus veluti

1. Ioann., III, 7. — 2. Rom., V, 5. — 3. S. Th. 1a, q. VIII, a. 3. — 4. Ioann., XIV, 23.

veluti nota est, alius, nemo nisi iustus est particeps. Atque illud cum re cohaeret, eumdem Spiritum nominari Sanctum, ideo etiam quod ipse, primus summusque Amor, animos moveat agatque ad sanctitatem, quae demum amore in Deum continetur. Quapropter Apostolus quum iustos appellat templum Dei, tales non expresse Patris aut Filii appellat, sed Spiritus Sancti : *An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus Sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo* (1) ? — Inhabitantem in animis piis Spiritum Sanctum ubertas munerum caelestium multis modis consequitur. Nam, quae est Aquinatis doctrina, *Quum Spiritus Sanctus procedat ut amor, procedit in ratione doni primi ; unde dicit Augustinus, quod per donum quod est Spiritus Sanctus, multa propria dona dividuntur membris Christi* (2). In his autem muneribus sunt arcanae illae admonitiones invitationesque, quae instinctu Sancti Spiritus identidem in mentibus animisque excitantur ; quae si desint, neque initium viae bonae habetur, neque progressiones, neque exitus salutis aeternae. Et quoniam huiusmodi voces et motiones occulte admodum in animis fiunt, apte in sacris paginis similes nonnunquam habentur venientis aurae sibilo ; easque Doctor Angelicus scite confert motibus cordis, cuius tota vis est in animante perabdita : *Cor habet quamdam influentiam occultam, et ideo cordi comparatur Spiritus Sanctus, qui invisibiliter Ecclesiam vivificat et unit* (3). — Hoc amplius, homini iusto, vitam scilicet viventi divinae gratiae et per congruas virtutes tamquam facultates agenti, opus plane est septenis illis quae proprie dicuntur Spiritus Sancti donis. Horum enim beneficio instruitur animus et munitur ut eius vocibus atque impulsioni facilius promptiusque obsequatur ; haec propterea dona tantae sunt efficacitatis ut eum ad fastigium sanctimoniae adducant, tantaeque excellentiae ut in caelesti regno eadem, quamquam perfectius, perseverent. Ipsorumque ope charismatum provocatur animus et effertur ad appetendas adipiscendasque beatitudines evangelicos quae,

9 Maii 1897.

nota propria charitas est Ille enim : sanctus ideo etiam nominatur quod nos ipse, summus amor, movet ad sanctitatem, quae quidem amore in Deum continetur.

Coelestia secum munera S. Spiritus justis affert.

Via quidem salutis nostrae initium sumit necnon progressum exitumque habet a Spiritus S. admonitionibus invitationibusque occultis ; quibus ut homo justus facilius obsequatur, sua septem dona ei Spiritus S. confert quae summae quidem efficacitatis sunt et excellentiae.

1. I Cor., VI, 19. — 2. *Summ. th.* 1a, q. XXXVIII, a. 2. — S. Aug. *de Trin.* l. XV, c. 19. — 3. *Summ. th.*, 3a, q. VIII, a. 1, *ad* 3.

perinde ac flores verno tempore erumpentes, indices ac nunciae sunt beatitatis perpetuo mansurae. Felices denique sunt fructus ii, ab Apostolo enumerati [1], quos hominibus iustis in hac etiam caduca vita Spiritus parit et exhibet, omni refertos dulcedine et gaudio ; cuiusmodi esse debent a Spiritu, *qui est in Trinitate genitoris genitique suavitas, ingenti largitate atque ubertate perfundens omnes creaturas* [2]. — Itaque divinus Spiritus in aeterno sanctitatis lumine a Patre et a Verbo procedens, amor idem et donum, postquam se per velamen imaginum in testamento veteri exhibuit, plenam sui copiam effudit in Christum in eiusque corpus mysticum, quae est Ecclesia; atque homines in pravitatem et corruptelam abeuntes praesentiâ et gratia sua tam salutariter revocavit, ut iam non de terra terreni, longe alia saperent et vellent, quasi de caelo caelestes.

Justis denique Spiritus S. fructus suos exhibet suavissimos.

Concluditur sermo de effusione Spiritus S.

Haec omnia quum tanta sint, quumque Spiritus Sancti bonitatem in nos immensam luculenter declarent, omnino postulant a nobis, ut obsequii pietatisque studium in eum quam maxime intendamus. Id autem christiani homines recte optimeque efficient, si eumdem certaverint maiore quotidie cura et noscere et amare et exorare : cuius rei gratiâ sit haec ad ipsos, prout sponte fluit paterno ex animo, cohortatio. — Fortasse ne hodie quidem in eis desunt, qui similiter rogati ut quidam olim a Paulo apostolo, acceperintne Spiritum Sanctum, respondeant similiter : *Sed neque si Spiritus Sanctus est, audivimus* [3]. Sin minus, multi certe in eius cognitione valde deficiunt ; cuius quidem crebro usurpant nomen in religiosis actibus exercendis, sed ea fide quae crassis tenebris circumfusa est. Quapropter quotquot sunt sacri concionatores curatoresque animarum hoc meminerint esse suum, ut quae ad Spiritum Sanctum pertinent diligentius atque uberius populo tradant ; sic tamen ut difficiles subtilesque absint controversiae, et prava eorum stultitia devitetur qui omnia etiam arcana divina temere conantur perscrutari. Illud potius commemorandum

Adhortaturus jam Fideles ad obsequii pietatisque studium in Spiritum S., sermonem instituit de Ipso 1° Noscendo, 2° amando, et 3° exorando, 1° In Spiritus S. cognitione cum multi valde deficiant, concionatores curatoresque animarum oportet, difficilibus controversiis omissis, populum

1. Gal., v, 22. — 2. S. Aug. *de Trin.* l. vi, c. 9. — 3. Act., xix, 2.

enucleateque explanandum est, quam multa et magna beneficia ab hoc largitore divino et manaverint ad nos et manare non desinant ; ut vel error vel ignoratio tantarum rerum, *lucis filiis* indigna, prorsus depellatur. Hoc autem propterea urgemus, non modo quia id attingit mysterium quo ad vitam aeternam proxime dirigimur, ob eamque rem firme credendum ; verum etiam quia bonum quo clarius pleniusque habetur cognitum, eo impensius diligitur et amatur. — Nempe Spiritui Sancto, quod alterum praestandum esse monuimus, debetur amor, quia Deus est : *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, et ex tota fortitudine tua* (1). Amandusque idem est, quippe substantialis, aeternus, primus amor ; amore autem nihil est amabilius : multoque id magis quia summis ipse nos cumulavit beneficiis, quae ut largientis benevolentiam testantur, ita gratum animum accipientis reposcunt. Qui amor duplicem habet utilitatem neque eam exiguam. Nam tum ad illustriorem in dies notitiam de Spiritu Sancto capiendam nos exacuet ; *Amans* enim, ut Angelicus ait, *non est contentus superficiali apprehensione amati, sed nititur singula quae ad amatum pertinent intrinsecus disquirere, et sic ad interiora eius ingreditur, sicut de Spiritu Sancto, qui est amor Dei, dicitur quod scrutatur etiam profunda Dei* (2) : tum caelestium donorum copiam nobis conciliabit largiorem, eo quod donantis manum ut angustus animus contrahit, ita gratus et memor dilatat. Curandum tamen magnopere ut iste amor eiusmodi sit qui non in cogitatione arida externoque obsequio subsistat, sed ad agendum prosiliat, refugiat maxime a culpa ; quum haec Spiritui Sancto, peculiari quodam nomine, accidat iniuriosior. Quanticumque enim sumus, tanti sumus ex bonitate divina ; quae eidem Spiritui praesertim adscribitur : hunc benigne sibi facientem is offendit qui peccat, quique ipsis eius abusus muneribus et bonitati confisus, quotidie magis insolescit. — Ad haec, quum veritatis ille sit Spiritus, si quis ex infirmitate aut inscitia deliquerit, forsitan excusationis aliquid apud

9 MAII 1897.

doceant quot quantaque sint Spiritus S. in nos beneficia, ut fides inde et amor in Ipsum augeantur.

2° Amandus est Spiritus S., quia Deus est et Amor substantialis,

summisque nos beneficiis cumulavit. Qui quidem amor magis ad Ipsum noscendum nos accendet,

majoraque ab Eo beneficia nobis conciliabit.

Sit ille amor efficax, atque a culpa refugiens, quae quidem peculiari nomine Spiritui S. injuriosa est.

Gravissimum in Ipsum est peccatum

1. Deut., VI, 5. — 2. I Cor., II, 10. — *Summ. th.*, 1a 2ae, q. XXVIII, a. 2.

veritati per malitiam repugnare, quod quidem nostra aetate maxime increbuit.

Deum habeat; at qui per malitiam veritati repugnet ab eaque se avertat, in Spiritum Sanctum peccat gravissime. Quod quidem aetate nostra increbuit adeo, ut deterrima ea tempora advenisse videantur a Paulo praenunciata quibus homines iustissimo Dei iudicio obcaecati, falsa pro veris habituri sint, et *huius mundi principi*, qui mendax est et mendacii pater, tamquam veritatis magistro credituri: *Mittet illis Deus operationem erroris ut credant mendacio* (1): *In novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris et doctrinis daemoniorum* (2). — Quoniam vero Spiritus Sanctus in nobis, ut supra monuimus, quasi suo quodam in templo habitat, suadendum est illud Apostoli: *Nolite contristare Spiritum Sanctum Dei, in quo signati estis* (3). Idque ipsum non satis est, indigna omnia defugere, sed omni virtutum laude christianus homo nitere debet, ut hospiti tam magno tamque benigno placeat, castimonia in primis et sanctitudine; casta enim et sancta addecent templum. Hinc idem Apostolus: *Nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus: templum enim Dei sanctum est, quod estis vos* (4): formidolosae eae quidem sed perquam iustae minae. — Postremo, Spiritum Sanctum exorari et obsecrari oportet, quippe cuius praesidio adiumentisque nemo unus non egeat maxime. Ut enim quisque est inops consilii, viribus infirmus, aerumnis pressus, pronus in vetitum, ita ad eum confugere debet qui luminis, fortitudinis, consolationis, sanctitatis fons patet perennis. Atque illa homini in primis necessaria, admissorum venia, ab eo potissimum expetenda est: *Spiritus Sancti proprium est quod sit donum Patris et Filii; remissio autem peccatorum fit per Spiritum Sanctum, tanquam per donum Dei* (5): de quo Spiritu apertius habetur in ordine rituali: *Ipse est remissio omnium peccatorum* (6). — Quanam vero ratione sit exorandus, perapte docet Ecclesia, quae supplex eum compellat et obtestatur suavissimis quibusque nominibus: *Veni*

Nos cum Ipsius templum simus, non tantum nullo possumus maculari crimine, sed omni virtutum laude nitere debemus.

3° Exorandus postremo Spiritus S. est ut nobis in omni succurrat angustia, in primisque peccata remittat.

Ea quidem ratione exorandus est

1. II Thess., II, 10. ... 2. I Tim., IV, 1. — 3. Eph., IV, 30. — 4. I Cor., III, 16. 17. — 5. *Summ. th.*, 3a, q. III, a. 8. *ad* 3m. — 6. *In Miss. rom.*, *fer.* III *post Pent.*

pater pauperum, veni dator munerum, veni lumen cordium : consolator optime, dulcis hospes animae, dulce refrigerium : eumdemque enixe implorat ut eluat, ut sanet, ut irriget mentes atque corda, detque confidentibus et *virtutis meritum* et *salutis exitum* et *perenne gaudium.* Nec dubitare ullo pacto licet an huiusmodi preces auditurus ille sit, quo auctore scriptum legimus : *Ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus* (1). Demum hoc est fidenter assidueque supplicandum, ut nos quotidie magis et luce sua illustret et caritatis suae quasi facibus incendat ; sic enim fide et amore freti acriter enitamur ad praemia sempiterna, quoniam ipse *est pignus hereditatis nostrae* (2).

9 MAII 1897.

quam nos Ecclesia docet : quas quidem preces Spiritus S. exaudiet. Ipsius lucem charitatemque petamus assidue, per quas ad praemia veniamus aeterna.

Habetis, Venerabiles Fratres, quae ad fovendum Spiritus Sancti cultum monendo hortandoque placuit edicere : minimeque dubitamus, quin ope praesertim navitatis sollertiaeque vestrae praeclaros in christiano populo sint fructus latura. Nostra quidem tantae huic rei persequendae nulla unquam defutura est opera, atque etiam consilium est ut, quibus subinde modis videbitur opportunius, idem pietatis studium tam praestabile alamus et provehamus. Interea, quoniam biennio ante, datis litteris *Provida matris*, peculiares preces, easque ad maturandum christianae unitatis bonum, in sollemnibus Pentecostes catholicis commendavimus, libet de hoc ipso capite ampliora quaedam decernere. Decernimus igitur et mandamus ut per orbem catholicum universum, hoc anno itemque annis in perpetuum consequentibus, supplicatio novendialis ante Pentecosten, in omnibus curialibus templis et, si Ordinarii locorum utile iudicarint, in aliis etiam templis sacrariisve fiat. Omnibus autem qui eidem novendiali supplicationi interfuerint, et ad mentem Nostram rite oraverint, eis annorum septem septemque quadragenarum apud Deum indulgentiam in singulos dies concedimus ; tum plenariam in uno quolibet eorumdem dierum vel festo ipso die Pentecostes, vel etiam quolibet ex octo subsequentibus, modo rite confessione abluti sacrâque communione refecti ad eamdem mentem

Spiritus S. cultum auctum iri his litteris confidit Pontifex ; qui ipsum cultum omni semper ope provehere studebit. Litteras antea de Pentecostes solemnibus a se datas memorat, jubetque novendiales preces quotannis fieri ante illa solemnia.

Varias Indulgentias concedit tunc lucrandas nec non ipso die Pentecostes et per Octavam.

1. Rom., VIII, 26. — 2. Eph., I, 14.

Nostram pie supplicaverint. Quibus beneficiis frui pariter eos posse volumus quos publicis illis precibus legitima caussa prohibeat, vel ubi non ita commode, secundum Ordinarii prudentiam, in templo res fieri possit ; dum tamen supplicationi novendiali privatim detur opera ceteraeque conditiones expleantur. Hoc praeterea placet de thesauro Ecclesiae in perpetuum tribuere, ut si qui vel publice vel privatim preces aliquas ad Spiritum Sanctum pro pietate sua iterum praestent quotidie per octavam Pentecostes ad festum inclusive sanctae Trinitatis, ceterisque ut supra conditionibus rite satisfecerint, ipsis liceat utramque iterum consequi indulgentiam. Quae omnia indulgentiae munera etiam animabus piis igni purgatorio addictis converti in suffragium posse, misericorditer in Domino concedimus.

Preces a Pastoribus et Fidelibus petit cum suis ipsius offerendas Spiritui Sancto, adhibita conciliatrice Virgine Beatissima cui admirabiles intersunt cum Spiritu S. rationes.

Iam Nobis mens animusque ad ea revolat vota quae initio aperuimus; quorum eventum summis precibus a divino Spiritu flagitamus, flagitabimus. Agite, Venerabiles Fratres, Nostris cum precibus vestras consocietis, vobisque hortatoribus universae christianae gentes coniungant suas, adhibita conciliatrice potenti et peraccepta Virgine Beatissima. Quae ipsi rationes cum Spiritu Sancto intercedant intimae admirabilesque, probe nostis ; ut Sponsa eius immaculata merito nominetur. Ipsius deprecatio Virginis multum profecto valuit et ad mysterium Incarnationis et ad eiusdem Paracliti in Apostolorum coronam adventum. Communes igitur preces pergat ipsa suffragio suo benignissima roborare, ut in universitate nationum tam misere laborantium divina rerum prodigia per almum Spiritum feliciter instaurentur, quae vaticinatione Davidica sunt celebrata : *Emittes Spiritum tuum et creabuntur et renovabis faciem terrae* (1). —

Benedicit.

Caelestium vero donorum auspicem et benevolentiae Nostrae testem vobis, Venerabiles Fratres, Clero populoque vestro Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die IX Maii MDCCCXCVII Pontificatus Nostri anno vicesimo.

LEO PP. XIII.

---

1. Ps. CIII, 30.

EPISTOLA

Ad Victoriam Angliae reginam annum sexagesimum ab inito regno mox completuram.

MAJESTÉ

LE prestige qui, à tant de titres, entoure le nom de Votre Majesté ne pouvait ne pas engager ses sujets à saisir l'occasion du soixantième anniversaire de Son règne pour Lui offrir l'hommage de leur dévouement et de leur respectueuse admiration. Les Souverains et les gouvernements de tous les pays s'empressent, eux aussi, de prendre part à ce joyeux anniversaire, et de Notre côté à cette occasion Nous ne saurions Nous abstenir d'exprimer à Votre Majesté nos vœux et nos félicitations. A cet effet Notre Vénérable frère l'Archevêque de Corinthe aura l'honneur de remettre à Votre Majesté cette lettre et de se rendre auprès d'Elle l'interprète de Nos sentiments. Nous prions instamment le Seigneur qu'il daigne conserver Votre Majesté encore pour de longues années, pour le plus grand bien de ses peuples et pour la joie et la consolation de sa Royale Famille. Cette prière Nous est aussi suggérée par un vif sentiment de gratitude envers Votre Majesté pour la pleine liberté que, dans sa clairvoyante justice, Elle assure aux nombreux catholiques qui Lui sont sujets dans l'ordre temporel. Nous y joignons en outre le vœu ardent de voir se raffermir les rapports entre le Saint-Siège et le puissant et glorieux Empire Britannique. C'est par ces vœux et par ces sentiments que Nous aimons Nous trouver auprès de Votre Majesté dans les fêtes dont Elle va être l'objet.

Rome, du Vatican, le 10 juin 1897, de Notre Pontificat l'année vingtième.

LEO PP. XIII.

10 IUNII 1897.

Gratulatur Pontifex Reginae sexagesimum mox annum ab inito regno completurae, magna quidem et Anglorum et exterarum gentium laetitia.

Multos adhuc annos ipsi a Deo apprecatus, gratum testatur animum ob plenam qua gaudent catholici in Anglia libertatem, atque exoptat ut Sanctam Sedem inter et Imperium Britannicum rationes stabiliantur.

EPISTOLA

Ad Aloisium a Parma minorum Franciscalium Generalem Magistrum,

DE TERTIO ORDINE S. FRANCISCI.

21 IUNII 1897.

Exponit Pontifex adhibitas a se curas ad promovendum Tertium S. Fr. Ordinem, saluberrimum quidem in tantis nostrae aetatis incommodis,

In iis, ad quae vix inito Pontificatu animum studiose adiecimus, illud etiam fuit ut piam Tertiariorum Franciscalium sodalitatem, laudibus et hortationibus adhibitis, datisque in eum finem litteris, quam latissime propagaremus. Subibat enim quam uberi fortunatoque exitu sanctissimus vir Franciscus id institutum ad corrigendos mores restituendamque pietatem adhibuisset; quamobrem facile inducebamus animum ut, in tantis aetatis nostrae incommodis, spem sublevationis non exiguam in eo ipso collocaremus. Quo vero, temperata legum severitate, fideles allicerentur acrius ad Tertii Ordinis sodalitatem expetendam, leges ipsas ad naturam temporum novavimus, poenarumque remissiones et privilegia, ut omnis tolleretur dubitandi ratio, nova largiti sumus editoque indice recensuimus. — Quae cum ita sint, iucunditate maxima Nos affici necesse fuit, quum, ob impletum vicesimum quintum annum, ex quo Tertio Ordini nomen dedimus, gratulationes ad Nos observantiaeque officia qui sunt ex eodem Ordine undique detulerunt; ex quo colligere datum est quam auctus passim sit numerus Seraphici Patris vestigiis ingredientium, quamque alacer voluntas ad imaginem contendendi sanctissimi auctoris. Accesserunt praeterea, caritatis argumentum, munera petrianae stipis, quam sodales, pro suis quisque viribus, certatim contulerunt, ut angustias levarent quae, ex abreptis civili principatu adiectisque a Deo providente subsidiis, in dies magis Nos premunt. — Haec tu, dilecte fili, grati animi sensa universo Tertiariorum Ordini ut significes volumus; omnesque Nostro nomine hortare ut, quantum quisque potest, in imitationem Francisci Assisiensis se

gratumque testatur animum ob eas quae sibi annum complenti 25 a suscepto Ordinis habitu, delatae sunt gratulationes, necnon ob petrianae stipis munera a sodalibus collata.

Fratres omnes exoptat ut Francisci Patris insistant vestigiis,

alacrius intendat. Quod ut caelestium gratiarum auxilio uberius eveniat, earumdem auspicem et paternae Nostrae benevolentiae testem, Apostolicam benedictionem tibi totique Tertii Ordinis sodalitati amantissime in Domino impertimus.

et toti Tertio Ordini amantissime benedicit.

Datum Romae apud S. Petrum die XXI Iunii MDCCCXCVII, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Episcopum Massiliensem,

DE TEMPORE S. CONFIRMATIONIS SUSCIPIENDAE.

22 IUNII 1897.

Interrogatus a Praesule Pontifex num sibi probetur ut pueri Sacram Confirmationem recipiant antequam S. Eucharistia reficiantur rescribit consuetudinem contrariam nec cum veteri congruere instituto Ecclesiae, nec cum fidelium utilitatibus,

ABROGATA, quae toto fere saeculo inoleverat, consuetudine, visum tibi est in mores dioecesis tuae inducere ut pueri, antequam divino Eucharistiae epulo reficiantur, christianum Confirmationis sacramentum, almo inuncti chrismate, suscipiant. Quod utrum Nobis probetur significari tibi desiderasti : placuit autem de re tam praecipua, medio nemine, ad te praescribere et qua simus mente aperire. — Propositum igitur tuum laudamus cummaxime. Quae enim ratio istic aliisque in locis invaluerat, ea nec cum veteri congruebat constantique Ecclesiae instituto, nec cum fidelium utilitatibus. Insunt namque puerorum animis elementa cupidinum, quae, nisi maturrime eradantur, invalescunt sensim, imperitos rerum pelliciunt atque in praeceps trahunt. Quamobrem opus habent fideles, vel a teneris, *indui virtute ex alto*, quam sacramentum Confirmationis gignere natum est ; in quo, ut probe notat Angelicus Doctor, Spiritus Sanctus datur ad robur spiritualis pugnae et promovetur homo spiritualiter in aetatem perfectam. Porro sic confirmati adolescentuli ad capienda praecepta molliores fiunt, suscipiendaeque postmodum Eucharistiae aptiores, atque ex suscepta uberiora capiunt emolumenta. — Quare quae a te sapienter sunt constituta optamus ut fideliter perpetueque serventur. — Ut autem de tuo studio, in commissi gregis utilitatibus procurandis, benevolentiæ Nostrae testimonium habeas, Apostolicam benedictionem tibi, Venerabilis Frater, universaeque dioecesi tuae amantissime in Domino impertimus.

ideoque quae a Praesule sunt constituta, ut serventur exoptat. Benedicit.

Datum Romae apud S. Petrum die XXII Iunii MDCCCXCVII, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Card. Oreglia, episc. Ostiensem et Veliternum,

DE UNITATE ECCLESIAE ET S. SEDIS IURIBUS.

LIBET quidem affari te his litteris, ut est consentaneum dignitati tuae: sed intelligi universe volumus de Venerabilibus Fratribus Cardinalibus atque Episcopis omnibus, quorum praesentia, extremo mense Maio, ad caeremonias sanctissimas gavisi sumus, quique per eam occasionem communes ad Nos litteras dedere plenas officii egregiaeque voluntatis. Certe animum vestrum, Venerabiles Fratres, pulchre cognoveramus cum Nostri cupidum, tum Sedi Apostolicae, uti oportet, deditissimum: gratum tamen est recognovisse. Siquidem magnopere optandum, hoc praesertim tempore, ut idem saepius appareat, scilicet qui in christiana re administranda versantur, eos esse omnes obsequio, caritate mutua, similitudine consiliorum, cum Pontifice maximo coniunctos, in quo IESUS CHRISTUS et potestatis fastigium et principium unitatis collocavit. Qua in re utique vobiscum consentiunt e multitudine christiana longe plurimi; fieri enim non sine divino consilio videmus, ut Apostolicae Sedis tanto plus ex una parte excitetur amor, quanto ex altera est oppugnatio vehementior. Eiusmodi tuendo propagandoque amori populari, in quo velut initium ac pignus quoddam cernitur salutis futurae, est vehementer opus auctoritate diligentiaque vestra, quam sane constantem fore, ut est, certo scimus. — De reconciliatione orientalium gentium, et quotquot sunt qui nobiscum de fide dissentiunt, valde amavimus pietatem desiderii vestri. Magni omnino operis exituque ardui velut semina iecimus: ea ad maturitatem aliquando perductum iri confidimus auctore Deo, qui Ecclesiam suam unam esse iussit totius complexu generis humani, et cuius in potestate est mortalium animos

5 IULII 1897.

Cardinales laudat Pontifex secum maxime conjunctos:

quos quidem et Fideles plurimi aemulantur, eo magis S. Sedis addicti quo haec acrius ab impiis impugnatur.

Unitatem Fidei enixe commendat per preces et per labores perficiendam,

unde vult deducere, et quo vult, incolumi cuiusque libertate, impellere. Contendite ab eo suppliciter, ut tantam hominum multitudinem revocare ab opinionum errore ad veritatem benigne velit : quantum autem in vobis est, date operam ut conata Nostra adiuvetis per artes omnes christianae caritatis. — Inter incoepta tantarum rerum officiaque cetera quae munus apostolicum comitantur, quotidie magis apparet necesse esse, ut Apostolica Sedes in eam ipsam conditionem, quam divina providentia pepererat, restituatur. Spes Nostras maximas in Deo reposuimus vindice Ecclesiae suae : intereaque, quamdiu ea quae premunt incommoda ac difficultates insederint sine ulla dubitatione perseverabimus vim Pontifici illatam conqueri, et ea, quae libertatis Nostrae tutelam maxime continent, sanctissima iura repetere.

atque Sedis Apostolicae iura iterum vindicat.

Benedicit.

Caelestium munerum auspicem et paternae Nostrae benevolentiae testem vobis, Venerabiles Fratres, populoque et clero vestro Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die V Iulii MDCCCXCVII, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

LEO PP. XIII.

LITTERAE APOSTOLICAE

DE CENTENARIIS SOLLEMNIBUS

S. LUDOVICI, ARCHIEPISC. TOLOSANI.

SUAVI quodam iucunditatis sensu animum Nostrum perfundit nuntius qui Nobis affertur, Carpineti singulari studio et pietatis significatione sollemnia apparari ob memoriam sancti Ludovici Archiepiscopi Tolosani, sexto abeunte saeculo post quam ille regio sanguine clarus, vitae sanctitate clarissimus, a mortali hoc aevo ad immortale ac beatum demigravit. Optimo sane consilio maiores Nostri illum sibi posterisque suis Patronum caelestem cooptarunt, qui quum fuerit, dum vixit, omnis virtutis exemplar, haberent ipsi quem sibi ad imitandum proponerent, et quum plurimum valeat nunc gratia apud Deum, haberent custodem et vindicem, quem possent in omni vitae discrimine ad defendendum invocare. Neque semel gens Nostra novit planeque sensit, se in fide et clientela sancti Ludovici esse ; magnorum enim est vis beneficiorum, quæ ille in Nostrum genus omni tempore contulit, quorum quidem beneficiorum neque interibit apud Nos memoria, neque gratia consenescet. Ex quibus illud placet commemorare, quod maximi fit apud Nostros, et cuius extat quasi mnemosynon, continuatio seriesque nominis Ludovici et festum quod peragitur quotannis ad sancti Petri Patrum ex Ordine sancti Francisci Reformatorum. Proditum memoriae est,avos Nostros sterili coniugio quartum iam annum devinctos,miro prolis desiderio fuisse incensos, quam ut susciperent, sollicita prece caelestem Patronum suum Ludovicum ambierunt. Exacto nondum anno, voti compotes facti prole gavisi sunt mascula, Parente Nostro, cui Ludovici nomen est inditum. Neque ignota quidem neque nova municipibus Carpineti est observantia, qua domus Nostra ab avis et proavis sanctum Ludovicum reveretur et colit, atque ideo probe sciunt Nobis

28 IULII 1897.

Gaudet Pontifex solemnia apparari ob memoriam S. Ludovici, Arch. Tolosani, tot nominibus clari,

atque in suam ipsius gentem munificentissimi,

quae quidem grato inde animo atque pientissimo in

illum se gerit. Laetanti proin animo thesaurum coelestium gratiarum aperturus est in his solemnibus.

potissimum et genti Nostrae, quum illi honores indixerint, se gratum acceptumque facturos. Quapropter hoc etiam nomine huiusmodi sollemnia Nos non mediocriter delectant, quibus quidem volumus per Nos etiam accessionem aliquam fieri ornamenti et decoris. Quumque Nobis, summo Dei concessu et munere, gratiarum caelestium creditus sit thesaurus, illum in hisce sollemnibus ad bonum spirituale christianorum aperiendum censuimus. Neminem enim latet honores qui beatis caelitibus deferuntur, eo illis gratiores esse atque acceptiores, quo magis sunt iis qui deferunt, fructuosi. Quare ut honores qui Carpineti sunt sancto Ludovico habendi, optatiores illi sint, et christiani omnes ex sollemnibus, quae peragent, possint laetos uberesque demetere et percipere fructus, Nos de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus, qui die trigesimo mensis Augusti, quo festum saeculare celebrabitur, vere poenitentes et confessi ac sacra Communione refecti, templum sancti Petri Patrum ex ordine sancti Francisci Reformatorum devote visitaverint, atque ibi pro christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Indulgentiam plenariam statuit lucrandam ipsa die saecularis festi,

Quum vero ante dictum festum sollemnis supplicatio in triduum habenda sit, Nos iisdem fidelibus corde saltem contritis, qui quolibet die ex tribus diebus memoratae supplicationi interfuerint, atque ut supra dictum est oraverint, septem annos totidemque quadragenas de iniunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentiis, in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Quas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes, etiam animabus christifidelium quae Deo in caritate coniunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari posse largimur. Praesentibus valituris hoc anno tantum.

atque alias concedit lucrandas per triduum quod festum praecedit.

Quas indulgentias statuit applicari posse animabus Purgatorii.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris

die XXVIII Iulii MDCCCXCVII, Pontificatus Nostri anno vicesimo. *28 IULII 1897.*

A. CARD. MACCHI.

EPISTOLA

Ad Josephum Cardinalem Sarto

Patriarcham Venetiarum,

DE SS. EUCHARISTIAE CULTU.

30 IULII 1897.

Gaudet Pontifex ubique studium rei christianae vindicandae refervere in dies :

COMMUNIS omnium laetitia est, catholicorum pietatem et alacre christianae rei vindicandae tuendaeque studium ubique refervere in dies, eo italicarum gentium bono, quod ex reverentia legum divinarum et religionum sanctissimarum observantia gigni ratione atque experentia comprobatum est. — Nobis autem auspicatus is animorum ardor eo accidit iucunditatis plenior, quod, non temere fortuitoque conceptus, sed iis videtur caussis excitus,quae et sincerum demonstrant nec facile consessurum promittunt. Nam, praeter cetera quae ad commovendas voluntates plurimum possunt providentissimo Dei instinctu factum videmus ut hac tempestate nostra, qua, vi gliscentium errorum rerumque fluxarum immodica cupiditate, refrixit multorum caritas, sacrosanctae Eucharistiae, insueto retro temporibus incremento, religio invaluerit. Huic autem Sacramento augusto, in quo Christus ipse substantialiter continetur suaeque adest Ecclesiae, ignis ille suppositus est, quem nostri generis Servator venit mittere in terras nec avet magis quam ut accendatur. Quamdiu ergo Eucharistiae honor habebitur, inque eam vigebit pietas, tamdiu necesse est inflammari animos et ad quaeque optima incitari. — His Nos de caussis invectum noviter eucharisticorum coetuum cogendorum morem laudando exhortandoque promovendum curavimus ; nec delectati sumus exigue quum tu, dilecte fili Noster, ad Nos retulisti de conventu eiusmodi, haud ita multo post Venetiis habendo. De quo spem bonam fiduciamque iniicit Episcoporum commune studium et concors fidelium voluntas ; fructusque laetos portendunt quae sapienti consilio agitanda in coetu ipso constituistis.

quod quidem acceptum in primis refert invalescenti SS. Eucharistiae cultui.

Eucharisticos proin conventus valde probat,

— Nobis igitur hoc unum superest ut universis qui in eo aderunt divinorum munerum ubertatem adprecemur, quo fausta cuncta ac felicia ad IESU CHRISTI honorem pietatisque incrementum cedant. Horum autem bonorum auspicem, Nostraeque simul benevolentiae testem, Apostolicam benedictionem esse volumus, quam tibi, Episcopis ac fidelibus qui ad coetum convenient, amantissime impertimus. *et benedicit ad coetum Venetiis agendum congressuris.*

Datum Romae apud S. Petrum die XXX Iulii MDCCCXCVII, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA ENCYCLICA

Ad Archiep. et Episc. Austriae, Germaniae Helvetiorum,

DE MEMORIA SAECULARI B. PETRI CANISII.

I AUG. 1897.

Sanctorum celebrare memoriam semper utilissimum;

MILITANTIS Ecclesiae suadet utilitas, non minus quam decus, ut quos excellens virtus ac pietas altius evexit ad gloriam triumphantis, eorum solemni ritu saepius memoria instauretur. Per has enim honoris significationes antiquae subit recordatio sanctitatis, opportuna illa quidem semper, infestis autem virtuti ac fidei temporibus saluberrima. Ac praesenti quoque anno divinae providentiae beneficio fit, ut de expleto saeculo tertio ab obitu *Petri Canisii*, viri sanctissimi, laetari Nobis liceat, nihil magis pensi habentibus quam ut iis artibus excitentur bonorum animi, quibus per eum virum tam feliciter christianae reipublicae consultum fuit. Refert enim praesens aetas similitudines quasdam eius temporis, in quod incidit Canisius, quum novarum rerum cupidinem et liberioris doctrinae cursum ingens iactura fidei sequeretur morumque perversitas. Utramque pestem, quum a ceteris omnibus, tum impensius a iuventute propulsandam curavit alter ille post Bonifacium Germaniae Apostolus, neque solum opportunis concionibus aut disputandi subtilitate, sed scholis praesertim institutis editisque optimis libris. Cuius praeclara exempla sequuti multi etiam de vestra gente impigri homines iisdemque usi armis contra genus hostium minime rude, nunquam destiterunt ad religionis praesidium ac dignitatem, nobilissimas quasque disciplinas tueri, omnem honestarum artium cultum incenso animo persequi, libentibus ac probantibus Romanis Pontificibus, quibus solertissima semper cura fuit ut litterarum staret antiqua maiestas, et humanitas omnis nova in dies incrementa susciperet. Neque vos latet, Venerabiles Fratres,

nostraque aetate peropportunum est ad memoriam revocare exempla B. P. Canisii tam praeclare de Ecclesia meriti praesertim institutis scholis editisque libris.

Eum multi in Germania feliciter sunt aemulati,

probantibus semper RR. Pontificibus, ipsiusque exemplum

Christi militibus Pontifex proponit pro sua de litterarum studiis promovendis constanti sollicitudine.

si quid Nobis ipsis maxime cordi fuit, id spectasse adolescentiam recte ac salubriter instituendam, cui rei certe, quantum licuit, ubicumque prospeximus. Nunc vero praesenti utimur occasione libenter, Petri Canisii strenui ducis exemplum ob oculos ponentes iis qui in Ecclesiae castris militant Christo, ut, quum secum reputaverint iustitiae armis arma consocianda esse doctrinae, caussam religionis acrius tueri possint atque felicius.

Exponitur pessimus rei moralis et religiosae status in Germania, lutherana haeresi exorta.

Quanti negotii munus susceperit vir catholicae fidei retinentissimus, proposita sibi caussâ rei sacrae et civilis, facile occurrit Germaniae faciem intuentibus sub initia rebellionis lutheranae. Immutatis moribus atque in dies magis collabentibus, facilis ad errorem aditus fuit ; error autem ipse ruinam morum ultimam maturavit. Hinc sensim plures a catholica fide desciscere ; mox pervagari malum virus provincias fere universas ; tum omnis conditionis fortunaeque homines inficere, adeo ut multorum animis opinio insideret caussam religionis in illo imperio ad extrema esse deductam, morboque curando vix quidquam superesse remedii. Atque actum plane de summis rebus erat, nisi praesenti ope Deus adstitisset. Supererant quidem in Germania viri antiquae fidei, doctrina et religionis studio conspicui ; supererant principes domus Bavaricae et Austriacae imprimisque rex Romanorum Ferdinandus, eius nominis primus, quibus firmum erat rem catholicam totis viribus tueri atque defendere. At novum longeque validissimum periclitanti Germaniae subsidium addidit Deus, opportune natam ea tempestate Loyolaei Patris societatem, cui primus inter Germanos nomen dedit Petrus Canisius. — Huc profecto non attinet singula persequi de hoc viro eximiae sanctitatis ; quo studio patriam dissidiis ac seditionibus laceratam curaverit ad animorum consensionem et veterem concordiam revocare, quo ardore cum erroris magistris in disputationis certamen venerit, quibus concionibus animos excitaverit, quas molestias tulerit, quot regiones peragrarit, quam graves legationes fidei caussâ susceperit. Verum, ut ad arma illa doctrinae animum referamus, quam ea constanter tractavit, quam apte, quam

Tot inter mala assumpsit Deus ut rem catholicam propugnarent, viros fide et pietate insignes principesque Ecclesiae addictos, in primis vero Societatem Jesu, cui primus in Germania Canisius nomen dedit.

Qui quot labores exantlaverit Pontifex summatim proponit

Fusius vero describit quot nominibus sit de doctrina sacra optime meritus.

prudenter, quam opportune! Qui quum Messana reversus esset, quo se contulerat dicendi magister, mox sacris disciplinis tradendis in Coloniae, Ingoldstadii, Viennae Academiis egregiam operam dedit, in quibus regiam tenens viam probatorum scholae christianae doctorum, theologiae *scholasticae* magnitudinem Germanorum animis aperuit. A qua quum fidei hostes eo tempore summopere abhorrerent, quod eâ catholica veritas fulciretur maxime, hanc scilicet studiorum rationem instaurandam curavit publice in lyceis atque in collegiis Societatis Iesu, quibus ipse excitandis tantum operae industriaeque contulerat. Neque eumdem a sapientiae fastigio puduit ad litterarum initia descendere et pueros erudiendos suscipere, scriptis etiam in eorum usum litterariis libris atque grammaticis. Quemadmodum vero a principum aulis, ad quos orationes habuisset, saepe redibat concionaturus ad populum, ita, quum maiora scripsisset, sive de controversiis sive de moribus, componendis libellis manum admovebat, qui aut populi roborarent fidem, aut pietatem excitarent atque foverent. Mirum autem quantum in eam rem profuit, ne errorum laqueis imperiti caperentur, edita ab ipso catholicae doctrinae Summa, densum opus ac pressum, nitore latino excellens, Ecclesiae Patrum stylo non indignum. Huic praeclaro operi, quod in omnibus paene Europae regnis ingenti plausu a doctis exceptum est, mole cedunt, non utilitate, celebratissimi duo illi *catechismi*, in rudiorum usum a beato viro conscripti, alter imbuendis religione pueris, alter erudiendis ipsâ adolescentibus, qui in litterarum studio versarentur. Uterque, ubi primum editus est, tantam catholicorum iniit gratiam, ut omnium fere manibus tereretur qui christianae veritatis elementa traderent, neque in scholis tantum, veluti lac pueris sugendum, adhiberetur, sed publice in communem utilitatem explicaretur in templis. Quo factum est ut Canisius per annos tercentos communis catholicorum Germaniae magister habitus fuerit, utque in populari sermone duo haec plane idem sonarent, Canisium nosse ac veritatem christianam retinere.

Praeclara laude extollit catholicae doctrinae Summam ab eo editam, necnon duos catechismos *in usum tum puerorum tum adolescentium ab ipso conscriptos maximo quidem rei religiosae emolumento.*

Praeclara

Haec viri sanctissimi documenta ineundam bonis omni-

I AUG. 1897.

bus viam indicant satis. Novimus quidem, Venerabiles Fratres, hanc vestrae gentis laudem esse praeclaram, ut ingenio studiisque ad patrium decus provehendum, ad privata et publica commoda procuranda sapienter utamini ac felicissime. Verum interest plurimum, quidquid sapientum ac bonorum est inter vos, pro religione conniti strenue; ad ipsius ornamentum atque praesidium omne ingenii lumen, omnes litteraturae nervos referre; eodemque consilio quidquid ubique benevertat sive artis incremento sive doctrinae arripere statim et cognitione complecti. Etenim si fuit unquam aetas, quae, ad rei catholicae defensionem, doctrinae atque eruditionis copiam maxime postularet, ea profecto nostra aetas est, in qua celerior quidam ad omnem humanitatem cursus occasionem aliquando praebet impugnandae fidei christiani nominis hostibus.

beati viri exempla imitanda esse inculcat Pontifex. Scientias nimirum artesque colere Catholici debent nostra praesertim aetate, cum scientiae vindicandae nomine religionem hostes impugnant.

Pares igitur vires afferendae sunt ad horum impetum excipiendum; praeoccupandus locus; extorquenda e manibus arma, quibus nituntur foedus omne inter divina et humana abrumpere. Catholicis viris ita animo comparatis atque uti decet instructis plane licebit re ipsa ostendere, fidem divinam, non modo a cultu humanitatis nullatenus abhorrere, sed eius esse veluti culmen atque fastigium; eamdem, in iis etiam quae longe dissita aut inter se repugnantia videantur, tam amice posse cum philosophia componi et consociari, ut altera alterius luce magis magisque collustretur: naturam, non hostem, sed comitem esse atque administram religionis; huius haustu non modo omnis generis cognitionem ditescere, sed plurimum roboris ac vitae litteris etiam ceterisque artibus provenire. Quantum autem sacris doctrinis ornamenti ac dignitatis accedat ex profanis ipsis disciplinis, facile intelligi potest cui hominum natura cognita sit, pronior ad ea, quae sensus iucunde permoveant. Quare apud gentes quae prae ceteris humanitate commendantur, vix ulla fiducia est rudi sapientiae, eaque negliguntur maxime a doctis, quae nullam speciem formamque praeseferant. *Sapientibus* autem *debitores sumus* non minus quam *insipientibus*, ita ut cum illis in acie stare, hos debeamus labantes erigere ac confirmare.

Evincant ergo Catholici fidem divinam non modo scientiae cultuique humano nihil obesse, sed multum prodesse,

adhibeantque ipsi profanas disciplinas ad rei religiosae augmentum.

Non tantum de scientia sacra, sed et de litteris Ecclesiam optime meritam esse ostendit Pontifex allatis exemplis Patrum, Doctorum

Atque hic sane campus Ecclesiae patuit latissime. Nam, ubi primum post diuturnas caedes rediit animus, quam fidem viri fortissimi sanguine obsignaverant, eamdem doctissimi homines ingenio suo et scientia illustrarunt. In hanc laudem primum conspiravere Patres, iis quidem lacertis, ut fieri nihil posset valentius; voce autem plerumque erudita et romanis graecisque auribus digna. Quorum doctrinae eloquentiaeque quasi aculeis excitati complures deinde impetum omnem in sacrarum rerum studia coniecerunt, atque tam amplum christianae sapientiae quasi patrimonium collegerunt, in quo quavis aetate ceteris Ecclesiae homines invenirent unde aut veteres superstitiones evellerent, aut nova errorum portenta subverterent.

et monachorum, qui quidem ab exitio tutaverunt veterum scriptorum monumenta.

Hanc vero uberem doctorum copiam nulla non aetas effudit, ne illa quidem excepta quum pulcherrima quaeque, barbarorum obnoxia rapinis, ad neglectum atque oblivionem recidissent; ita ut si antiqua illa humanae mentis manusque miracula, si res quae olim apud romanos aut graecos summo in honore erant, non penitus exciderunt, totum id acceptum Ecclesiae labori atque industriae sit referendum.

Litterati vero, ut Ecclesiae prosint, debent cum studiis conjungere solertiam agendi, maxime in juventute instituenda.

Quod si tantum religioni lumen accedit ex doctrinae studiis atque artium, profecto qui totos se in his collocarunt adhibeant opus est non modo cogitandi, verum etiam agendi solertiam, ne ipsorum solivaga cognitio et ieiuna videatur. Sua igitur docti studia ad christianae reipublicae utilitatem, privatumque otium ad commune negotium conferentes efficiant, ut sua ipsorum cognitio, non inchoata quodammodo videatur, sed cum rerum actione coniuncta. Haec autem actio in iuventute instituenda maxime cernitur; quae quidem tanti negotii res est, ut partem laboris et curarum postulet maximam.

Scholis proin invigilent Episcopi,

Quamobrem vos in primis vehementer hortamur, Venerabiles Fratres, ut scholis in fidei integritate retinendis, aut ad ipsam, si opus fuerit, revocandis sedulo advigiletis, sive quae a maioribus institutae, sive quae conditae recentius fuerunt, nec pueriles tantum, sed etiam quas medias et quas academicas vocant.

intactaque

Ceteri autem e vestris regionibus catholici id in primis

1 AUG. 1897.

nitantur atque efficiant, ut in institutione adolescentium sua parentibus, sua Ecclesiae iura sarta tectaque sint. — Qua in re haec potissimum curanda. Primum, ut catholici scholas, praesertim puerorum, non mixtas habeant, sed ubique proprias, magistrique deligantur optimi ac probatissimi. Plena enim periculi est ea disciplina, in qua aut corrupta sit, aut nulla religio, quod alterum in scholis, quas diximus mixtas, saepe videmus contingere. Nec facile quisquam in animum inducat impune posse pietatem a doctrina seiungi. Etenim si nulla vitae pars, neque publicis neque privatis in rebus vacare officio religionis potest, multo minus arcenda ab eo officio est aetas et consilii expers, et ingenio fervida, et inter tot corruptelarum illecebras constituta. Igitur qui rerum cognitionem sic instituat, ut nihil habeat cum religione coniunctum, is germina ipsa pulchri honestique corrumpet, is non patriae praesidium, sed humani generis pestem ac perniciem parabit. Quid enim, Deo sublato, adolescentes poterit aut in officio retinere, aut iam a recta virtutis semita devios et in praerupta vitiorum praecipites revocare?

Serventur parentum et Ecclesiae iura in adolescentium institutione. Habeant Catholici scholas proprias quibus optimi praesint magistri; mixtae vero scholae vitentur, cum periculis multis sint obnoxiae.

Necesse deinde est non modo certis horis doceri iuvenes religionem, sed reliquam institutionem omnem christianae pietatis sensus redolere. Id si desit, si sacer hic halitus non doctorum animos ac discentium pervadat foveatque, exiguae capientur ex qualibet doctrina utilitates; damna saepe consequentur haud exigua. Habent enim fere sua quaeque pericula disciplinae, eaque vitari vix ab adolescentibus poterunt, nisi fraena quaedam divina eorum mentibus atque animis iniiciantur. Cavendum igitur maxime, ne illud, quod caput est, iustitiae cultus ac pietatis, secundas partes obtineat; ne constricta iuventus iis tantummodo rebus, quae sub oculos cadunt, omnes nervos virtutis elidat; ne dum praeceptores laboriosae doctrinae fastidia ferunt et syllabas apicesque rimantur, minime sint de vera illa sapientia solliciti, cuius *initium timor Domini*, et cuius praeceptis in omnes partes usus vitae conformari debet. Multarum igitur rerum cognitio adiunctam habeat excolendi animi curam; omnem autem disciplinam, quaevis

Nec certis tantum horis doceatur religio in scholis, sed tota sit institutio sensu religionis imbuta: evadunt enim omnes disciplinae, semota ab ipsis religione, periculosissimae adolescentium animis.

denique ea sit, religio penitus informet ac dominetur, eademque maiestate sua ac suavitate ita percellat, ut in adolescentium animis quasi aculeos relinquat.

Magistri scholarum seligantur ii quos probaverit Ecclesia.

Quandoquidem vero id Ecclesiae semper propositum fuerit, ut omnia studiorum genera ad religiosam iuvenum institutionem maxime referrentur, necesse est huic disciplinae non modo suum esse locum, eumque praecipuum, sed magisterio tam gravi fungi neminem, qui non fuerit ad id muneris idoneus ipsius Ecclesiae iudicio et auctoritate probatus.

Veterum Academiarum exemplum aemulentur hodiernae Universitates, sua religioni iura servantes:

Verum non a puerorum tantum scholis postulat sua iura religio. Fuit tempus illud, quum legibus cuiusque Academiae, imprimisque Parisiensis, cautum erat, ut studia omnia ita se theologiae accommodarent, ut nemo iudicaretur ad sapientiae fastigium pervenisse, nisi eius disciplinae lauream adeptus. Augustalis autem aevi instaurator Leo decimus, ceterique ab illo Pontifices Decessores Nostri, romanum athenaeum aliasque studiorum, quas vocant, universitates, quum impia bella in religionem arderent, firmas velut arces esse voluere, ubi, ductu auspicioque christianae sapientiae, iuvenes docerentur. Eiusmodi studiorum ratio, quae Deo rebusque sacris primas deferebat, fructus tulit haud mediocres; certe illud effecit, ut sic instituti adolescentes melius in officio continerentur. Haec in vobis etiam fortuna iterabitur, si viribus omnibus contendetis, ut in scholis, quas medias vocant, in gymnasiis, lyceis, academiis sua religioni iura serventur. — Neque tamen id excidat unquam, consilia vel optima ad irritum cadere et inanem laborem suscipi, si animorum consensio desideretur atque in agendo concordia. Quid enim efficient bonorum divisae vires adversus coniunctum impetum hostium? Aut quid singulorum proderit virtus, ubi nulla sit communis disciplina? Quare vehementer hortamur, ut, remotis importunis controversiis partiumque contentionibus, quae facile animos dissociare possunt, de curando Ecclesiae bono omnes uno ore consentiant, collatis viribus in id unum conspirent ac eamdem afferant voluntatem, *solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis* (1).

quod ut fieri possit, serventur in mediis scholis illa religionis iura. Concordes sint hac in re Episcopi, ut ipsa prospere succedat.

1. Ad Eph., IV, 3.

1 Aug. 1897.

Haec suasit ut moneremus sanctissimi hominis memoria et recordatio ; cuius utinam praeclara exempla in animis haereant, excitentque eius amorem sapientiae, quae a curanda hominum salute et Ecclesiae dignitate tuenda nunquam recedat. Confidimus autem, vos, Venerabiles Fratres, quae vestra prae ceteris sollicitudo est, socios et consortes habituros gloriosi laboris e viris doctissimis quamplurimos. Sed rem nobilem, quasi in suo sinu positam, praestare ii poterunt maxime, quicumque praeclaro muneri instituendae iuventutis sunt Dei providentia praepositi. Qui, si illud meminerint, quod veteribus placuit, scientiam, quae remota sit ab iustitia, calliditatem potius quam sapientiam esse appellandam, aut melius, si animo defixerint quod Sacrae Litterae affirmant, *vani sunt... omnes homines, in quibus non subest scientia Dei* ([1]), discent armis doctrinae non tam ad privata commoda uti, quam ad communem salutem. Fructus autem laboris industriaeque suae eosdem se laturos sperare poterunt, quos in suis olim collegiis atque institutis Petrus Canisius est consecutus, ut dociles ac morigeros experiantur adolescentes, honestis moribus ornatos, ab impiorum hominum exemplis longe abhorrentes, aeque de scientia ac de virtute sollicitos. Quorum in animis ubi pietas altius radices egerit, fere aberit metus ne opinionum pravitate inficiantur aut a pristina virtute deflectant. In his Ecclesia, in his civilis societas spem optimam reponet futuros aliquando egregios cives, quorum consilio, prudentia, doctrina, et rerum civilium ordo et domesticae vitae tranquillitas possit salva consistere.

Orationem concludit Pontifex exemplum B. Canisii revocans, atque exoptans ut habeant Episcopi dignos sui laboris socios, eos praesertim qui juventutem curant instituendam. Hos iterum monet ut non scientiam tantum, sed et justitiam discipulos suos doceant, quum uberrimi sint talis institutionis fructus.

Quod reliquum est, Deo optimo maximo, qui est *scientiarum Dominus*, Eiusque Virgini Matri, quae *Sedes sapientiae* appellatur, deprecatore adhibito Petro Canisio, qui doctrinae laude tam bene est de Ecclesia catholica meritus, preces adhibeamus, ut votorum, quae pro ipsius Ecclesiae incremento ac pro bono iuventutis concepimus, fieri compotes liceat. Hac spe freti, vobis singulis, Venerabiles Fratres, et clero populoque vestro universo, auspicem caelestium munerum et paternae benevolentiae Nostrae

Spem suam de Ecclesiae incremento ac juventutis bono Pontifex Deo committit Ejusque Matri, necnon B. Canisio; et benedicit.

1. Sap., XIII, 1.

testem, Apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 1 Augusti MDCCCXCVII, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

LEO PP. XIII.

ALLOCUTIO

Ad Galliae opifices in Urbem peregrinatos,

DE RE SOCIALI.

AU milieu des difficultés et des épreuves de Notre Ministère Apostolique, le Seigneur, toujours bon et secourable, Nous ménage de touchantes consolations qui soutiennent et fortifient Notre vieillesse, et ouvrent Notre cœur à la douce espérance d'un avenir heureux pour l'Église et pour la société. Il Nous est donné aujourd'hui d'éprouver une indicible joie en Nous voyant environné par vous, enfants de la France, qui avez laissé votre patrie,et qui, sous la conduite d'hommes pieux et à vous tout dévoués, êtes venus pleins de foi et d'amour, dans la ville éternelle, afin d'offrir vos hommages au Vicaire de JÉSUS-CHRIST et recevoir sa bénédiction.

7 AUG. 1897.

Gaudet Pontifex tot videns coram se congregatos filios Galliae

C'est avec une vive tendresse que Nous vous accueillons, vous, les représentants de la classe ouvrière, si digne de Notre paternelle sollicitude ; vous, les fils de cette généreuse France à laquelle, vous le savez, Nous portons une constante et spéciale affection, parce que, malgré les erreurs et les aberrations individuelles, elle n'a jamais cessé et ne cesse de manifester son admirable charité et son énergie pour la noble cause de la religion et de la civilisation.

dilectissimae,

Nous trouvons opportun aujourd'hui de rappeler à vos souvenirs les principes d'équité et de justice qui seuls peuvent donner la solution de la question sociale.

occasionemque nactus opportunam,

Non seulement vous les connaissez, mais, grâce à Dieu, vous les avez mis en pratique, trouvant en eux une solide et constante garantie d'harmonie et de paix dans les relations quotidiennes entre vous et vos patrons. Ce qui est une grande consolation pour Nous, parce que si, d'une part, Nous avons eu constamment pour objectif, pendant Notre pontificat, d'assurer à la religion le respect qui lui est dû, en défendant de tout Notre pouvoir ses droits

pro constanti sua sollicitudine de re religiosa necnon de re publica,

sacrés et en la plaçant au-dessus des contingences et des intérêts secondaires des partis, comme un phare lumineux qui doit éclairer la voie de l'humanité ; d'autre part, Nos efforts ne furent pas moins constants et énergiques pour éloigner les graves périls et les terribles conflits qui menacent la société, et pour fortifier partout le règne de la justice et, par son moyen, l'ordre, le bien-être et la tranquillité des peuples.

hortatur adstantes opifices ut vitam ducant vere Christianam, eorumque devitent consortium qui rem socialem componere nituntur per sanctissimarum legum subversionem.

C'est pourquoi Nous vous adressons de tout cœur, à vous ouvriers catholiques de France, Nos félicitations et Nos encouragements. A vous, Nous n'avons qu'à dire : soyez fermes dans vos bons propos ; continuez, toujours dociles à la direction de vos pasteurs respectifs, à aimer et à pratiquer la religion, source intarissable de consolation et de courage dans les luttes et les tribulations de la vie ; enfin, évitez avec soin le contact d'hommes dangereux, qui convoitent la solution si difficile du problème social dans la destruction des lois inviolables sur lesquelles posent la propriété, la famille et l'humanité tout entière. De tels hommes ne feront que fomenter des luttes incessantes, accumuler des ruines et rendre plus dure et plus pénible la condition des ouvriers.

Adstantes sacerdotes laudat de opificum salute sollicitos,

Il Nous est doux d'exprimer Notre satisfaction à cette belle et nombreuse réunion de prêtres français, que Nous contemplons ici autour de Nous, unis au pèlerinage ouvrier. Leur présence Nous est agréable, parce que Nous savons qu'ils se dévouent et par la parole et par les œuvres à promouvoir le bien moral et matériel des ouvriers, en dissipant les équivoques, en inculquant la concorde et en faisant pénétrer, dans leurs classes, les règles de la vie chrétienne, qui sont le moyen le plus puissant pour résoudre le problème qui les préoccupe. Nous avons la douce confiance que sous la sage direction de l'Épiscopat ils continueront cette belle et noble mission, en se montrant de plus en plus charitables et empressés pour les plus pauvres, les plus faibles et les plus souffrants, qui sont la portion la plus aimée de Notre Seigneur et de l'Église, héritière de sa divine charité.

atque spe gaudet fore ut Episcoporum ductu ipsi pergant pauperiores in Ecclesia Dei majori complecti amore.

Et maintenant, en retournant dans votre beau pays et dans vos chères familles, répandez autour de vous la bonne semence et montrez à tous par l'esprit de discipline et de réserve, par la bonne et saine éducation de vos enfants, par une conduite irréprochable, que vous êtes des ouvriers vraiment chrétiens, de dignes fils de l'Église catholique et de la France. Nous vous accompagnerons de Nos vœux et de Nos prières, afin que le Seigneur vous assiste, vous protège et vous console dans tout le cours de votre vie. — Et comme gage de cette protection du ciel et de Notre paternelle bienveillance, Nous accordons de tout cœur à vous, à vos épouses, à vos enfants, à vos familles, comme aussi à vos patrons et à tous qui sont ici présents, prêtres et laïques, la bénédiction Apostolique.

7 AUG. 1897.

Hortatus iterum opifices ad sua strenue implenda officia,

benedicit.

EPISTOLA

Ad Archiepiscopum Burgensem

DE CONCILII PROV. UTILITATIBUS.

19 AUG. 1897.

Archiepiscopum laudat Pontifex strenuum in vinea Domini operarium, valdeque probat ab ipso Concilium provinciale celebratum iri magno sane rei religiosae emolumento.

COMPERTUM plane cum haberemus studium, quo semper usus es in episcopali munere gerendo, te ex Lucensi sede ad Burgensem Archiepiscopatum libentes eveximus. Nec nostram Nos fefellisse spem testatur diligentia, qua, nulla mora interposita, dioecesim novam peragrandam suscepisti, provinciaeque Episcopos, ex optatis Nostris, de communibus Ecclesiarum utilitatibus acturos coegisti. At in quo maxime voluntatem tuam perspeximus illud est, quod animum adieceris ad provinciale Concilium, nullo praedecessorum exemplo, anno proximo celebrandum. Optime plane iudicas id ex praecipuis esse adiumentis sive ad abusus, si qui irrepserint, tollendos,sive ad pietatem omnem promovendam. Quamobrem merito Tridentina Synodus eiusmodi conciliorum efficaciam extulit eaque gravissimis sententiis Archiepiscoporum diligentiae commendavit. Tibi igitur, Venerabilis Frater, de coepto proposito gratulamur cummaxime. Ut autem industriae tuae felices habeant exitus, tibi et universis, qui in coetu aderunt, munerum divinorum ubertatem adprecamur, et Apostolicam benedictionem, benevolentiae Nostrae testem, amantissime in Domino impertimus.

Benedicit.

Datum Romae apud S. Petrum die XIX Augusti MDCCCXCVII, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

LEO PP. XIII.

LITTERAE APOSTOLICAE

DE ARCHISODALITATE PARISIENSI

PRO REDITU BRITANNIAE AD FIDEM.

22 AUG. 1897.

Reducendi ad Ecclesiam Matrem gentes ab ipsa divulsas studiosus Pontifex hisce litteris Ecclesiae Romanae conciliandam curat Britanniam. Multos eximios viros hujus praeclarae gentis saluti intentos fuisse testatur, suamque ipsius piam de illa sollicitudinem exponit.

COMPERTUM est omnibus iamdudum Apostolici ministerii Nostri curas in id potissimum esse conversas, ut ad catholicae unitatis centrum christianae illae gentes revocentur, quae olim luctuosae temporum vicissitudines ab ipso tamquam a gremio matris abstraxere. Hoc studio acti, quemadmodum de Orientis populis ad religiosam concordiam revocandis cogitavimus, eique negotio singularem operam dedimus, ita etiam spectavimus Britanniae gentem nobilissimam,quae tot ob caussas tamque praeclaras Romanae Ecclesiae benevolentiam valde sibi conciliat. Britanniam scilicet vota Nostra petunt, coniuncta cum votis tot hominum sanctitate, doctrina, dignitate praestantium,in quibus maxime fuit Paulus a Cruce, tum pater legifer Olierius, Ignatius Spencer, et Wiseman Cardinalis. Spem autem bonam concipimus fore ut Nostra vox quasi bonum semen optatos fructus aliquando ferat ex ea regione, quam et praeteritarum laudum memoria exornat, et praesens gloriae atque humanitatis splendor ad optima quaeque sectanda disponit. Probe tamen intelligentes fructu vacuum futurum quidquid in eam rem operae industriaeque ponatur, nisi divinae gratiae robur ac praesidium accesserit, haec plane intimo ex animo invocare numquam destitimus, nec mandare omisimus, ut per universam Ecclesiam sollicitae Deo preces adhiberentur. Nunc vero aliquid coeptis addere cupientes, quo latior fiat ac validior quasi precum conspiratio, Piam Societatem constituimus, instar Archisodalitatis, cui propositum sit, assiduis maxime precibus Britanniae coniunctionem cum Romana Ecclesia maturare. In hoc autem pietatis munere praeivimus Nos ipsi quodammodo. Quum enim biennio ante ad Anglos Litteras dedimus, quibus de summo chri-

Archisodalitatem jam constituit pro ipsius ad fidem reditu, qua quidem de re sibi jam antea cu-

ram fuisse memorat;

stianae unitatis negotio ageremus, postquam ad multa precandi officia pro Anglis fratribus hortati sumus,in primisque ad Salutationis Angelicae recitationem, eidem epistolae subiecimus peculiarem ad sanctissimam Virginem precationem, quam indulgentiis ditatam, recitandam nuper sodalibus proposuimus in recentis huius Archisodalitatis statutis sive legibus, quae novem capitibus comprehenduntur.

Sedem vero Societatis cur elegerit Sulpitianas aedes fusius explicat,

Societatem hanc sive Archisodalitatem ad sancti Sulpitii collocamus ad complexum universi orbis catholici, quasi puncti instar, ex quo aliae Sodalitates in totam vineam Domini, tamquam rivuli ex abundantissimo fonte, deriventur. Aedes autem eligimus sancti Sulpitii, ubi Societas huiusmodi constitueretur, tum quia Gallia utpote Britanniae citima facilius potest cum ipsa quae opportuna sint atque idonea communicare, tum quia Sulpitianae Congregationis auctor Olierius Angliae cum Romana Ecclesiae reconciliandae ingenti studio suos inter alumnos flagravit; tum denique quod eadem Congregatio sancti Sulpitii, quum ad omnes fere orbis partes proferarur, potest ubique gentium alias istiusmodi Sodalitates instituere.

atque exoptat ut Sodalitas per totum orbem propagetur.

Nostra enim interest maxime, quemadmodum res ipsa suadet, piam istam Societatem longe lateque propagari, ideoque adhortamur omnes vehementer quotquot sunt non in Gallia modo, sed ubique terrarum catholici de religionis caussa solliciti ut sua eidem Societati nomina dare velint.

Ipsam rite praesentibus litteris erigit,

Quare omnes et singulos, quibus Nostrae hae Litterae favent, a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis, si quas forte incurrerint, huius tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, Apostolica Auctoritate Nostra, praesentium Litterarum vi, Archisodalitatem precum ac piorum operum pro reditu Britanniae ad fidem catholicam, sub patrocinio Beatae Mariae Virginis Perdolentis, in Aedibus Sulpitianis erigimus, constituimus.

sub tutelaque collocat B. M. Virginis, S. Josephi, S. Petri et S. Augustini Ep.

Hanc vero Archisodalitatem in fide ac tutela collocamus in primis Magnae Dei Genitricis, cuius dos Anglia est ; deinde caelestes patronos advocamus castissimum eiusdem Virginis Sponsum Iosephum,tum Apostolorum Principem Petrum, cuius sub tutela posita est Anglia,

et Augustinum Episcopum, cui singulares habentur honores tertio et decimo labente saeculo ex quo ipse primus catholicam fidem et adiumenta salutis aeternae in Britanniam importavit. Archisodalitatis autem Praesidibus, Curionibus, et Sodalibus praesentibus ac futuris, ut ipsi alias Sodalitates eiusdem instituti et nominis in omni orbe catholico existentes, servatis tamen forma Constitutionis Clementis Papae VIII Decessoris Nostri aliisque Apostolicis Ordinationibus super hoc editis, aggregare, illisque omnes et singulas indulgentias, Archisodalitati concessas aliisque communicabiles, communicare licite possint et valeant, eadem auctoritate in perpetuum concedimus atque largimur. Indulgentarium autem modum hunc constituimus: Indulgentiam plenariam consequendi ius esto Sodalibus: I. Die aditus ad Archisodalitatem. II. In articulo mortis. III. In utroque festo Mariae sanctissimae Perdolentis, quorum alterum quadragesimali tempore celebratur, alterum mense Septembri. Item diebus festis sancti Iosephi, Sponsi Beatae Mariae Virginis, sancti Petri Apostoli ac sancti Augustini Episcopi, Angliae patroni. IV. Die menstruae concionis, de qua in articulo nono Statutorum sive legum. Partialem vero indulgentiam concedimus dierum quinquaginta, semel in die lucrandam, Sodalibus, qui Salutationem Angelicam pie recitaverint prout in Statutis sive legibus Archisodalitatis propositum est articulo quarto. Liceat autem Sodalibus, si velint, his omnibus et singulis indulgentiis, sive plenariis sive partialibus, labes poenasque defunctorum expiare. Decernentes has Nostras Litteras firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et spectare poterit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, aliisque speciali licet et individua mentione dignis, contrariis quibuscumque.

22 AUG. 1897.

Ejus jura definit,

atque sodalibus concedit Indulgentias,

etiam pro Defunctis lucrandas.

Praesentium litterarum auctoritatem vindicat.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die XXII Augusti MDCCCXCVII, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

A. CARD. MACCHI.

EPISTOLA

Ad Episcopos e provincia Campania romana,

DE LEONIANO INSTITUTO

ANAGNIAE AEDIFICANDO.

ETSI paternam caritatem Nostram pro ratione apostolici muneris longe lateque pertinere oporteat totius complexu gentis humanae, nihilominus tamen, quia naturâ gignitur sensus diligendi eas terrarum partes in quibus primam quisque lucis usuram accepit, sponte fit ut Campaniam provinciam, quam romanam vocant, cui Nos quidem sumus natione coniuncti, propensiore voluntate complectamur. Eo vel magis quod, memoria vetera repetentes, eam provinciam videmus commendatione ac fama non vulgari florere solitam; clarorum virorum nulla fere aetate inopem ; in religione vero retinenda adeo constantem, ut hoc nomine a Pontificibus romanis gravia laudum praeconia non semel consecuta sit.

22 AUG. 1897.

Provinciam Campaniam Romanam Pontifex, ex ipsa oriundus, multa laude extollit,

Inter Hernicas vero urbes Anagnia non modo communibus Campaniae laudibus, sed ornamentis etiam commendatur domesticis ac suis. Nam praeter vetustatem originis nomenque remotioribus aetatibus non ignobile, illud sane memoratu dignum iudicamus, quod fidei christianae lumen ex urbe Roma maturrime accepit ; ita quidem ut qui primus eam civitatem episcopus rexit, ab ipso apostolorum principe ferant consecratum. — Alia subinde accessere decora : in quibus illud singulare, quod pontifices maximi ortu Anagnini, nominatimque Innocentius III et Gregorius IX, peperere. Quae omnia cogitatione complexi, cum vellemus benevolentiae studiique Nostri perenne monumentum ea in civitate existere, quod frugiferum ac salutare publice foret, quodque ad tuendam provehendamque studiorum optimorum laudem conduceret, consilium cepimus novam sedem eamque accurate fundatam adolescentibus ad sacra

urbemque Anagniam in illa regione peculiari fulgere decore exponit,

ideoque in hac civitate condere statuit Institutum informandis Clericis ad majores

disciplinas virtutesque sacerdotales:

aspirantibus Anagniae constituere: adolescentibus dicimus grandioribus natu, qui animo ingenioque bono queant perfectius quiddam attingere cum in litterarum maiorumque disciplinarum studiis, tum in earum praeparatione virtutum, quae comitari sacerdotem in omni vita debent. Qua re non brevi temporis intervallo, sed in spem diuturnitatis, nec uni clericorum ordini, sed ceteris quoque civibus videmur, quantum in Nobis est, profuturi. Nulla enim res vehementius incolumitatem prosperitatemque publicam continet quam mores probi et christianarum studia virtutum: ad utramque vero laudem quanta vis in exemplo operaque clericorum resideat, vix attinet dicere. Quapropter qui in spem sacerdotii adolescunt, eos ad innocentiam vitae, ad sedulitatem officiorum sanctissimorum sapienti disciplina informari, ipsius reipublicae interest plurimum.

quod quidem ipsius reipublicae plurimum interesse ostendit.

Clericos non tantum virtutes sed et scientias colere debere nostra praesertim aetate fusius explicat,

Iidem ad ornamenta animi adiungant ea necesse est quae pertinent ad ingenium, scilicet varietatem et copiam doctrinarum. Idque si unquam alias, maxime quidem expedit atque opportunum est aetate nostra: propterea quod in tam celeri ingeniorum cursu, in tanta discendi sciendique cupiditate, contendentibus hominibus ad limatius quotidie genus urbanitatis, profecto dignitas ipsa sacerdotii postulat ut, quotquot in sacris muneribus versantur, sint et habeantur eruditione, auctoritate, existimatione haud sane inferiores, quam ceteri. Est praeterea luctandum pro fidei sanctae integritate cum adversariis apparatissimis, versutis, callidis, persaepe ingeniosis ac doctis, qui undecumque libeat, ex philosophia, ex historia, ex rerum physicarum scientia, ex recentioribus hominum repertis arma mutuari consueverunt. Atqui sacerdotes, quibus hac in re priores sustinendae sunt partes, qui possunt esse dimicationi pares, nisi in aciem descendant eodem instructu ornatuque comitati? Itaque doctrinae opus est dedant se totos, et nullam humanitatis artem contemnere, sed omnes habere comites ac ministras ab adolescentia assuescant.

ideoque curavit suo sumptu aedifican-

His de caussis aedes satis amplas sumptu Nostro Anagniae extruendas curavimus, easque alumnis sacri ordinis addiximus, doctrinis optimis in clero provehendis, prae-

sertim Philosophia ac Theologia: idque iis legibus quas dandis in id ipsum litteris dicturi sumus. *22 AUG. 1897.*

Verum in hac voluntate Nostra quidquid inest commodi atque utilitatis, id volumus non dioecesis Anagnina tantummodo, sed regiones etiam finitimae persentiant. Quocirca Anagninum istud religionis studiorumque optimorum domicilium aeque patere adolescentibus iubemus, quos episcopi Signinus, Ferentinus, Alatrinus, Verulanus, nec non Terracinensis qui et Privernensis et Setinus, huc miserint. Eiusdem autem beneficii consortem esse volumus conterminam diocesim Fregellanam, quam *Pontem curvum* appellant.

dum Anagniae Institutum alumnis oriundis ex dioecesi Anagnina finitimisque regionibus.

Alius praeterea Nobis est fructus propositus. Cum enim clericis salutare maxime sit secessum identidem quaerere, ut statis animi meditationibus vacare, seque ad sacrorum munerum sanctitatem renovare queant, decrevimus maiorem aliquam eius rei praebere facultatem. Videlicet dimissis per autumnales ferias alumnis, istas aedes usui esse presbyteris volumus pietatis vitaeque potioris studio ad id tempus secessuris.

Tempore vero autumnalium feriarum vult aedes illas patere presbyteris exercitia spiritualia peracturis.

Intereaque divinorum munerum auspicem ac benevolentiae Nostrae testem vobis, Venerabiles Fratres, et clero populoque vestro Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Benedicit.

Datum Romae apud S. Petrum, die XXII Augusti MDCCCXCVII, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

LEO PP. XIII.

MOTU PROPRIO

DE ERECTIONE INSTITUTI LEONIANI

ANAGNIAE.

22 AUG. 1897.

Eximie laudat Pontifex Societatis Jesu alumnos de instituendis adolescentibus optime meritos, quibus et seipsum magistris usum esse gaudet.

AD praeclaras laudes, quibus *Societas Iesu* amplissimum sibi nomen apud sapientes vel a primordiis peperit suamque Ecclesiae operam excellentem probavit, addenda imprimis est ars illa sollertiae instantiaeque plena, qua, in imbuenda christianis moribus optimisque disciplinis adolescenti aetate, maxime inter ceteros commendata est. Cuius quidem recordatio commendationis, totius retro temporis suffragio comprobatae, usu Nobis ipsis venit periucunda, qui et ad artium bonarum studia et ad maiores doctrinas percipiendas magistris usi fuimus viris lectissimis e Societate Iesu. — Haec porro animo reputantes, posteaquam Pontificatum Maximum divinitus suscepimus, iuvenes, eos praesertim qui Deo et Ecclesiae se ipsos perpetuo consecraturi essent, sodalibus e Societate Iesu, tum in Urbe tum in exteris praesertim gentibus, erudiendos semel et saepius demandavimus. Alumnos praecipue commemoramus Familiae Basilianae in Galicia, itemque Xaverianum seminarium, quod Candy in oppido Indiarum orientalium extruendum voluimus. Nec praeceptam sane fiduciam fefellit exitus.— Quam ob caussam, cum in testimonium propensioris voluntatis erga provinciam *Campaniam*, quam romanam dicunt, quamque Nos natalem habuimus, aedes amplas in civitate Anagnina, sumptu Nostro, aedificandas curaverimus, easdemque iuventuti addixerimus ad sacra munera destinatae, oculos coniecimus iterum in Societatem Iesu, eamque Anagnino Instituto, a Nostro appellandum nomine, praeficiendam decrevimus.

Memorat se saepius jam post susceptum Pontificatum ipsis juvenes demandasse erudiendos, prospero quidem successu,

jamque illos praeficiendos Anagnino Instituto decrevit.

Institutum vero istud, a suo appellandum

Quod itaque in religiosae rei incrementum cedat, et Ecclesiis provinciae Campaniae romanae benevertat, Institutum Leonianum in civitate Anagnina, hoc *Motu proprio*,

auctoritate Nostra apostolica, fundamus et constituimus, legitimi collegii iure adtributo; idemque Sodalibus e Societate Iesu regendum moderandum concedimus, ad leges quae infra scriptae sunt.

22 AUG. 1897.

nomine, hisce litteris fundat, moderandumque concedit Societati Jesu ad leges hic descriptas :

I. Aedes, fundus qui aedi adiacet quaeque in fundo sunt, in potestate Pontificis Romani iure dominii sunt perpetuoque erunt.

1° De aedium dominio,

II. Alumni quid quisque in victum cultumque, quo vita indiget, dependant, rectoribus collegii decernere indicere integrum esto. — Qui tamen, impensa omni remissa, in contubernium cooptentur, *viginti* numero esse volumus, nimirum : *binos* ex dioecesibus anagnina, ferentina, verulana, alatrina ; *ternos* ex terracinensi, quae et privernensis et setina ; *singulos* ex signina et fregellana ; *ternos* item iudicio Rectoris, ut alumnis campanis praemio sint, qui pietate diligentiaque eminuerint ; *ceteros* arbitrio Nostro et Successorum Nostrorum. — Praeterea qui impensâ remissâ ex parte, ut italicas libellas singulas, haud minus, in diem solvant, *quadraginta* numero adleguntur, nimirum : *senos* ex anagninis, ferentinis, verulanis, alatrinis ; *octonos* ex dioecesibus coniunctis terracinensi, privernensi et setina ; *quaternos* ex signinis et fregellanis.

2° De pretio ab alumnis solvendo, deque cooptandorum in contubernium, impensa omni remissa, numero,

III. Alumni cooptentur in quibus acies ingenii, discendi ardor, indoles et voluntas ad sacerdotium sit ; auctoribus Episcopis dioeceseon singularum, ac legitimis de vita et moribus Ordinarii litteris. Cooptandi vero ius omne, item qui indociles noxiive fuerint dimittendi penes Rectorem esto.

3° indole,

IV. Qui alumni solidâ remissâ impensâ, admittuntur, ii fidem iureiurando obligent, se studiis exactis, nisi Pontificis Maximi auctoritate absolutos, suae redditos, dioecesi, eidem operam impensuros esse.

4° et munere postea obeundo.

V. Cum alumni philosophicis praecipue et theologicis disciplinis operam dare debeant, ceterisque frui institutionibus, quibus rite ad sacra munera comparentur ; idcirco nulli adlegantur, nisi humaniorum litterarum cursu emenso periculoque facto.

5° De studiis humanioribus perficiendis ante Instituti ingressum.

VI. Philosophiam et theologiam ceterasque disciplinas,

6° De di-

sciplinis in Instituto tradendis.

doctoribus Sodalibus eisdem e Societate Iesu, percipiant. Doctoribus vero aeque et alumnis *Thomam Aquinatem* sequi ducem eiusque doctrinam colere incorrupte ac tueri lex esto.

7° De probandis extremo quoque anno alumnis, et de gradibus conferendis.

VII. Alumni universi, extremo quoque anno, studiorum suorum specimina danto. Magisteriis autem integre constitutis, quorum doctrina experimentis probata fuerit, ii ut ad *gradus academicos* provehantur itemque *ad magisterii lauream*, eo iure quo in urbano Lyceo Gregoriano, potestas esto.

8° De legibus quibus alumni regantur.

VIII. Quibus vivendi legibus alumni regantur, moderatores collegii, ad instituti rationem accommodate, curent provideant.

9° De usu collegii tempore feriarum.

IX. Alumnis per ferias autumnales dimissis, aedes collegii sacerdotibus usui esse volumus,qui pietatis vitaeque potioris studio secedant, magistris pariter Sodalibus e Societate Iesu.

10° De certis precibus bis quotannis in collegii sacrario persolvendis.

X. Bis quotannis in collegii sacrario, adstantibus moderatoribus,doctoribus, alumnis, sacris sollemnibus perlitetur ad requietem Nostram gentisque Nostrae et defunctorum omnium. Eisdem diebus qui sacerdotes fuerint, sacrum faxint expiationis caussa ; ceteri, rosario mariali sanctisque de altari libatis, pacem adprecentur.

Praesentium litterarum auctoritas vindicatur.

Quae igitur hisce litteris motu proprio statuimus, decrevimus, indiximus, rata omnia firmaque permanere auctoritate Nostra volumus iubemus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXII Augusti MDCCCXCVII, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Joannem Baptistam Paganuzzi Venetias

DE CATHOLICO COETU MEDIOLANENSI.

26 AUG. 1897.

CONSOCIATIONUM catholicarum opportunam operam atque utilem Nos plane diligimus, itemque morem iam diu inductum conventuum celebrandorum, quibus seiugatas singulorum vires cogere aptoque magisterio moderari licet. Hanc ob caussam, cum de Mediolanensi coetu propediem habendo Nos certiores fecisti, laetari oportuit, magnaque voluntate optatis vestris concessimus, ut animis iam expeditis quosdam hortatione Nostra adderemus stimulos. Quae tractanda proposuistis, cognovimus ; inque eis prudentiam vestram apertumque religionis studium perspeximus. Hoc superest, ut eadem agitetis concordes in easque sententias eatis omnes, quae maxime temporibus respondeant, ampliorem que in actione utilitatem promittant. Quo loco civitates sint, quaeque graviora impendunt pericula nemo est quem lateat ; neque ulla spes propulsandi adest, nisi populis ad iustitiae leges et ad veterem pietatem reductis. Quamobrem catholicis hominibus audendum strenue, fidentiusque in dies agendum. Quod de musica sacra in coetu disserendum proposuistis, non improbamus sane ; curandum tamen ut id fiat auctore dilecto filio Nostro Archiepiscopo Mediolanensium, incolumibusque legibus, quas ea de re Sacrum Consilium ritibus tuendis sapienter edidit. — Interea, auspicem divinorum munerum, paternaeque Nostrae benevolentiae testem, tibi et universis, qui in conventu aderunt, Apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Quum utilissimi sint Catholicorum consociationes atque conventus, gaudet Pontifex de coetu Mediolanensi proxime habendo, atque congressuros hortatur ad concordiam qua valeant medelam praesentibus rebus afferre efficacem ; ipsosque de musica tractaturos monet ut leges servent incolumes hac de re a S. C. R. editas.

Benedicit.

Datum Romae apud S. Petrum die XXVI Augusti MDCCCXCVII, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Herbertum Card. Vaughan, Archiepiscopum Westmonasteriensem.

DE SAECULARIBUS SOLEMNIBUS S. AUGUSTINI, EP.

30 AUG. 1897.

Valde probat Pontifex susceptum ab Anglis consilium celebrandi saecularia solemnia S. Augustini.

GRATISSIMAS scito Nobis advenisse litteras, quas huius exordio mensis ad Nos dedisti. Ex iis enim calescentia istic animorum studia perspeximus in eo ut beati Augustini memoriam grata recordatione concelebretis, tertio decimo condito saeculo, posteaquam vir apostolicus, de religione apud vos insigniter ac de humanitate promeritus, vestris oris appulsus est. Sollemnium agendorum consilium iampridem probavimus ; nunc autem factum, si quod unquam fuit, celebratione et gratiis publice dignum, Nos ipsi vobiscum recolimus communione laetitiae et similitudine voluntatis. In ipso tamen consilio opportune suscepto est etiam cur tibi, dilecte fili Noster, Episcopis ceteris et catholicis Angliae universis impense gratulemur. Inde etenim liquet quam aeque beneficium quisque existimet, quo aucti divinitus fuistis, quamque gratum in Romanam hanc Sedem geratis animum, cui, proxime a Deo, idipsum beneficii quodcumque est acceptum refertis. Siquidem Augustino itineris ad vos suscipiendi ratio nulla fuit, praeterquam Gregorii Magni, decessoris Nostri, providentia et caritas. Cogitaverat hic quidem in Angliam, gentis vestrae amantissimus, ut apostolicos in ea labores praesens obiret : at suscepto Pontificatu detentus, Augustinum pro se substituit cumque eo delectam monachorum manum, quos idem ipse ad pietatem omnem formaverat. Sic porro Anglis christiana sacra sunt restituta, quae, Romanis Pontificibus pariter auspicibus, iam antea Britanniae populis invecta, barbararum occupatione gentium, defecerant. Augustino autem idcirco debetur gratia, quod

Gaudet Anglos gratum sic testari animum ob acceptum a Deo Fidei donum, Romana quidem Sede ministra : a Gregorio enim M. missi fuere S. Aug. ejusque socii ad restituenda Anglis christiana sacra;

ideoque

Gregorii coepta, operosa sedulitate, plena fecerit et cumulata: quamobrem nationis vestrae Apostolus, aeque ac Gregorius ipse, iusto legitimoque nomine appellatus est. — Iamvero tristia, quae abhinc tribus saeculis inciderunt tempora, Augustini operam propemodum deleverunt; quum videlicet in Anglia primum ab unitatis centro abscessum, dein a fide ipsa sanctissima descitum est. Verumtamen deflendum ab Ecclesia matre dissidium non usque adeo invaluit, ut catholica instituta non penes aliquos incolumia forent: quibus etsi, per diuturnam ad nos usque aetatem, alii sese atque alii addiderunt; non eo tamen deventum, ut qui dissident non longe plures censeantur. At quamvis tenuiore numero, ad catholicos unice laus pertinet, qua filii et alumni parentem ac magistrum Augustinum compellent; quippe uni cum unitatis centro iunguntur, quod est in Romano Pontifice constitutum, a quo evangelicae sapientiae nunciandae munus ac potestatem cum ipse Augustinus tum ceteri Britannorum apostoli sunt assequuti. — Atque hac ex laude, quamquam caussa vobis iure gratulandi datur et gratiam habendi Deo, beneficentissimo e caelo Patri; conscientia tamen officii admonemini ut *depositum fidei* sollicita, qua par est, vigilantia custodiatis, illudque integrum et sartum, prouti est a patribus acceptum, ad filios ditissima hereditate transmittatur. — Quia vero patriae ac civium caritatis non licet esse immemoribus, saecularia istaec Augustini illataeque vobis fidei sollemnia novos indant stimulos ut unitatis bonum, quaeque inde sunt utilitates maximae, popularibus vestris maturare modis omnibus contendatis. Id profecto praestabit excitata in animis orandi Dei sollertia; id dabunt actiones et exempla christiano homini consentanea. Assiduitate enimvero sanctarum precum, catholicoque nomine re et professione probato, potest cuiusque opera afferre aliquid ad exoptatae coniunctionis negotium procurandum fratresque in complexum perfectæ caritatis excipiendos. — Occasione demum perlubenter utimur ut Venerabilibus Fratribus Episcopis et, secundum eos, clero Angliae universo commendationem promeritam impertiamus ob iuge studium, quo Nostris optatis in dissi-

30 AUG. 1897.

sunt amb o iure merito Angliae Apostoli appellati.

Dolendum vero S. Augustini operam propemodum fuisse deletam,

nec iam posse ipsum nisi a tenuiore Anglorum numero magistrum et patrem compellari.

Hortatur Pontifex Praesules ut Fidei depositum *fideliter custodiant,*

atque a vera Fide dissidentes reducere satagant

per orationem virtutumque exempla.

Laudat ipsos universumque Clerum de reconcilia-

tione dissidentium bene meritos, eisque stimulos addit ut, multis jam laboribus hac in re perfuncti, fructus plures in dies afferant, S. Augustino auspicè. Benedicit.

dentium reconciliationem strenue obsecundant. Larga quidem utilitatis solatia labori atque instantiae non defuerunt; ast ampliora praecipimus cogitatione, si nos ad Augustini exempla conferentes, in incepta feliciter actuosiore in dies diligentia incumbamus. — Angliam suam Augustinus ipse respiciat bonus, enixeque ad Deum instet ut divulsi abductique fratres, in unico demum ovili vero, Pastori summo adiungantur. Interea munerum caelestium auspicem et paternae caritatis testem, tibi, dilecte fili Noster, Episcopis, clero populoque catholico universo Apostolicam benedictionem peramanter in Domino largimur.

Datum Romae apud S. Petrum die XXX Augusti MDCCCXCVII, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA ENCYCLICA

Ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, aliosque locorum Ordinarios pacem et communionem cum apostolica sede habentes.

DE SODALITATE SS. ROSARII.

AUGUSTISSIMAE Virginis MARIAE foveri assidue cultum et contentiore quotidie studio promoveri quantum privatim publiceque intersit, facile quisque perspiciet, qui secum reputaverit, quam excelso dignitatis et gloriae fastigio Deus ipsam collocarit. Eam enim ab aeterno ordinavit ut Mater Verbi fieret humanam carnem assumpturi ; ideoque inter omnia, quae essent in triplici ordine naturae, gratiae, gloriaeque pulcherrima, ita distinxit, ut merito eidem Ecclesia verba illa tribuerit : *Ego ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam* (1). Ubi autem volvi primum coepere saecula, lapsis in culpam humani generis auctoribus infectisque eâdem labe posteris universis, quasi pignus constituta est instaurandae pacis atque salutis. — Nec dubiis honoris significationibus Unigenitus Dei Filius sanctissimam matrem est prosequutus. Nam et dum privatam in terris vitam egit, ipsam adscivit utriusque prodigii administram, quae tunc primum patravit ; alterum gratiae, quo ad Mariae salutationem exultavit infans in utero Elisabeth ; alterum naturae, quo aquam in vinum convertit ad Canae nuptias : et quum supremo vitae suae publicae tempore novum conderet Testamentum divino sanguine obsignandum, eamdem dilecto Apostolo commisit verbis illis dulcissimis : *Ecce mater tua* (2). Nos igitur qui, licet indigni, vices ac personam gerimus interris IESU CHRISTI Filii Dei, tantae Matris persequi laudes nunquam desistemus, dum hac lucis usura fruemur. Quam quia sentimus haud futuram Nobis, ingra-

12 SEPT. 1897.

Multum nostri interesse ut Mariam devote colamus probat Pontifex 1° ex eximio loco quo ipsam Deus statuit in ordine naturae, gratiae et gloriae ; atque 2° ex parte insigni quam ipsi tribuit Deus in Redemptionis humanae opere.

Almam Matrem, Filii ejus exemplo, qui honore ipsam per totam suam vitam prosecutus est,

Pontifex laudare gaudebit ad finem usque vitae,

---

1. *Eccli.*, XXIV, 5. — 2. *Joan.*, XIX, 27.

jamque morti proximus commendat fidelibus piissime colendam.

vescente aetate, diuturnam, facere non possumus quin omnibus et singulis in Christo filiis Nostris Ipsius cruce pendentis extrema verba, quasi testamento relicta, iteremus : *Ecce mater tua.* Ac praeclare quidem Nobiscum actum esse censebimus, si id Nostrae commendationes effecerint, ut unusquisque fidelis Mariali cultu nihil habeat antiquius, nihil carius, liceatque de singulis usurpare verba Ioannis, quae de se scripsit : *Accepit eam discipulus in sua* (1).— Adventante igitur mense Octobri, ne hoc quidem anno patimur, Venerabiles Fratres, carere vos Litteris Nostris, rursus adhortantes sollicitudine qua possumus maxima, ut Rosarii recitatione studeat sibi quisque ac laboranti Ecclesiae demereri. Quod quidem precandi genus divina providentia videtur sub huius saeculi exitum mire invaluisse, ut languescens fidelium excitaretur pietas ; idque maxime testantur insignia templa ac sacraria Deiparae cultu celeberrima. — Huic divinae Matri, cui flores dedimus, mense Maio, velimus omnes fructiferum quoque Octobrem singulari pietatis affectu esse dicatum. Decet enim utrumque hoc anni tempus ei consecrari, quae de se dixit : *Flores mei fructus honoris et honestatis* (2).

Adventante mense Octobri, iterum cultus Rosarii praestantiam proponit,

illumque mensem pari ac Maium pietate erga Dei Matrem celebrandum esse ostendit.

De Rosarii sodalitate jam verba facturus, reprobatis impiorum societatibus,

Vitae societas atque coniunctio, ad quam homines naturâ feruntur, nulla aetate fortasse arctior effecta est, aut tanto studio tamque communi expetita, quam nostrâ. Nec quisquam sane id reprehendat, nisi vis haec naturae nobilissima ad prava saepe consilia detorqueretur, convenientibus in unum atque in varii generis societates coeuntibus impiis hominibus *adversus Dominum et adversus Christum eius* (3). Cernere tamen est, idque profecto accidit iucundissimum, inter catholicos etiam adamari magis coeptos pios coetus ; eos haberi confertissimos ; iis quasi communibus domiciliis christianae vinculo dilectionis ita adstringi cunctos et quasi coalescere, ut vere fratres et dici posse et esse videantur. Neque enim, Christi caritate sublata, fraterna societate et nomine gloriari quisquam potest ; quod acriter olim

gaudet catholicorum coetus exortos esse nostra aetate plurimos,

et probat, allatis Tertullia-

1. *Joan.*, XIX, 27. — 2. *Eccli.*, XXIV, 23. — 3. *Ps.* II, 2.

ni verbis, non posse nisi in charitate Christi societatem fraternam stabiliri. Enumerat multiplicia coetuum catholicorum genera,

Tertullianus hisce verbis persequebatur: *Fratres vestri sumus iure naturae matris unius, etsi vos parum homines, quia mali fratres. At quanto dignius fratres et dicuntur et habentur qui unum patrem Deum agnoscunt, qui unum spiritum biberunt sanctitatis, qui de uno utero ignorantiae eiusdem ad unam lucem expaverint veritatis* (1)? Multiplex autem ratio est, qua catholici homines societates huiusmodi saluberrimas inire solent. Huc enim et circuli, ut aiunt, et rustica aeraria pertinent, itemque conventus animis per dies festos relaxandis, et secessus pueritiae advigilandae, et sodalitia, et coetus alii optimis consiliis instituti complures. Profecto haec omnia, etsi nomine, forma, aut suo quaeque peculiari ac proximo fine, recens inventa esse videantur, re tamen ipsâ sunt antiquissima. Constat enim, in ipsis christianae religionis exordiis eius generis societatum vestigia reperiri. Serius autem legibus confirmatae, suis distinctae signis, privilegiis donatae, divinum ad cultum in templis adhibitae, aut animis corporibusve sublevandis destinatae, variis nominibus, pro varia temporum ratione, appellatae sunt. Quarum numerus in dies ita percrebuit, ut, in Italia maxime, nulla civitas, oppidum nullum, nulla ferme paroecia sit, ubi non illae aut complures, aut aliquae certe habeantur.

quae quidem licet recens inventa videantur, antiquissima esse evincit.

Loco insigni inter illos coetus ponit Sodalitatem a S. Rosario ob ejus antiquitatem, privilegia,

In his minime dubitamus praeclarum dignitatis locum assignare sodalitati, quae a sanctissimo Rosario nuncupatur. Nam sive eius spectetur origo, e primis pollet antiquitate, quod eiusmodi institutionis auctor fuisse feratur ipse Dominicus pater; sive privilegia aestimentur, quamplurimis ipsa ornata est, Decessorum Nostrorum munificentiâ. — Eius institutionis forma et quasi anima est Mariale Rosarium, cuius de virtute fuse alias loquuti sumus. Verumtamen ipsius Rosarii vis atque efficacitas, prout est officium Sodalitati, quae ab ipso nomen mutuatur, adiunctum, longe etiam maior apparet. Neminem enim latet, quae sit omnibus orandi necessitas, non quod immutari possint divina decreta, sed, ex Gregorii senten-

et vim insignemquam addit recitationi Rosarii.

Vim autem illam demonstrat exponendo efficaciam orationis

1. *Apolog.*, c. XXXIX.

tia *ut homines postulando mereantur accipere quod eis Deus omnipotens ante saecula disposuit donare* (1). Ex Augustino autem : *qui recte novit orare, recte novit vivere* (2). At preces tunc maxime robur assumunt ad caelestem opem impetrandam, quum et publice et constanter et concorditer funduntur a multis, ita ut velut unus efficiatur precantium chorus : quod quidem illa aperte declarant Actuum Apostolicorum, ubi Christi discipuli, expectantes promissum Spiritum Sanctum, fuisse dicuntur *perseverantes unanimiter in oratione* (3). Hunc orandi modum qui sectentur, certissimo fructu carere poterunt nunquam. Iam id plane accidit inter sodales a sacro Rosario. Nam, sicut a sacerdotibus, divini Officii recitatione, publice iugiterque supplicatur, ideoque validissime ; ita, publica quodammodo, iugis, communis est supplicatio sodalium, quae fit recitatione Rosarii, vel *Psalterii Virginis*, ut a nonnullis etiam Romanis Pontificibus appellatum est.

quae publice, constanter et concorditer adhibetur : talis autem est sodalium S. Rosarii oratio :

Quod autem, uti diximus, preces publice adhibitae multo iis praestent, quae privatim fundantur, vimque habeant impetrandi maiorem, factum est ut Sodalitati a sacro Rosario nomen ab Ecclesiae scriptoribus inditum fuerit « militiae precantis, a Dominico Patre sub divinae Matris vexillo conscriptae », quam scilicet divinam Matrem sacrae litterae et Ecclesiae fasti salutant daemonis errorumque omnium debellatricem. Enimvero Mariale Rosarium omnes, qui eius religionis petant societatem, communi vinculo adstringit tamquam fraterni aut militaris contubernii, unde validissima quaedam acies conflatur, ad hostium impetus repellendos, sive intrinsecus illis sive extrinsecus urgeamur, rite instructa atque ordinata. Quamobrem merito pii huius instituti sodales usurpare sibi possunt verba illa S. Cypriani : *Publica est nobis et communis oratio, et quando oramus, non pro uno, sed pro toto populo oramus, quia totus populus unum sumus* (4). — Ceterum eiusmodi precationis vim atque efficaciam annales Ecclesiae testantur, quum memorant et fractas navali proelio ad Echinadas insulas Tur-

ita ut jure merito laudata sodalitas militiae precanti comparetur, sub divinae Matris vexillo daemonem omnesque errores debellanti :

quod quidem luculenter testantur Annales Ecclesiae.

1. *Dialog.*, I. 1, c. 8. — 2. In Ps. CXVIII. — 3. *Act.*, 1, 14. — 4. *De orat. domini.*

12 SEPT. 1897.

carun copias, et relatas de iisdem superiore saeculo ad Temesvariam in Pannonia et ad Corcyram insulam victorias nobilissimas. Prioris rei gestae memoriam perennem exstare voluit Gregorius XIII, die festo instituto Mariae victricis honori ; quem diem postea Clemens XI Decessor Noster titulo Rosarii consecravit, et quotannis celebrandum in universa Ecclesia decrevit.

Cultum vero B. M. V., qui gloriam sodalitati atque virtutem addit, non obstare Dei dignitati ostendit Pontifex exponendo catholicam de cultu sanctorum doctrinam,

Ex eo autem quod precans haec militia sit « sub divinae Matris vexillo conscripta », nova eidem virtus novus honor accedit. Huc maxime spectat repetita crebro, in Rosarii ritu, post orationem dominicam angelica salutatio. Tantum vero abest ut hoc dignitati Numinis quodammodo adversetur, quasi suadere videatur maiorem nobis in Mariae patrocinio fiduciam esse collocandam quam in divina potentia, ut potius nihil Ipsum facilius permoveat propitiumque nobis efficiat. Catholica enim fide docemur, non ipsum modo Deum esse precibus exorandum, sed beatos quoque caelites (1), licet ratione dissimili, quod a Deo, tamquam a bonorum omnium fonte, ab his, tamquam ab intercessoribus petendum sit. *Oratio*, inquit S. Thomas, *porrigitur alicui dupliciter, uno modo quasi per ipsum implenda, alio modo, sicut per ipsum impetranda. Primo quidem modo soli Deo orationem porrigimus, quia omnes orationes nostrae ordinari debent ad gratiam et ad gloriam consequendam, quae solus Deus dat, secundum illud Psalmi* LXXXIII, *12: « gratiam et gloriam dabit Dominus ». Sed secundo modo orationem porrigimus sanctis Angelis et hominibus, non ut per eos Deus nostras petitiones cognoscat, sed ut eorum precibus et meritis orationes nostrae sortiantur effectum. Et ideo dicitur Apoc.* VIII, *4, quod ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu Angeli coram Deo* (2). Iam quis omnium, quotquot beatorum incolunt sedes, audeat cum augusta Dei Matre in certamen demerendae gratiae venire ? Ecquis in Verbo aeterno clarius intuetur, quibus angustiis premamur, quibus rebus indigeamus ? Cui maius arbitrium permissum est permovendi Numinis ? Quis ma-

quam verbis S. Thomae illustrat.

B. M. Virginem prae caeteris Sanctis colendam esse evincit,

1. Conc. Trid., sess. XXV. — 2. *Sum. Theol.*, 2ª 2ᵃᵉ, q. LXXXIII, a. IV.

ternae pietatis sensibus aequari cum ipsa queat? Id scilicet caussae est cur beatos quidem caelites non eadem ratione precemur ac Deum, *nam a sancta Trinitate petimus ut nostri misereatur, ab aliis autem sanctis quibuscumque petimus ut orent pro nobis* (1) ; implorandae vero Virginis ritus aliquid habeat cum Dei cultu commune, adeo ut Ecclesia his vocibus ipsam compellet ; quibus exoratur Deus : *Peccatorum miserere.* Rem igitur optimam praestant sodales a sacro Rosario, tot salutationes et Mariales preces quasi serta rosarum contexentes. Tanta enim Mariae est magnitudo, tanta, qua apud Deum pollet, gratia, ut qui opus egens non ad illam confugiat, is optet nullo alarum remigio volare.

multumque ideo probat sodales B. M. Virginis cultui addictissimos.

Alia etiam Sodalitatis, de qua loquimur, laus est, nec praetereunda silentio. Quoties enim Marialis recitatione Rosarii salutis nostrae mysteria commentamur, toties officia sanctissima, caelesti quondam Angelorum militiae commissa, similitudine quadam aemulamur. Ea ipsi, suo quaeque tempore mysteria revelarunt eorum fuere pars magna, iisdem adfuere seduli, vultu modo ad gaudium composito, modo ad dolorem, modo ad triumphalis gloriae exultationem. Gabriel ad Virginem mittitur nuntiatum Verbi aeterni Incarnationem. Bethlemico in antro, Salvatoris in lucem editi gloriam Angeli cantibus prosequuntur. Angelus Iosepho auctor est fugae arripiendae, seque in Aegyptum recipiendi cum puero. Iesum in horto prae moerore sanguine exsudantem Angelus pio alloquio solatur. Eumdem, devicta morte, sepulcro excitatum, Angeli mulieribus indicant. Evectum ad caelum Angeli referunt atque inde reversurum praedicant angelicis comitatum catervis, quibus electorum animas admisceat secumque rapiat ad aetherios choros, super quos *exaltata est sancta Dei Genitrix.* Piissima igitur Rosarii prece inter sodales utentibus ea maxime convenire possunt, quibus Paulus Apostolus novos Christi asseclas alloquebatur : *Accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Ierusalem caelestem, et multorum millium Angelorum frequentiam* (2). Quid

Ipsos jam mysteria salutis in recitatione Rosarii recolentes assimilat Angelis quos quidem adhibuit Deus illorum mysteriorum nuntios et ministros ;

unae ma-

1. *Sum. Theol.*, 2ª 2æ, q. LXXXIII, a. IV. — 2. *Heb.*, XII,22.

autem divinius quidve suavius, quam contemplari cum Angelis cum iisque precari? Quanta niti spe liceat atque fiducia, fruituros olim in caelo beatissima angelorum societate eos, qui in terris eorum ministerio sese quodammodo addiderunt?

His de caussis Romani Pontifices eximiis usque praeconiis Marianam huiusmodi Sodalitatem extulerunt, in quibus eam Innocentius VIII *devotissimam Confraternitatem*[1] appellat; Pius V affirmat, eiusdem virtute haec consequuta: *Coeperunt Christi fideles in alios viros repente mutari, haeresum tenebrae remitti et lux catholicae fidei aperiri*[2]; Sixtus V, attendens quam fuerit haec institutio religioni frugifera, eiusdem se studiosissimum profitetur; alii denique multi, aut praecipuis eam indulgentiis, iisque uberrimis auxere, aut in peculiarem sui tutelam, dato nomine variisque editis benevolentiae testimoniis, receperunt. — Eiusmodi Decessorum Nostrorum exemplis permoti, Nos etiam, Venerabiles Fratres, vehementer hortamur vos atque obsecramus, quod saepe iam fecimus, ut sacrae huius militiae singularem curam adhibeatis, atque ita quidem, ut, vobis adnitentibus, novae in dies evocentur undique copiae atque scribantur. Vestra operâ et eorum, qui e clero subdito vobis curam gerunt animarum, noscant ceteri e populo, atque ex veritate aestiment, quantum in ea Sodalitate virtutis sit, quantum utilitatis ad aeternam hominum salutem. Hoc autem contentione poscimus eo maiore, quod proximo hoc tempore iterum viguit pulcherrima in sanctissimam Matrem pietatis manifestatio per Rosarium, quod *perpetuum* appellant. Huic Nos instituto libenti animo benediximus; eius ut incrementis sedulo vos naviterque studeatis, magnopere optamus. Spem enim optimam concipimus, laudes precesque fore validissimas, quae, ex ingenti multitudinis ore ac pectore expressae, nunquam conticescant; et per varias terrarum orbis regiones dies noctesque alternando, conspirantium vocum concentum cum rerum divinarum meditatione con-

12 SEPT. 1897.

ximam provenire sodalibus animi suavitatem ac fiduciam aeternae salutis testatur.

Memorat plures ex decessoribus suis laudatam sodalitatem commendasse fidelibus;

quorum motus exemplo, totius orbis Episcopos ad ipsam latius in dies propagandam hortatur.

Rosarium perpetuum iterum invalescere gaudet; cujus extollit miram vim atque efficaciam.

1. *Splendor paternae gloriae*, die 26 Febr. 1491. — 2. *Consueverunt RR. PP.*, die 17 Sept. 1569.

iungant. Quam quidem laudationum supplicationumque perennitatem, multis abhinc saeculis, divinae illae significarunt voces, quibus Oziae cantu compellabatur Iudith: *Benedicta es tu filia a Domino Deo excelso prae omnibus mulieribus super terram,... quia hodie nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum.* Iisque vocibus universus populus Israel acclamabat: *Fiat, fiat* (1).

Benedicit. Interea, caelestium beneficiorum auspicem, paternaeque Nostrae benevolentiae testem, vobis, Venerabiles Fratres, et clero populoque universo, vestrae fidei vigilantiaeque commisso, Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XII Septembris MDCCCXCVII, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

LEO PP. XIII.

1. *Iud.*, XIII, 23 et seqq.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE UNITATE ORDINIS

FRATRUM MINORUM INSTAURANDA.

4 OCTOBRI 1897.

Laete recolit Pontifex vitae suae annos in Umbria actos, cum ipsi S. Francisci vita ante oculos passim obversaretur:

FELICITATE quadam nec sane fortuito factum putamus, ut Nobis olim, in episcopatu gerendo, ex omnibus Italiae provinciis una Francisci Assisiensis parens atque altrix Umbria contingeret. Assuevimus enim acrius et attentius de patre seraphico locorum admonitu cogitare: cumque indicia eius permulta, ac velut impressa vestigia passim intueremur, quae non memoriam eius solum Nobis afferebant, sed ipsum videbantur in conspectu Nostro ponere: cum Alverniae iuga semel atque iterum ascensu superavimus: cum ob oculos ea loca versarentur, ubi editus ac susceptus in lucem, ubi corporis exsolutus vinclis, unde ipso auctore tanta vis bonorum, tanta salus in omnes orientis atque obeuntis solis partes influxit, licuit profecto plenius ac melius cognoscere quanto viro quantum munus assignatum a Deo. Mire cepit Nos franciscana species atque forma: quoniamque intimam franciscalium institutorum virtutem magnopere ad christianam vitae rationem videbamus conduxisse, neque eam esse huiusmodi ut consenescere vetustate possit, propterea in ipso episcopatu Perusino, ad christianam pietatem augendam tuendosque in multitudine mores probos, Ordinem Tertium, quem Nosmetipsi viginti quinque iam annos profitemur, dedita opera restituere ac propagare studuimus. Eumdem animum in hoc apostolici muneris fastigium eamdemque voluntatem ex eo tempore susceptam attulimus. Ob eamque caussam cum non circumscripte, sed ubique gentium eum ipsum Ordinem florere in spem beneficiorum veterum cuperemus, praescripta legum quibus regeretur, quatenus opus esse visum est, temperavimus, ut quemvis e populo christiano invitaret atque alliceret effecta mollior et accommodatior temporibus disciplina. Expectationem desiderii ac spei Nostrae sat implevit exitus.

unde se in maximam franciscalis Ordinis aestimationem venisse testatur.

Summo jam Pontificatu fungens, non minori quam antea studio curavit saluberrimum Ordinem Tertium propagandum,

sat felici quidem successu.

Nunc vero amorem suum erga principem Franciscanum Ordinem, Minorum nempe familiam, testari cupit: quiquidem ad omne opus bonum a legifero Patre informatus, optime de Ecclesia meritus est.

Verumtamen Noster erga magnum Franciscum et erga res ab eo institutas singularis amor omnino quiddam adhuc postulabat: idque efficere Deo aspirante decrevimus. Animum videlicet studiumque Nostrum nunc convertit ad sese franciscanus Ordo princeps: nec sane facile reperiatur in quo evigilare enixius atque amantius curas cogitationesque Nostras oporteat. Insignis est enim et benevolentia studioque Sedis Apostolicae dignissima ea, quae Fratrum Minorum familia nominatur, beati Francisci frequens ac mansura soboles. Ei quidem parens suus, quas leges, quae praecepta vivendi ipse dedisset, ea omnia imperavit ut religiosissime custodiret in perpetuitate consequentium temporum: nec frustra imperavit. Vix enim societas hominum est ulla, quae tot virtuti rigidos custodes eduxerit, vel tot nomini christiano praecones, Christo martyres, caelo cives ediderit: aut in qua tantus virorum proventus, qui iis artibus, quibus qui excellunt praestare ceteris iudicantur, rem christianam remque ipsam civilem illustrarint, adiuverint.

Uberiores vero adhuc fructus salutis edidisset si salva inter Francisci filios permansisset unitas a Beato Patre constituta ac omni studio discipulis inculcata,

ut ex verbis patet Thomae a Celano.

Horum quidem bonorum non est dubitandum maiorem et constantiorem futuram ubertatem fuisse, si arctissimum coniunctionis concordiaeque vinculum, quale in prima Ordinis aetate viguit, perpetuo mansisset: quia *virtus quanto est magis unita, tanto est fortior, et per separationem minuitur* (1). Quod optime viderat et caverat mens provida Francisci, quippe qui suorum societatem praeclare finxit fundavitque ut corpus unum non solubili compage aptum et connexum. Quid revera voluit, quid egit aliud cum unicam proposuit vivendi regulam, quam omnes sine ulla nec temporum nec locorum exceptione servarent, vel cum unius rectoris maximi potestati subesse atque obtemperare iussit universos? Eiusmodi tuendae concordiae praecipuum et constans in eo studium fuisse, perspicue discipulus eius confirmat Thomas a Celano, qui *assiduum*, inquit, *votum vigilque studium in eo fuit custodire inter fratres vinculum pacis, ut quos idem spiritus traxerat, idemque genuerat pater, unius matris gremio pacifice foverentur* (2).

1. S. Thom. 2a 2æ, quaest. XXXVII, a. 2, ad 3um. — 2. *Vita secunda*, P. III, c. CXXI.

Verum satis in comperto sunt posteriores casus. Nimirum sive quod flexibiles hominum sunt voluntates et varia solent esse ingenia in congregatione plurimorum, sive quod communium temporum cursus sensim ac pedetentim alio flexisset, hoc certe usu venit franciscanis ut de instituenda vita communi aliud placeret aliis. Concordissimam illam communionem quam Franciscus spectarat et secutus erat, quamque sanctam esse apud suos voluerat, duae res potissimum continebant : studium voluntariae paupertatis, atque ipsius imitatio exemplorum in reliquarum exercitatione virtutum. Haec franciscani instituti insignia, haec eius fundamenta incolumitatis. At vero summam rerum inopiam, quam vir sanctissimus in omni vita adamavit unice, ex alumnis eius optavere nonnulli simillimam : nonnulli, quibus ea visa gravior, modice temperatam maluerunt. Quare aliorum ab aliis secessione facta, hinc *Observantes* orti, illinc *Conventuales.* Similiter rigidam innocentiam, altas magnificasque virtutes, quibus ille ad miraculum eluxerat, alii quidem imitari animose ac severe, alii lenius ac remissius velle. Ex prioribus iis fratrum *Capulatorum* familiâ coalitâ, divisio tripartita consecuta est. Non idcirco tamen exaruit Ordo : nemo est enim quin sciat, sodales singularum, quas memoravimus, disciplinarum praeclaris in Ecclesiam meritis praestitisse et fama virtutum.

4 OCTOBRIS 1897.

Exponit Pontifex illam a S. Francisco stabilitam concordiam fuisse temporis decursu deperditam, atque exortam esse in laudato Ordine tripartitam divisionem,

Observantium *nimirum,* Conventualium, *atque* Capulatorum : *quos quidem singulos laudat Pontifex.*

De Ordine Conventualium, item de Capulatorum nihil omnino decernimus novi. Legitimum disciplinae suae ius, uti possident, ita possideant utrique in posterum. Eos tantummodo hae litterae Nostrae spectant, qui concessu Sedis Apostolicae antecedunt loco et honore ceteros, quique *Fratrum Minorum* merum nomen, a Leone X acceptum (1), retinent. Horum quoque in aliqua parte non est omnium vita consentiens. Quandoquidem communium iussa legum universi observare studuerunt, sed aliis alii severius. Quae res quatuor genera, ut cognitum est, effecit : *Observantes*, *Reformatos*, *Excalciatos* seu *Alcantarinos*, *Recollectos :* et tamen non sustulit funditus societatem. Quamvis enim pri-

Integram manere volens Conventualium ac Capulatorum disciplinam, tractaturus est hisce litteris de iis tantum Ordinis alumnis qui praecipuo veniunt loco, ac Fratrum

1. Const. *Ite et vos*, IV kal. Iun. 1517.

Minorum *nomen a Leone X retinent acceptum: quos licet quadripartitos, unus tamen regit Minister generalis.*

vilegiis, statutis, varioque more altera familia ab altera differret, et cum provincias, tum domos tironum unaquaeque proprias obtineret, constanter tamen omnes, ne principium prioris coagmentationis interiret, obtemperationem uni atque eidem antistiti retinuerunt, quem *Ministrum generalem totius Ordinis Minorum*, uti ius est, vocant (1). Utcumque sit, quadripartita istaec distributio, si maiorum spem bonorum, quam perfecta communitas attulisset, intercepit, non fregit vitae disciplinam. Quin etiam cum singulae auctores adiutoresque habuerint studiosos alienae salutis et praestanti virtute sapientiaque viros, dignae sunt habitae, quas romanorum Pontificum benevolentia complecteretur et gratia. Hoc ex capite vi et fecunditate hausta, ad fructus efferendos salutares et ad prisca franciscalium exempla renovanda valuerunt. Sed ullumne ex humanis institutis est, cui non obrepat aliquando senectus?

Horum vero, de Ecclesia bene quidem meritorum,

juventutem renovandam Pontifex censet.

Ordines religiosos labente tempore paulatim relaxari historia testatur, novumque ruinae periculum addit hodierna hostium in Dei Ecclesiam conspiratio.

Certe quidem usus docet, studium virtutis perfectae, quod in ortu adolescentiaque Ordinum religiosorum tam solet esse severum, paullatim relaxari, atque animi ardorem pristinum plerumque succumbere vetustati. Ad hanc senescendi collabendique caussam, quam afferre consuevit aetas, quaeque omnibus est coetibus hominum naturâ insita, altera nunc ab inimica vi accessit extrinsecus. Scilicet atrox procella temporum, quae centum amplius annis rem catholicam exagitat, in ipsas Ecclesiae auxiliares copias, Ordines virorum religiosorum dicimus, naturali itinere redundavit. Despoliatos, pulsos, extorres, hostiliter habitos quae regio, quae ora Europae non vidit? Permagnum ac divino tribuendum muneri, quod non excisos penitus vidimus. Iamvero duabus istis coniunctis caussis plagam accepere nec sane levem: fieri enim non potuit quin duplicato fessa incommodo compago fatisceret, quin vis disciplinae vetus, tamquam in affecto corpore vita, debilitaretur.

Instaurationem quidem

Hinc instaurationis orta necessitas. Nec sane defuere in Ordinibus religiosis qui ea velut vulnera, quae diximus,

2. Leon. X Const. cit. *Ite et vos.*

sanare, et in pristinum statum restituere se sua sponte ac laudabili alacritate conati sint. Id Minores, etsi magnopere vellent, assequi tamen aut aegre aut nullo modo possunt, quia desideratur in eis conspirantium virium cumulata possessio. Revera praefecturam Ordinis gerenti non est in omnes familias perfecta atque absoluta potestas: certa quaedam eius acta et iussa repudiari privatae nonnullarum leges sinunt: ex quo perspicuum est, perpetuo patere aditum repugnantium dimicationi voluntatum. Praeterea variae sodalitates, quamquam in unum Ordinem confluunt et unum quiddam aliqua ratione efficiunt ex pluribus, tamen quia propriis provinciis differunt, domibusque ad tirocinia invicem distinguuntur, nimis est proclive factu, ut suis unaquaeque rebus moveatur, seque magis ipsa quam universitatem diligat, ita ut, singulis pro se contendentibus, facile impediantur magnae utilitates communes. Denique vix attinet controversias concertationesque memorare, quas sodalitiorum varietas, dissimilitudo statutorum, disparia studia, tam saepe genuerunt, quasque caussae manentes eaedem renovare easdem in singulos propemodum dies queant. Quid autem perniciosius discordia? quae quidem ubi semel inveteravit, praecipuos vitae nervos elidit, ac res etiam florentissimas ad occasum impellit.

4 OCTOBRIS 1897.

suam plures Ordines ipsi procurare conati sunt; Minores vero quo minus hanc perficiant, ipsorum impedit virium disjunctio, atque Ministri generalis haud perfecta potestas, necnon variarum Ordinis Sodalitatum variae utilitates, quae quidem controversias, ut solet, aluere multas.

Igitur confirmari et corroborari Ordinem Minorum necesse est, virium dissipatione sublata: eo vel magis quod populari ingenio popularibusque moribus volvitur aetas; propterea que expectationem sui non vulgarem sodalitium facit virorum religiosorum ortu, victu, institutis populare. Qui populares enim habentur, multo commodius et aspirare et applicare se ad multitudinem, agendo, navando pro salute communi, possunt. Hac sibi oblata bene merendi facultate Minores quidem studiose atque utiliter usuros, certos scimus, si validos, si ordine dispositos, si instructos, uti par est, tempus offenderit.

Popularem igitur Minorum Ordinem, nostra aetate oportunissimum, corroborandum censuit Pontifex;

Quae omnia cum apud Nos multum agitaremus animo, decessorum Nostrorum veniebat in mentem, qui incolumitati prosperitatique communi alumnorum franciscalium succurrere convenienter tempori, quoties oportuit, consue-

suosque aemulans decessores de Ordinis prosperitate sollicitos,

vere. Idem Nos ut simili studio ac pari benevolentia vellemus, non solum conscientia officii, sed illae quoque caussae, quas initio diximus, impulere. Atqui omnino postulare tempus intelleximus, ut ad coniunctionem communionemque vitae priscam Ordo revocetur. Ita, amotis discidiorum et contentionum caussis, voluntates omnes unius nutu ductuque invicem colligatae tenebuntur, et, quod consequens est, erit ipsa illa, quam parens legifer intuebatur, constitutionis forma restituta.

ipsum statuit ad priscam revocare constitutionis formam.

Duas ad res cogitationem adiecimus, dignas illas quidem consideratione, quas tamen non tanti esse vidimus ut consilii Nostri retardare cursum ulla ratione possent, nimirum privilegia singulorum coetuum aboleri, et omnes quotquot ubique essent Minores, de quibus agimus, unius disciplinae legibus aeque adstringi oportere. Nam privilegia tunc certe opportuna ac frugifera cum quaesita sunt, nunc commutatis temporibus, tantum abest ut quicquam prosint religiosae legum observantiae, ut obesse videantur. Simili modo leges imponere unas universis incommodum atque intempestivum tamdiu futurum fuit, quoad varia Minorum sodalitia multum distarent interioris dissimilitudine disciplinae : contra nunc, cum non nisi pertenui discrimine invicem differant.

Nec a suo proposito dimovere Pontificem potuit consideratio de abolendis singulorum coetuum privilegiis, deque adstringendo toto Minorum Ordine uni disciplinae : utrumque enim sinunt circumstantiae praesentes.

Nihilominus instituti et moris decessorum Nostrorum memores, quia res vertebatur gravioris momenti, lumen consilii et prudentiam iudicii ab iis maxime, qui eadem de re iudicare recte possent, exquisivimus. Primum quidem cum totius Ordinis Minorum legati an. MDCCCLXXXXV Assisium in consilium convenissent, cui praeerat auctoritate Nostra b. m. Aegidius Mauri S. R. E. Cardinalis, Archiepiscopus Ferrariensis, perrogari in consilio sententias iussimus, de proposita familiarum omnium coniunctione quid singuli censerent. Faciendam frequentissimi censuerunt. Imo etiam lectis ab se ex ipso illo coetu viris hoc negotium dedere ut Constitutionum codicem perscriberent, utique communem omnibus, si communionem Sedes Apostolica sanxisset, futurum. Praeterea S. R. E. Cardinales e sacro Consilio Episcoporum atque Ordinum religiosorum negotiis praeposito, qui pariter cum S. R. E. Car-

Fusius explicat Pontifex sese in tanti re momenti lumen consilii exquisivisse ab ipsius Ordinis legatis,

necnon a SS. CC. Ep. et Reg.,

dinalibus e sacro Consilio christiano nomini propagando Nobis de toto hoc negotio vehementer assenserant, acta Conventus Assisiensis et omnia rationum momenta ponderanda diligentissime curaverunt, exploratisque et emendatis, sicubi visum est, Constitutionibus novissimis, testati sunt, petere se ut Ordo, sublato familiarum discrimine, unus rite constituatur. Id igitur omnino expedire atque utile esse, idemque cum proposito conditoris sanctissimi cumque ipsa Numinis voluntate congruere sine ulla dubitatione perspeximus.

4 OCTOBRIS 1897.

et Prop. Fid.

Re igitur rite perpensa,

Quae cum ita sint, auctoritate Nostra apostolica, harum virtute litterarum, Ordinem Minorum, variis ad hanc diem sodalitiis distinctum, ad unitatem communitatemque vitae plene cumulateque perfectam, ita ut unum atque unicum corpus efficiat, familiarum distinctione omni deleta, revocamus, revocatumque esse declaramus.

Ordinem Minorum ad unitatem perfectam revocat legibus hic appositis :

I. Is, extinctis nominibus *Observantium*, *Reformatorum*, *Excalciatorum* seu *Alcantarinorum*, *Recollectorum*, ORDO FRATRUM MINORUM sine ullo apposito, ex instituto Francisci patris appelletur : ab uno regatur : eisdem legibus pareat : eadem administratione utatur, ad normam Constitutionum novissimarum, quas summa fide constantiaque ab omnibus ubique servari iubemus.

1° *De Ordinis nomine et unitate.*

II. Statuta singularia, item privilegia iuraque singularia, quibus familiae singulae privatim utebantur fruebantur, ac prorsus omnia quae differentiam aut distinctionem quoquo modo sapiant, nulla sunto : exceptis iuribus ac privilegiis adversus *tertias personas :* quae privilegia, quaeque iura firma, ut iustitia et aequitas postulaverit, rataque sunto.

2° *De singularibus Statutis ac privilegiis antea vigentibus.*

III. Vestitum cultumque eâdem omnes formâ induunto.

3° *De vestitu.*

IV. In gubernatione Ordinis universi, quemadmodum unus Minister generalis, ita Procurator unus esto : item Scriba ab actis unus : honorum caelestibus habendorum Curator unus.

4° *De Ordinis gubernatione.*

V. Quicumque ex hoc die minoriticas vestes rite sumpserint: quicumque maiore minoreve ritu vota nuncupaverint, eos omnes sub Constitutiones novas esse subiectos, officiisque universis, quae inde consequuntur, adstringi ius esto. Si qui

5° *De Fratribus in Ordinem excipiendis.*

Constitutionibus novis abnuat subesse, ei habitu religioso, nuncupatione votorum, professione interdictum esto.

6° De iis qui his legibus non paruerint.

VI. Si qua Provincia his praeceptis legibusque Nostris non paruerit, in ea nec tirocinia ponere quemquam, nec profiteri rite Ordinem liceat.

7° De vitam contemplativam sectantibus.

VII. Altioris perfectionis vitaeque, ut loquuntur, contemplativae cupidioribus praesto esse in provinciis singulis domum unam vel alteram in id addictam, fas esto. Eiusmodi domus iure Constitutionum novarum regantur.

8° De solemniter professis novae se disciplinae recusantibus.

VIII. Si qui e sodalibus solemni ritu professis addicere se constitutae per has litteras disciplinae iustis de caussis recusarint, eos in domos Ordinis sui certas secedere auctoritate nutuque Antistitum liceat.

9° De provinciarum finibus vel numero mutandis.

IX. Provinciarum cum mutare fines, tum minuere numerum, si necessitas coegerit, Ministro generali coniuncte cum Definitoribus generalibus liceat, perrogata tamen Definitorum Provinciarum, de quibus agatur, sententia.

10° De Ordinis Superioribus constituendis.

X. Cum Minister generalis ceterique viri Ordini universo regundo ad hanc diem praepositi magistratu se quisque suo abdicarint, Ministrum generalem dicere auctoritatis Nostrae in caussa praesenti esse volumus. Definitores generales, ceterosque munera maiora gesturos, qui scilicet in conventu Ordinis maximo designari solent, designet in praesenti caussa sacrum Consilium Episcoporum atque Ordinum religiosorum negotiis praepositum, exquisita prius ab iis ipsis sententia, qui potestatem Definitorum generalium hodie gerunt. Interea loci Minister generalis Definitoresque generales in munere quisque versari suo pergant.

Laetus Pontifex de constituta Ordinis unitate, agit Deo gratias, Minoresque hortatur ut digne sua vocatione ambulent.

Gestit animus, quod Nostram in beatum Franciscum pietatem religionemque veterem consecrare mansuro providentiae monumento licuit: agimusque benignitati divinae gratias singulares, quod Nobis in summa senectute id solatii, percupientibus, reservavit. Quotquot autem ex Ordine Minorum sodales numerantur, pleni bonae spei hortamur obsecramusque, ut exemplorum magni parentis sui memores, ex his rebus ipsis, quas ad commune eorum bonum decrevimus, sumant alacritatem animi atque incita-

menta virtutum, ut digne ambulent *vocatione, qua vocati sunt, cum omni humilitate, et mansuetudine, cum patientia, supportantes invicem in caritate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis* (1).

4 OCTOBRIS 1897.

Praesentes vero litteras et quaecumque in ipsis habentur nullo unquam tempore de subreptionis aut obreptionis sive intentionis Nostrae vitio aliove quovis defectu notari vel impugnari posse; sed semper validas et in suo robore fore et esse, atque ab omnibus cuiusvis gradus et praeeminentiae inviolabiliter in iudicio et extra observari debere, decernimus: irritum quoque et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate vel praetextu, scienter vel ignoranter contigerit attentari declarantes: contrariis non obstantibus quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus ex plenitudine potestatis, certa scientia et motu proprio quoad praemissa expresse derogamus, et derogatum esse declaramus.

Praesentium litterarum auctoritas vindicatur.

Volumus autem ut harum litterarum exemplis etiam impressis, manu tamen Notarii subscriptis et per constitutum in ecclesiastica dignitate virum sigillo munitis, eadem habeatur fides, quae Nostrae voluntatis significationi, his praesentibus ostensis, haberetur.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae constitutionis, ordinationis, unionis, limitationis, derogationis, voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum quarto nonas Octobris anno Incarnationis Dominicae millesimo octogesimo nonagesimo septimo, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

C. Card. ALOISI-MASELLA Pro-Dat. — A. Card. MACCHI

VISA

De Curia I. De Aquila e Vicecomitibus

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Secret. Brevium

I. Cvgnonivs

1. Ephes., IV, 1-3.

LITTERAE APOSTOLICAE

DE NOVO MINISTRO GENERALI ORDINIS MINORUM.

5 OCT. 1897.

Constituta Ordinis S. Francisci Unitate,

novum jam Ministrum Generalem designaturus Pontifex

virtutes exponit ad hunc magistratum rite implendum requisitas;

insigneque illud officium committit Aloïsio a Fulda sub forma consueta.

INSIGNEM sane benevolentiaeque Nostrae singularibus nominibus commendatum Ordinem Fratrum Minorum ex genere Sodalium quadripartito in unitatem communitatemque vitae plene cumulateque perfectam restituendum, data in id hesterno die Constitutione Apostolica, curavimus. Ex quo, si consilia Nostra Deus fortunaverit, uti confidimus, certe Ordini universo plurimum ad prosperitatem, plurimum etiam ad fructuosam operam accedet. Quoniam autem in re nova dilectus filius Aloisius a Parma Minister Generalis testatus est magistratum se sponte deponere, Nos quidem factum probavimus, collaudata, ut aequum erat, modestia viri, eodemque tempore decrevimus iudicii fore auctoritatisque Nostrae designare, qui in eius locum proxime subrogandus videretur. Videlicet is debet esse huiusmodi, ut propositum Nostrum perficere intelligenter queat, et constitutionem temperationemque Ordinis novam stabiliendam summa cum prudentia et incolumi animorum concordia curet; ob eamque rem praeter ornamenta illa animi, sine quibus nunquam praeesse aliis utiliter potest quisquam, alia praetera ab illo tempus desiderat. Quas quidem virtutes, dilecte fili, cum non minores in te esse, quam in eo quem memoravimus, ex multorum praedicatione ac testimonio cognoverimus, cumque munerum abs te gestorum laudabiles exitus idem testentur, idcirco singulari te benevolentia complectentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis, si quas forte incurreris, huius tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, Apostolica auctoritate Nostra, his litteris, te Ministrum Generalem Ordinis Fratrum Minorum facimus, constituimus, renuntiamus, tibique munus

istud tamdiu gerendum quoad Nobis Sedique Apostolicae placuerit conferimus, demandamus, atque omnia et singula iura, facultates, privilegia, quae Ministri Generalis sunt propria, tibi similiter impertimus. Volumus autem et praescribimus, ut omnes, ad quos spectat et spectare poterit, te in huiusmodi officium accipiant et admittant, tibique faveant, pareant, ac praesto sint, tuaque monita vel praecepta reverenter audiant et fideliter exequantur, secus poenas, quas in rebelles irrogaveris, ratas habebimus atque auctoritate Nostra confirmabimus. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis Franciscalis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et legibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

5 OCT. 1897.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die V Octobris MDCCCXCVII, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

A. CARD. MACCHI

MOTU PROPRIO

DE JURIBUS ET FACULTATIBUS SACRAE CONGREGATIONIS INDULGENTIIS SACRISQUE RELIQUIIS PRAEPOSITAE.

31 OCT. 1897

Exponit Pontifex Romanarum Congregationum *originem,* *atque munera* *singula singulis assignata,* *magno quidem rei religiosae emolumento.*

CHRISTIANAE reipublicae tam late fusa tamque operosa administratio omnino postulabat, ut Pontifici romano viri sapientes et graves perpetuo assiderent, quibuscum et consilia communicare et quotidianam negotiorum molem partiri opportune posset. Hinc ea sunt S. R. E. Cardinalium Consilia sapientissime constituta, quae *Romanae Congregationes* nuncupantur ; quorum est quibusdam in caussis ius dicere, de iure respondere, aliaque complura decernere, transigere, quae transigi decernique eorum auctoritate lex et consuetudo iubet. Iis tamen, quod ratio, quod naturalis rerum ordo requirebat, non promiscua universis, sed sua singulis potestas data, suumque negotiorum ad expediendum unicuique assignatum genus. Quod sane nisi decessorum Nostrorum providentia cavisset, magna erat permixtio iuris et confusio futura, simulque spes utilitatum maximarum, quas nomini christiano Congregationes romanae pepererunt quotidieque pariunt, vel ab initio intercidisset. Iamvero officii Nostri est tueri in eis constitutionem temperationemque nativam, efficiendo ut singularum potestas suis contineatur finibus, ac si quid forte minus consentaneum invexerit diuturnitas, emendare. His de rebus et caussis cum animum adiecissemus ad sacrum Consilium, cuius muneris est de Indulgentiis sanctorumque Reliquiis cognoscere ac statuere, aliquod ei officium providentiae Nostrae impertiri vidimus oportere.

Pro officio vero suo Congregationum integritati consulens, nonnulla his litteris decernit de S. C. Indulgentiarum.

Hujus originem atque officia ipsi commissa ab initio

Illud videlicet Clemens IX decessor Noster instituit *Motu proprio* die VI Iulii an. MDCLXIX edito, diligenterque eius quae forent partes praescripsit his verbis:... *cum facultate omnem difficultatem ac dubietatem in sanctorum reliquiis,*

aut Indulgentiis emergentem, quae ad fidei dogma non pertineat, Nobis tamen et romano Pontifice pro tempore existente circa graviora difficilioraque consultis, expediendi. Ac si qui abusus in eis irrepserint, illos, iudicii forma plane postposita, corrigendi et emendandi. Falsas quoque, apocryphas indiscretasque Indulgentias typis imprimi vetandi, impressas recognoscendi et examinandi, ac ubi Nobis, seu romano Pontifici pro tempore existenti retulerit, Nostra seu illius auctoritate reiiciendi... Reliquias de novo inventas recognoscendi quoque et examinandi... omniaque pie, sancte, et incorrupte fieri curandi. Verum ad haec posteriorum concessu Pontificum alia accessit facultas, nimirum ipsa sacrae indulgentiae munera dilargiendi, adiecta rescriptis clausula, *praesenti valituro absque ulla Brevis expeditione.*

31 OCT. 1897.

et postea, exponit ;

Sed cum huius generis rescriptorum frequentia crevisset praeter modum, iisdemque de rebus rescribere eodem tempore consuesset Curia a diplomatis pontificiis, abnormis quaedam ac praepostera agendarum rerum consecuta ratio est. Huic incommodo occurrendum tempestive censuit Pius IX f. r. decessor Noster, datoque in id decreto (1). Congregationem Indulgentiis sacrisque Reliquiis cognoscendis praepositam extra fines Constitutionis Clementinae excurrere prohibuit, indulgentiarum tribuendarum adempta facultate. *Nos praesenti,* Motu proprio, *et ex certa scientia ac matura deliberatione decernimus, ut Congregatio eadem pergat quidem retinere quaestiones et disceptationes quae super Indulgentiis aut Reliquiis forte oboriantur, et peragere etiam atque expedire alia omnia, quae suae dumtaxat institutionis munia respiciunt ad tramites Motus proprii, quem hac de re praelaudatus Antecessor Noster Clemens IX dedit sub die* VI Iulii MDCLXIX ; *abstineat tamen omnino ab emittendis actis illis quae ad Indulgentiarum pertinent concessionem.* Verumtamen huius vis decreti sensim excidit, restituta scilicet ea ipsa, quae fuerat adempta, facultate : ita plane ut non minore quam antea numero rescripta edi soleant cum ea clausula, quam supra diximus. Qua re quoniam perturbationem ordinis debiti, ac vetera incommoda

hanc tamen ultimo concessam facultatem dilargiendi Indulgentiam, abrogatam fuisse a Pio IX ob incommoda inde nata memorat.

Quum vero hujus decreti vis sensim exciderit, re jam mature perpensa,

1. *Motu proprio* diei II Ianuarii an. MDCCCLV.

plane renovari, multorum testimonia, Nobis constiterat, delectis quibusdam S. R. E. Cardinalibus mandavimus, ut caussam mature perpenderent, et quo remedio opus esse videretur, aperte significarent. Igitur cognita eorum sententia, ut sua cuique munia serventur integra, motu proprio et certa scientia decernimus :

ut sua cuique munia serventur integra,

laudatae Congregationis jura definit,

I. Ut Congregationi Indulgentiis sacrisque Reliquiis praepositae ea salva iura permaneant, quae Clemens auctor instituit : praetereaque eidem confirmamus, et, quatenus opus sit, de integro concedimus facultates omnes, quae in syllabo, his litteris adnexo, numerantur.

II. Volumus et statuimus, ceteras concessiones iterationesque indulgentiarum, privilegia altarium, facultates benedicendi et alia eiusmodi ad Nostram Secretariam Brevium exclusive pertinere.

III. Simili ratione decernimus ut quae facultates Congregationi, de qua agimus, collatae sunt, eae ita sint eius propriae, ut ulli praeterea vel Congregationi vel Secretariae possint esse communes.

Datum Romae apud S. Petrum die XXXI Octobris MDCCCXCVII, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

LEO PP. XIII

SYLLABVS

Facultatum quas SSmus Dominus Noster Leo PP. XIII S. Congregationi Indulgentiis et SS. Reliquiis praepositae confirmat et, quatenus opus sit, de integro concedit iuxta n. I Sui Motus Proprii *sub die* XXXI *Octobris an.* MDCCCXCVII *incip.* Christianae reipublicae.

ipsiusque facultatum Syllabum edit.

1° Facultatem interpretandi Rescripta de Indulgentiis sacrisque Reliquiis edita, etiam propria manu a Summo Pontifice signata.

2° Dirimendi quaestiones et dubia minoris momenti, quae ita facile dilui possunt ut necesse non sit de eis in Eminentissimorum Patrum Congregatione disceptare.

3° Approbandi Summaria Indulgentiarum. *31 OCT. 1897.*

4° Sanandi defectus cuiuslibet generis qui irrepserint in erectiones Confraternitatum, Congregationum, piarum unionum etc. vel etiam in earum aggregationem ad Archiconfraternitates, Primarias, Primo-primarias etc.

5° Sanandi defectus quoscumque quibus affici contingat adscriptiones Christifidelium ad Tertios Ordines, ad Confraternitates, Congregationes, Pias Uniones etc. Itemque defectus in benedicendis et imponendis scapularibus, in benedictionibus Rosariorum, coronarum etc., in erectione Stationum Viae Crucis et Matris Dolorosae.

6° Dispensandi super defectu distantiae requisitae ad erectionem Confraternitatum, ita tamen ut rescripti executio remittatur prudenti iudicio Ordinarii. Dispensandi etiam super conditione distantiae inter ecclesias, quae praefiniri solet in rescriptis concessionis quarumdam Indulgentiarum.

7° Transferendi Indulgentias favore Sanctimonialium, cum de uno ad aliud Monasterium, sive de una ad aliam domum migrant ob temporum adiuncta.

8° Concedendi, quatenus opus sit, ut Indulgentiae quibus gaudebant ecclesiae Regularium, vigere pergant post ipsorum expulsionem seu violentam conventuum suppressionem. Quae facultas extendatur ad casus tum praeteritarum tum futurarum conventuum suppressionum ; extensive etiam ad ecclesias sive Sanctimonialium, sive cuiuslibet Congregationis et Instituti.

9° Concedendi ut Regularium Ordinum, et etiam Congregationum sive Institutorum alumni utriusque sexus Indulgentiis et gratiis quibus gaudebant in propriis respective ecclesiis, frui possint et valeant dum vitam communem agunt in alia domo in qua legitime habent oratorium vel publicum vel privatum.

10° Transferendi a die vel diebus ad diem vel dies alios Indulgentias iam concessas ; exceptis *Indulgentia Portiunculae* aliisque Indulgentiis plenariis concessis *toties quoties.*

11° Transferendi ad aliam ecclesiam vel ad aliud oratorium publicum Indulgentias iam concessas ecclesiae vel publico oratorio.

12° Concedendi dioecesibus intra et extra Italiam privilegium ut Indulgentias, pro quibus requiritur sacramentalis confessio, lucrari valeant Christifideles qui sacramentalem confessionem peragere solent infra duas hebdomadas. Quod tamen privilegium non concedatur, nisi Ordinario dioecesis expresse petente et ob penuriam confessariorum tantum.

13° Commutandi conditiones, seu pias exercitationes ad Indulgentiarum acquisitionem praescriptas, in alia pia opera omnino vel fere aequivalentia: exceptis semper Indulgentiis plenariis *toties quoties*, et exceptis etiam conditionibus sacramentalis confessionis et sacrae Communionis quotiescumque requiruntur.

14° Renovandi seu prorogandi pro Sanctimonialibus vere pauperibus tantum, Indulgentias iam ipsis concessas, etiamsi forte distulerint renovationem vel prorogationem implorare.

LITTERAE APOSTOLICAE

QUIBUS S. PASCHALIS BAYLON COETUUM EUCHARISTICORUM ET SOCIET. OMNIUM A SS. EUCHARISTIA PATRONUS CAELESTIS CONSTITUITUR.

PROVIDENTISSIMUS Deus fortiter suaviterque disponens omnia, singulari quadam cura Ecclesiae suae ita prospexit, ut quum inclinatae maxime res viderentur, ex ipsa temporum acerbitate insperata eidem solatia suscitaret. Id, quum saepe alias, tum potissimum videre licet his rei christianae ac civilis temporibus. Quum enim communis tranquillitatis osores, insolentius se in dies efferentes, quotidiano impetu eoque validissimo adnitantur Christi fidem omnemque paene societatem evertere, placuit divinae bonitati his rerum fluctibus praeclara studia pietatis obiicere. Quod quidem plane declarant et sanctissimi Cordis Iesu longe lateque propagata religio, et excitatus ardor ubique terrarum provehendi cultus Marialis, et inclyti eiusdem Deiparae Sponsi adaucti honores, et catholicorum coetus in vario rerum genere ad omnemque fidei defensionem parati, aliaque complura, promovendo divino honori et mutuae caritati fovendae, sive amplificata, sive primum invecta. Quae quidem omnia etsi animum Nostrum suavissime afficiunt, nihilominus divinorum munerum summam hanc esse putamus, auctam in populis in Eucharistiae sacramentum religionem post habitos in eam rem coetus per haec tempora celeberrimos. Nihil enim efficacius videtur Nobis, quod alias significavimus, catholicorum animis excitandis tum ad fidem strenue profitendam, tum ad virtutes christiano nomine dignas exercendas, quam ut alantur et acuantur studia populi in admirabile illud amoris pignus, quod pacis vinculum est atque unitatis. Quum igitur tanta res maximae Nobis curae sit, quemadmodum coetus eucharisticos saepe laudavimus, ita

28 NOV. 1897.

Exponit Pontifex innumeris malis quibus Ecclesia premitur nostra aetate, objecisse Deum mira pietatis studia.

Gaudet in primis auctam esse fidelium in SS. Eucharistiam devotionem saluberriam quidem.

Saepius vero a se laudatis coeti-

bus eucharisticis constituere jam decernit patronum coelestem. S. Paschalis Baylon laudes celebrat,

nunc uberiorum spe fructuum permoti, faciendum ducimus ut iis patronus caelestis assignetur ex sanctis caelitibus qui in augustissimum Corporis Christi sacramentum vehementiore affectu flagrarunt. Inter eos vero,quorum ardor pietatis in praecelsum hoc fidei mysterium efferbuisse magis visus est, locum obtinet dignissimum PASCHALIS BAYLON. Qui animum sortitus rerum caelestium apprime studiosum, postquam adolescentiam in custodia gregis transegit innocentissime, severioris vitae institutum amplexus in Ordine Minorum strictioris observantiae, eam ex contemplatione divini convivii meruit haurire scientiam, ut rudis ac litterarum expers potuerit et de rebus fidei difficillimis respondere et pios etiam libros conscribere. Idem Eucharistiae veritatem publice palamque professus inter haereticos multa et gravia perpessus est, ac Tharsicii martyris aemulus, ad necem quoque crebro petitus. Eum denique pietatis affectum defunctus etiam retinere visus est : quippe iacens in feretro, ad duplicem sacrarum specierum elevationem, bis oculos dicitur reserasse.

ipsumque SS. Eucharistiae cultu insignem fuisse ostendit;

ideoque ut antea alios aliis Societatibus,

Igitur apparet, coetus catholicorum, de quibus loquimur, nullius in tutela melius esse posse. Propterea qua ratione Thomae Aquinati cupidam litterarum iuventutem ; Vincentio a Paulo consociationes caritatis caussâ initas ; Camillo de Lellis et Joanni de Deo aegrotos et quotquot aegrotis adiutandis dant operam, opportune commendavimus, ita, quod bonum faustumque sit et rei christianae benevertat, suprema auctoritate Nostra, praesentium vi, sanctum Paschalem Baylon peculiarem coetuum eucharisticorum, item societatum omnium a sanctissima Eucharistia, sive quae hactenus institutae, sive quae in posterum futurae sunt, Patronum caelestem declaramus et constituimus. Atque ab ejusdem Sancti exemplis patrocinioque hunc fructum fidenter petimus, ut e populo christiano quotidie plures animum, consilia, amorem ad IESUM CHRISTUM servatorem referant, omnis salutis summum augustissimumque principium. — Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris : non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Volumus autem, ut praesentium litterarum transumptis seu

ita nunc ipsum coetibus eucharisticis ac Societatibus a SS. Eucharistia constituit Patronum.

Sperat inde amorem JESU auctum iri in corde fidelium.

Praesentium litterarum auctoritatem vindicat.

exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae. *28 NOV. 1897.*

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die XXVIII Novembris MDCCCXCVII, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

A. Card. MACCHI.

EPISTOLA ENCYCLICA

Ad Archiepiscopos, Episcopos aliosque locorum Ordinarios foederatarum civitat. Canadensium pacem et communionem cum apostolica Sede habentes.

DE RE SCHOLARI

8 DECEMB. 1897.

Evincit Pontifex optime semper de Canadensibus meritam esse Ecclesiam,

AFFARI vos, quod perlibenter atque amantissime facimus, vix Nobis licet, quin sua sponte occurrat animo vetus et constans apostolicae Sedis cum Canadensibus vicissitudo benevolentiae consuetudoque officiorum. Ipsis rerum vestrarum primordiis comitata Ecclesiae catholicae caritas est : maternoque semel acceptos sinu, amplexari vos, fovere, beneficiis afficere numquam postea desiit. Certe immortalis vir Franciscus de Laval Montmorency, primus Quebecensium episcopus, quas res proavorum memoriâ pro salute publica felicissime sanctissimeque gessit, auctoritate gratiaque subnixus romanorum Pontificum gessit. Neque alio ex fonte auspicia atque orsus agendarum rerum cepere consequentes episcopi, quorum tanta extitit magnitudo meritorum. Similique ratione, si spatium respicitur vetustiorum temporum, non istuc commeare nisi nutu missuque Sedis apostolicae consuevere virorum apostolicorum generosi manipuli, utique cum christianae sapientiae lumine elegantiorem cultum atque artium honestissimarum semina allaturi. Quibus seminibus multo eorum ipsorum labore sensim maturescentibus, Canadensium natio in contentionem urbanitatis et gloriae cum excultis gentibus sera, non impar, venit. —

atque gaudet apud ipsos avitae religionis studium in posteris perseverasse per Episcoporum et

Istae sunt res Nobis omnes admodum ad recordationem iucundae : eo vel magis, quod earum permanere fructus cernimus non mediocres. Ille, profecto permagnus, amor in catholica multitudine studiumque vehemens divinae religionis, quam scilicet maiores vestri primum et maxime ex Gallia, tum ex Hibernia, mox quoque aliunde, auspicato

8 DECEMB. 1897.

advecti, et ipsi sancte coluerunt et posteris inviolate servandam tradiderunt. Quamquam, si optimam hanc hereditatem tuetur posteritas memor, facile intelligimus quantam huius laudis partem sibi iure vindicet vigilantia atque opera vestra, Venerabiles Fratres, quantam etiam vestri sedulitas Cleri : omnes quippe, concordibus animis, pro incolumitate atque incremento catholici nominis assidue contenditis, idque, ut vera fateamur, non invitis neque repugnantibus Britannici imperii legibus. Itaque communium recte factorum vestrorum cogitatione adducti, cum Nos romanae honorem purpurae Archiepiscopo Quebecensium aliquot ante annis contulimus, non solum ornare viri virtutes, sed omnium istic catholicorum pietatem honorifico afficere testimonio voluimus. — Ceterum de institutione laborare ineuntis aetatis, in qua et christianae et civilis reipublicae spes maximae nituntur, Apostolica Sedes numquam intermisit, coniuncto vobiscum et cum decessoribus vestris studio. Hinc constituta passim adolescentibus vestris ad virtutem, ad litteras erudiendis complura eademque in primis florentia, auspice et custode Ecclesia, domicilia. Quo in genere eminet profecto magnum Lyceum Quebecense, quod ornatum atque auctum omni iure legitimo ad legum pontificiarum consuetudinem, satis testatur, nihil esse quod expetat studeatque Apostolica Sedes vehementius, quum educere civium sobolem expolitam litteris, virtute commendabilem. Quamobrem summâ cura, ut facile per vos ipsi iudicabitis, animum ad eos casus adiecimus, quos catholicae Manitobensium adolescentulorum institutioni novissima tempora attulere. Volumus enim et velle debemus omni, qua possumus, ope et contentione eniti atque efficere ut fides ac religio ne quid detrimenti capiant apud tot hominum millia, quorum Nobis maxime est commissa salus, in ea praesertim civitate quae christianae rudimenta doctrinae non minus quam politioris initia humanitatis ab Ecclesia catholica accepit. Cumque ea de re plurimi sententiam expectarent a Nobis, ac nosse cuperent qua sibi via, qua agendi ratione utendum, placuit nihil ante statuere, quam Delegatus Noster apostolicus in rem praesentem venisset : qui, quo

sacerdotum vigilantiam atque labores ;

ideoque catholicorum Canadensium pietatem a se nuper affectam fuisse honorifico testimonio memorat. Exposita Ecclesiae sollicitudine de adolescentibus ibi instituendis,

non mirum esse edicit se per Delegatum suum detrimenta inquisisse quae modo catholicae Manitobensium adolescentulorum institutioni fuerunt allata.

res statu essent exquirere diligenter et ad nos subinde referre iussus, naviter ac fideliter effectum dedit quod mandaveramus.

Quae detrimenta jam exponit,

Caussa profecto vertitur permagni momenti ac ponderis. De eo intelligi volumus, quod septem ante annis legumlatores Provinciae Manitobensis concessu suo de disciplina puerili decrevere : qui scilicet, quod leges Canadensis foederis sanxerant, pueros professione catholica in ludis discendi publicis institui educarique ad conscientiam animi sui ius esse, id ius contraria lege sustulere. Qua lege non exiguum importatum detrimentum. Ubi enim catholica religio aut ignoratione negligitur, aut deditâ operâ impugnatur : ubi doctrina eius contemnitur, principiaque unde gignitur, repudiantur, illuc accedere, eruditionis caussâ, adolescentulos nostros fas esse non potest. Id sicubi factitari sinit Ecclesia, non nisi aegre ac necessitate sinit, multisque adhibitis cautionibus, quas tamen constat ad pericula declinanda nimium saepe non valere. — Similiter ea deterrima omninoque fugienda disciplina, quae, quod quisque malit fide credere, id sine ullo discrimine omne probet et aequo iure habeat, velut si de Deo rebusque divinis rectene sentias an secus, vera an falsas secteris, nihil intersit. Probe nostis, Venerabiles Fratres, omnem disciplinam puerilem, quae sit eiusmodi, Ecclesiae esse iudicio damnatam, quia ad labefactandam integritatem fidei tenerosque puerorum animos a veritate flectendos nihil fieri perniciosius potest.

varia pravarum scholarum genera reprobans.

Fuse ostenditerrare eos qui ad officia sua virtutesque volunt informare adolescentes, seposita religione, cum virtutum fundamentum sit ipsa religio.

Aliud est praeterea, de quo facile vel ii assentiantur, qui cetera nobiscum dissident : nimirum non mera institutione litteraria, non solivaga ieiunaque cognitione virtutis posse fieri, ut alumni catholici tales e schola aliquando prodeant, quales patria desiderat atque expectat. Tradenda eis graviora quaedam et maiora sunt, quo possint et christiani boni et cives frugi probique evadere : videlicet informentur ad ipsa illa principia necesse est, quae in eorum conscientia mentis alte incederint, et quibus parere et quae sequi debeant, quia ex fide ac religione sponte efflorescunt. Nulla est enim disciplina morum digna quidem hoc nomine atque efficax, religione posthabita. Nam omnium officiorum forma

8 DECEMB. 1897.

et vis ab iis officiis maxime ducitur, quae hominem iungunt iubenti, vetanti, bona malaque sancienti Deo. Itaque velle animos bonis imbuere moribus simulque esse sinere religionis expertes tam est absonum, quam vocare ad percipiendam virtutem, virtutis fundamento sublato. Atqui catholico homini una atque unica vera est religio catholica : propter eaque nec morum is potest, nec religionis doctrinam ullam accipere vel agnoscere, nisi ex intima sapientia catholica petitam ac depromptam. Ergo iustitia ratioque postulat, ut non modo cognitionem litterarum alumnis schola suppeditet, verum etiam eam, quam diximus, scientiam morum cum praeceptionibus de religione nostra apte coniunctam, sine qua nedum non fructuosa, sed perniciosa plane omnis futura est institutio. Ex quo illa necessario consequuntur : magistris opus esse catholicis : libros ad perlegendum, ad ediscendum non alios, quam quos episcopi probarint, assumendos : liberam esse potestatem oportere constituendi regendique omnem disciplinam, ut cum professione catholici nominis, cumque officiis quae inde proficiscuntur, tota ratio docendi discendique apprime congruat atque consentiat. — Videre autem de suis quemque liberis, apud quos instituantur, quos habeant vivendi praeceptores, magnopere pertinet ad patriam potestatem. Quocirca cum catholici volunt, quod et velle et contendere officium est, ut ad liberorum suorum religionem institutio doctoris accommodetur, iure faciunt. Nec sane iniquius agi cum iis queat, quam si alterutrum malle compellantur, aut rudes et indoctos, quos procrearint, adolescere, aut in aperto rerum maximarum discrimine versari.

Quo ex principio statuit catholicis agendi normam in re scholari,

parentumque catholicorum jus esse asserit ut eorum liberis tradatur institutio catholicae religioni consona.

Ista quidem et iudicandi principia et agendi, quae in veritate iustitiaque nituntur, nec privatorum tantummodo, sed rerum quoque publicarum continent salutem, nefas est in dubium revocare, aut quoquo modo deserere. Igitur cum puerorum catholicorum institutionem debitam insueta lex in Manitobensi Provincia perculisset, vestri muneris fuit, Venerabiles Fratres, illatam iniuriam ac perniciem libera voce refutare : quo quidem officio sic perfuncti singuli estis, ut communis omnium vigilantia ac digna episcopis

Probat Episcopos legi scholarii in Manitobensi provincia latae obstitisse pro officio suo;

voluntas eluxerit. Et quamvis hac de re satis unusquisque vestrum sit conscientiae testimonio commendatus, assensum tamen atque approbationem Nostram scitote accedere: sanctissima enim ea sunt, quae conservare ac tueri studuistis, studetis.

dolet vero non fuisse bonos cives omnes,

imo vero nec ipsos catholicos, concordes in nefaria lege impugnanda.

Ceterum incommoda legis Manitobensis, de qua loquimur, per se ipsa monebant, opportunam sublevationem mali opus esse concordiâ quaerere. Catholicorum digna caussa erat, pro qua omnes omnium partium aequi bonique cives consiliorum societate summaque conspiratione voluntatum contenderent. Quod, non sine magna iactura, contra factum. Dolendum illud etiam magis, catholicos ipsos Canadenses sententias concorditer, ut oportebat, minime in re tuenda iunxisse, quae omnium interest plurimum: cuius prae magnitudine et pondere silere studia politicarum rationum, quae tanto minoris sunt, necesse erat.

Legem vero postea latam ad sarcienda damna mancam esse queritur,

atque expostulat ut omni ex parte iuribus catholicorum consulatur.

Monita dat iis qui aptam rei componendae viam quaerunt.

Non sumus nescii, emendari aliquid ex ea lege coeptum. Qui foederatis civitatibus, quique provinciae cum potestate praesunt, nonnulla iam decrevere minuendorum gratiâ incommodorum, de quibus expostulare et conqueri catholici ex Manitoba merito insistunt. Non est cur dubitemus, susceptum id aequitatis amore fuisse consilioque laudabili. Dissimulari tamen id quod res est, non potest: quam legem ad sarcienda damna condidere, ea manca est, non idonea, non apta. Multo maiora sunt, quae catholici petunt, quaeque eos iure petere, nemo neget. Praeterea in ipsis illis temperamentis, quae excogitata sunt, hoc etiam inest vitii quod, mutatis locorum adiunctis, carere effectu facile possunt. Tota ut res in breve cogatur, iuribus catholicorum educationique puerili nondum est in Manitoba consultum satis: res autem postulat, quod est iustitiae consentaneum, ut omni ex parte consulatur, nimirum in tuto positis debitoque praesidio septis iis omnibus, quae supra attigimus, incommutabilibus augustissimisque principiis. Huc spectandum, hoc studiose et considerate quaerendum. — Cui quidem rei nihil obesse potest discordiâ peius: coniunctio animorum est et quidam quasi concentus actionum pernecessarius. Sed tamen cum perveniendi eo, quo propositum

8 DECEMB. 1897.

est et esse debet, non certa quaedam ac definita via sit, sed multiplex, ut fere fit in hoc genere rerum, consequitur varias esse posse de agendi ratione honestas easdemque conducibiles sententias. Quamobrem universi et singuli meminerint modestiae, lenitatis, caritatis mutuae : videant ne quid in verecundia peccetur, quam alter alteri debet : quid tempus exigat, quid optimum factu videatur fraterna unanimitate, non sine consilio vestro, constituant, efficiant.

Sperat vero aliquando catholicos totius voti compotes futuros.

Ad ipsos ex Manitoba catholicos nominatim quod attinet, futuros aliquando totius voti compotes, Deo adiuvante, confidimus. Quae spes primum sane in ipsa bonitate caussae conquiescit : deinde in virorum, qui res publicas administrant, aequitate ac prudentia tum, denique in Canadensium, quotquot recta sequuntur, honesta voluntate nititur. Interea tamen, quam diu rationes suas vindicare nequeant universas, salvas aliqua ex parte habere ne recusent. Si quid igitur lege, vel usu, vel hominum facilitate quadam tribuatur, quo tolerabiliora damna, ac remotiora pericula fiant, omnino expedit atque utile est concessis uti, fructumque ex iis atque utilitatem quam fieri potest maximam capere. Ubi vero alia nulla mederi ratione incommodis liceat, hortamur atque obsecramus, ut aucta liberalitate munificentiaque pergant occurrere. Non de salute ipsorum sua, nec de prosperitate civitatum mereri melius queant, quam si in scholarum puerilium tuitionem contulerint, quantum sua cuique sinat facultas.

In praesenti autem quomodo sese gerere pro rei gravitate debeant exponit.

Episcopos hortatur ut curent catholicas scholas omni disciplinae laude ornandas.

Est et aliud valde dignum, in quo communis vestra elaboret industria. Scilicet vobis auctoribus, iisque adiuvantibus, qui scholis praesunt, instituere accurate ac sapienter studiorum rationem oportet, potissimumque eniti ut, qui ad docendum accedunt, affatim et naturae et artis praesidiis instructi accedant. Scholas enim catholicorum rectum est cum florentissimis quibusque de cultura ingeniorum, de litterarum laude, posse contendere. Si eruditio, si decus humanitatis quaeritur, honestum sane ac nobile iudicandum Provinciarum Canadensium propositum, augere ac provehere pro viribus expetentium disciplinam institutionis publicam, quo politius quotidie ac perfectius quiddam con-

tingat. Atqui nullum est genus scientiae, nulla elegantia doctrinae, quae non optime possit cum doctrina atque institutione catholica consistere.

Scriptores vero catholicos monet ut sint sui officii memores.

Hisce omnibus illustrandis ac tuendis rebus, quae hactenus dictae sunt, possunt non parum ii ex catholicis prodesse, quorum opera in scriptione praesertim quotidiana versatur. Sint igitur memores officii sui. Quae vera sunt, quae recta, quae christiano nomini reique publicae utilia, pro iis religiose animoque magno propugnent : ita tamen ut decorum servent, personis parcant, modum nulla in re transiliant. Vereantur ac sancte observent episcoporum auctoritatem, omnemque potestatem legitimam : quanto autem est temporum difficultas maior, quantoque dissensionum praesentius periculum, tanto insistant studiosius suadere sentiendi agendique concordiam, sine qua vix aut ne vix quidem spes est futurum ut id, quod est in optatis omnium nostrum, impetretur.

Benedicit.

Auspicem caelestium munerum, benevolentiaeque Nostrae paternae testem, accipite Apostolicam benedictionem, quam vobis, Venerabiles Fratres, Clero populoque vestro peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die VIII Decembris MDCCCXCVII, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

LEO PP. XIII

MOTU PROPRIO

DE COLLEGIO ATHANASIANO GRAECORUM IN URBE RESTAURANDO.

15 DECEMB. 1897.

Pro sua in Benedictinorum Ordinem benevolentia Pontifex, fundato jam Anselmiano Collegio, decrevit praeclari Ordinis sodalibus et Collegium Athanasianum attribuere regendum.

Multum Ecclesiae interesse ostendit ut laudati Collegii alumni rite instituantur.

SODALIUM Benedictinorum Ordinem, quem Nos in fidem clientelamque Nostram suscepimus, quam benevolenti amantique animo complecteremur, amplissime superioribus annis testati sumus, quum Anselmianum Collegium in Aventino ab inchoato excitavimus. Quo quidem in opere hoc plane Nobis gratulamur quod fructus iam gigni optimos perspiciamus, quibus Ordo ipse in pristinum decus veteresque laudes restituendus certo praecipiatur.

Iam modo studii Nostri in Benedictinam Familiam propensiorisque voluntatis testimonium mens est praebere aliud : decretum nimirum habemus Collegium Athanasianum, quod iuventuti graecae ad sacra erudiendae in Urbe patet, regendum moderandumque adtribuere. Id etenim Collegium, cui Gregorius XIII decessor Noster, Ecclesiarum orientalium commodo magnifice prospiciens, in nobilissimo Urbis loco sedes amplas posuit, Nostras ad se curas convertit, quod cum propositis cohaeret maxime, quae Nos diu tenemus ac peragimus in earumdem Ecclesiarum utilitatem. Siquidem, quum dudum evigilemus enixeque contendamus pro orientalium bono, in spem tum antiquae amplitudinis, tum coniunctionis, eorum qui dissident, cum Romana Ecclesia ; permagni plane interest ut, qui e graecis ephebis ad sacerdotium destinantur, quorumque erit sacrorum doctrinis populares imbuere, coniunctionemque Nobiscum vel servatam firmare vel ineundam suadere ac provehere ; ii ad fontem ipsum catholicam veritatem hauriant, et unitatis centrum, quod in Sede Apostolica divinitus constitutum est, venerari coram atque adamare adsuescant. Hoc igitur laboris quum Benedictinorum navitati committimus, quod carum Nobis apprime est commendamus ipsis, quantamque in eis habeamus fiduciam diligentiae osten-

Primati Ordinis gerendam dat Collegii procurationem legibus hic descriptis.

dimus. — Quoniam vero, ut Benedictini Ordinis unitati consuleremus aptius, Abbatem Primatem eidem praeficiendum voluimus, eumque sedem Romae perpetuo habere iussimus; Primati ipsi, qui quoquo tempore fuerit, Graecorum Collegii procurationem, ex peculiari mandato Nostro, Nostroque nomine ac Successorum Nostrorum, gerendam damus, ad nutum videlicet Apostolicae Sedis et ad leges quae infra scriptae sunt.

1° De Aedibus et bonis Collegii.

I. Collegii aedes, quas Gregorius XIII decessor Noster fundavit; item quae Collegio bona data adtributaque fuerunt erunt, in ditione Pontificum Romanorum perpetuo sint.

2° De Rectore et Professoribus Collegii designandis.

II. Primas rectorem, qui Collegio praesit, proponet; eligendi iure Pontifici Maximo reservato. Monachi ceteri, qui Collegio adcenseantur, a Primate destinabuntur.

3° De ipsorum officiis.

III. Alumnos cooptandi, item noxios indocilesve abigendi Rectori potestas erit, conscio annuenteque Primate. Monachorum vero erit ad alumnorum disciplinam adhibere curam, magisterio pietatis fungi, ephebos virtutibus, moribus sacerdotio dignis excolere.

4° De Scholis ab alumnis Collegii celebrandis.

IV. Alumni universi, excepto nemine, tum qui litteris dent operam, tum qui in philosophicas ac theologicas disciplinas incumbant, Collegii Urbaniani scholas celebrabunt.

5° De disciplinis in ipso Collegio tradendis.

V. Si qui epheborum recens cooptatorum scholis Urbanianis continuo frequentandis haud fuerint; iis erudiendis magisterium in Collegio adsit, quo ad maiora percipienda praeparentur. — Praeterea e Monachis designentur, quibus adiutoribus alumni ea quae in publicis scholis audierint privatim recolant. Item constituantur qui alumnos eosdem in liturgia, patrologia, iure ecclesiastico, quod apud Graecos obtinet, demum sermone graeco, tum veteri tum recentiore, quotidiano usu exercendos curent.

6° De ritu adhibendo in Sacris.

VI. Sacra, tam quae in communi alumnorum sacrario, seu domi seu ruri, quam quae in templo Athanasiano fiant, non nisi Graecorum ritu atque idiomate peragi fas esto. Eiusdem in perlitando ritus Monachis Collegio addictis copiam damus.

7° De

VII. Abbas Primas ad Nos de disciplina alumnorum, de

studiis deque re oeconomica, dato libello, quotannis referet: cuius libelli exemplum Cardinali Praefecto Sacri Consilii christiano nomini propagando transmittendum curabimus.

15 DECEMB. 1897.

Collegii status ratione reddenda.

Datum Romae apud S. Petrum die XV Decembris MDCCCXCVII, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

LEO PP. XIII.

LITTERAE APOSTOLICAE

DE COLLEGIO CLERIC. RUTHENORUM IN URBE CONSTITUENDO.

18 DECEMB. 1897.

Saepius antea Pontifex suam in Ruthenos benevolentiam testatus,

PATERNAM benevolentiam, qua omnes Orientis catholicos complectimur, peculari quodam modo *Ruthenos* promereri censemus, qui Nobis, non semel oblata occasione, praeclara amoris et obsequii testimonia exhibuerunt. Nec minora Nos iisdem praebuimus argumenta dilectionis Nostrae. Siquidem restaurationi operam dedimus vetusti Ordinis sancti Basilii Magni cuius alumni, pietate doctrinaque conspicui, in Dominico agro excolendo et christiana plebe erudienda feliciter elaborant. Misimus Legatum Nostrum ad Synodum Leopoliensem primam; eamque agnovimus libenter. Metropolitam Leopolitanum Silvestrum Sembratowicz, ob eius praeclara merita, in amplissimum S. R. E. Cardinalium Collegium adlegimus; digniores e clero privilegiis atque honoribus ditavimus. — Verumtamen maius quiddam efficere erat animus, scilicet providere ut rutheni sacri ordinis alumni in hac alma urbe ab alumnis ex natione graeca Collegii Athanasiani separarentur, eisdemque domus propria pateret, ubi Ruthenorum Collegium rite constitueretur. Id ex una parte suadebant susceptae a Nobis curae de Collegio graeco instaurando, ex altera vero utilitas ac necessitas exercendi in propria sede ritum slavicum, quem incliti Slavorum apostoli Cyrillus et Methodius invexere. — Mentem adiecimus ad Ecclesiam sanctorum Sergii et Bacchi continentesque aedes, iam ab Urbano VIII Ruthenis benigne attributas; atque eiusmodi consilium Nostrum augusto Imperatori et Regi Apostolico FRANCISCO JOSEPHO patefecimus. Deo autem adiutore et auspice, quod erat in votis feliciter auspicatum est. Enimvero piissimus Imperator, eidem consilio Nostro munificentia sua libenter obsecundans, centena millia libellarum contulit, quae ad supra dictas aedes reficiendas convenienterque in usum Collegii compa-

decrevit jam ipsorum in Urbe Collegium rite constituere.

Aedes Collegio attribuendae jam coeptae sunt restaurari; opitulante Austriae imperatore,

ipsis vero perficiendis restaurandaeque Ecclesiae providet Pontifex,

randas permagno subsidio fuere. Reliquos vero sumptus tum ad aedes ipsas Collegii perficiendas, tum etiam ad continentem Ecclesiam restituendam apteque exornandam necessarios, partim sacrum Consilium christiano nomini propagando, partim Nos ipsi, tempore licet adverso, libenter suppeditavimus.

atque Collegium erigit ad leges hic descriptas.

Quamobrem, auctoritate Nostra Apostolica, ad maiorem Dei gloriam, ad decus utilitatemque Ruthenae nationis, Collegium in hac urbe clericis Ruthenis, in spem Ecclesiae erudiendis, erigimus et constituimus, eodemque iure esse volumus, quo alia Pontificia clericorum Collegia in Urbe sunt, ad leges quae infra sequuntur.

1° De Collegii dominio et regimine.

I. Collegium in ditione et potestate sacri Consilii Fidei propagandae orientalis ritus negotiis praepositi perpetuo sit; atque iisdem regiminis et disciplinae legibus, quibus antea in Collegio Athanasiano, utatur.

2° De Cardinali Collegii Patrono.

II. Cardinalis sacri Consilii christiano nomini propagando Praefectus pro tempore existens, idem perpetuo *Patronus* Collegii sit.

3° De Collegii Praeside.

III. Curator seu Praeses Collegii esto, qui et adiutor ab actis sacri Consilii ad negotia Orientalium.

4° De gravioribus negotiis deque reddenda status Collegii ratione.

IV. Quum de gravioribus agatur Collegii negotiis, de iis ad Summum Pontificem referatur, eidemque Summo Pontifici quotannis de disciplina deque re familiari descriptio litteris consignata exhibeatur.

5° De Rectore Collegii coeterisque moderatoribus assumendis ex Societate Jesu.

V. Quum ad rectum Collegii regimen eiusque prosperitatem summopere intersit, Rectorem ceterosque moderatores constitui, qui magis idonei atque utiles bono eiusdem videantur, quumque perspecta Nobis sit singularis diligentia, qua sodales Societatis Iesu meriti optime sunt de muneribus gestis in Collegio Athanasiano, eosdem ad nutum Nostrum benevolenti animo eligimus ad officia Rectoris et moderatorum Collegii Ruthenorum explenda.

6° De S. Liturgia in Collegio tradenda.

VI. Sacerdos Ruthenae nationis, designatus a suo Archiepiscopo, a Patrono instituatur, qui in Collegii aedibus degat, quique sedulam det operam alumnis excolendis et exercendis in iis tantum, quae ad sacram Liturgiam et ad sacrorum ritus, Ruthenorum proprios, pertinent.

Sperat Pontifex optimos ex Collegio proventuros fructus,

Quum porro maxime optemus, ut Ruthenorum Collegium sacri ordinis ministros educat vitae sanctitatem et doctrinae catholicae decora in bonum Ecclesiae suae prae se ferentes, magnopere confidimus studiosae Nostrae in ipsum voluntati uberes alumnorum in virtute et disciplina progressus vicissim responsuros.

ac praesentium litterarum auctoritatem vindicat.

Denique volumus, ut hae litterae Nostrae firmae rataeque, uti sunt, ita in posterum permaneant; contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die XVIII Decembris MDCCCXCVII, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

A. Card. MACCHI.

ALLOCUTIO

Ad Patricios nobilitatis urbanae.

DE FIDELITATE IN S. SEDEM ET AMORE PATRIAE.

17 IAN. 1898.

NEL corso di questo travaglioso ventennio, a cui alludeva il signor Principe, Ci consolaste sovente della filiale pietà vostra. Rinnovandone oggi la testimonianza in questo luogo, Ci rinnovate un conforto. — In voi l'ossequio al Papa non è soltanto legge di fede religiosa, ma è pure omaggio a tradizioni e memorie che dovete aver care: è significazione di animo grato: è affermazione dell'alleanza del Pontificato con la Città che per esso ebbe nome et carattere di luogo santo: alleanza indissolubile perchè voluta in cielo. Quindi chi dalla riverenza vostra alla Sede Apostolica e alle sacre sue ragioni traesse cagione di additarvi come avversarî dell'onesto bene comune o come tiepidi amici del nome italico, sconoscerebbe il valore di sentimenti onorandi e fecondi. Ma la sofistica delle passioni politiche annebbia pur troppo le menti e confonde le idee anche da questo lato. Onde in Italia più che altrove si va gridando da molti al dì d'oggi, che chi serba fede al Pontefice la rompe colla patria. Ma a che cosa può tornar profitevole il grido bugiardo? non già alla concordia degli animi, perchè anzi è seme di maggiori divisioni e contrasti: nè agli incrementi del pubblico bene, perchè coll'impugnare l'idea religiosa ne scuote la base più salda. Chi se ne avvantaggia è l'egoismo settario dei nemici di Gesù Cristo, i quali congiurati ai danni della fede, mal comportano che le moltitudini volgano lo sguardo e le speranze al Pontefice, custode del dogma e rappresentante di Dio. Sono essi i soli che trovino lor pro a vituperare il Papato, calunniandolo; ed è sventura grande che non si comprenda ancora la nequizia de' propositi loro e gli effetti malefici che ne ridondano alla nazione, la quale non avrà

Ipsorum pietas filialis et fidelitas in S. Sedem laudatur.

Falso contenditur fidelitatem in Pontificem inimicitiam esse in patriam.

Qui ita sentiunt ducuntur egoïsmo effrenato, et mala parant patriae.

salute vera e sicura insino a che non si riscuota dagli influssi delle sètte malvagie.

Excitantur nobiles ad constantiam et praxim bonorum operum,

quia virtus christiana est clypeus in adversis.

Quanto a voi, diletti figli, la via che il Pontefice vi addita e che è la via del dovere, la conoscete: mantenetevi in essa e alle folli accuse studiatevi di rispondere principalmente colla rettitudine delle opere. Agli augurî di prosperità che Ci offrite, questo voto massimamente rendiamo in contracambio, che possiate coll'esempio vostro confermare il fatto testificato dai secoli, che la christiana virtù è il più opportuno e fidato presidio di salvezza in tempi difficili, e coloro che francamente e lealmente la praticano riescono cittadini esemplari in ogni tempo.

Come pegno dei divini favori e testimonianza del paterno animo Nostro, a voi e alle vostre famiglie impartiamo l'Apostolica benedizione.

EPISTOLA

Ad A. Pagès praesidem Consociationis sancti Vincentii a Paulo Parisiis.

DE EXTENSIONE CONSOCIATIONIS.

10 FEBR. 1898.

Pontifex profitetur suam in consociationem Vincentianam benevolentiam.

Praesidis observantiam laudat

et laetatur de incrementis societatis inter Anglos et inter operarios ipsos.

VINCENTIANAM consociationem, quippe quae natura atque legibus tota est in aerumnis miserorum levandis, quaeque inexplebilem Christi caritatem summo studio curaque imitari atque exprimere adlaborat, amantissima semper prosequuti sumus ac prosequimur voluntate. Id autem est caussae, cur lubenti animo litteras accipiamus, quibus in annos singulos observantiam erga Nos vestram denuo testatam vultis, deque incrementis refertis, quibus, Deo benignissime opitulante, coepta vestra perpetuo increscunt. Quod vero iucundius solito datam nuper epistolam perlegerimus, duo praecipue effecerunt quae Nobis maxime cordi esse perspicuum est. Enimvero amplificari inter Anglos institutum vestrum cognovimus, vosque operam conferre plurimam ad miserae plebis conditionem meliorem faciendam, operariorum coetibus ad se mutuo iuvandos constitutis. Id autem utrumque est, unde optima ominari licet : ex altero nimirum eorum, qui a Nobis dissident, animos percelli validiusque incitari ad coniunctionem maturandam ; ex altero periculum propulsari, quod propius in dies praepostera socialistarum placita civitati conflant. Gratias igitur Deo agimus quod consiliis industriisque vestris tam large obsecundet : vobis vero et promeritam tribuimus laudem et stimulos hortatione adiicimus ad ampliora prosequenda. Benevolentiae demum Nostrae testem ac munerum divinorum auspicem, Apostolicam benedictionem, tibi, dilecte fili, viris egregiis, qui tibi a consilio sunt in Vincentiana consociatione moderanda, universisque sociis peramanter in Domino impertimus.

Benedictio.

Datum Romae apud S. Petrum die X Februarii MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

LEO PP. XIII

ALLOCUTIO

Ad S. R. E. Cardinales redeunte coronationis die.

DE RELIGIONE ET ECCLESIA.

2 MARTII 1898.

Observantia quae exhibetur Pontifici Deo exhibetur

quapropter laeti excipimus signa pietatis vestrae.

Populus externa manifestatione internam pietatem demonstrat,

ideoque calumniis affectus fuit.

Sed Deus palam se praebet defensorem benevolum S. Sedis.

Le dimostrazioni di religioso ossequio al Papa sono sempre indirizzate a più alto segno che non sia la persona. Onorando il Pontefice si rende onore alla sovrumana instituzione che egli rappresenta, uni caper altezza di grado e grandezza di attributi. Per questo massimamente e non per Noi accogliemmo ognora con lieto viso i molteplici omaggi, e talora solenni, che accompagnarono questo ventennio di pontificato: e similmente per questo Ci compiacemmo delle recenti significazioni di pietà che ella accennava, signor Cardinale, e alle quali non fu che occasione la ricorrente memoria delle Nostre primizie sacerdotali. L'intento unanime delle folte schiere di devoti, raccolte il tredici Febbraio nell'attigua basilica, era quello appunto di salutare il sovrano Pastore, e confessare così la prerogativa legata da Gesu Cristo all'episcopale seggio di Roma. Nell'atto ch'ei s'inchinavano sensibilmente all'umile persona Nostra, inchinavansi colla mente alla divina idea che rende veneranda al mondo la stola pontificale. E a quegli atti di ossequio, a quelle stesse acclamazioni rispettose rispondevano da ogni parte, armonizzando, milioni di coscienze italiane. Non doveasi dunque fare oltraggio a un entusiasmo ispirato da idee e sentimenti non pure onesti e incensurabili, ma santi, e doverosi: eppure si fece e si lasciò fare. — Nè è già per caso fortuito, ma bensì per consiglio del cielo che di quei sentimenti apparisce per ogni dove riacceso il fervore. Nelle malagevoli condizioni presenti par che Iddio voglia far toccar con mano anche ai più restii, che chi difende gelosamente le sorti dell'Apostolica Sede è lui medesimo: è lui che veglia dall'alto a guardia dell'opera sua. E però va incoronando di cospicui fulgori la travagliata tiara, e a ristoro delle

patite offese serba a lei più vive le simpatie, più gagliardo l'amore delle moltitudini. Amore et simpatie che non si arrestano ai confini delle Alpi e del mare, ma si spandono per divino benefizio et si afforzano di giorno in giorno in ogni contrada del mondo civile. E ben venga questa confortatrice onda di affetto: ella scaturisce dalla rinvigorita coscienza cristiana, che protesta contro le inique oppressioni e rivendica il dritto suo di essere e mostrarsi al cospetto dell'universo animosamente e santamente libera. Ma quanto è doloroso a veder calunniate da tanti o mal comprese le aspirazioni dei cuori verso Roma, sacerdotale metropoli, depositaria dei divini oracoli, dispensatrice di salute. Perchè non accogliere, qual è, la consolante realità del fatto? In mezzo alle paurose tempeste del secolo obblioso od incredulo, è la cura rinascente della propria salute che sospinge lo sguardo delle menti alla santa città, stella polare delle anime: è il bisogno di posseder GESU CRISTO che conduce le genti al trono del suo Vicario. — La prima radice delle calamità morali e sociali dell'età nostra è riposta nell'affievolimento dei religiosi sensi. Ogni anima retta, ogni cuore sollecito della prosperità privata e comune, deve dunque benedire al presente ridestarsi degli spiriti cristiani, come a presagio e promessa di salute futura. — Comunque sia, la provvidenza del Signore non suole, come l'uomo lasciare imperfette le opere sue: ella ha iniziato il salutare movimento, ed ella medesima vorrà tosto o tardi dilatarlo e compirlo a gloria sua, a salvazione dell'umana famiglia. Questo frutto di misericordia non lo vedremo maturo Noi, prossimi come siamo al termine della Nostra giornata: ma Ci gode l'animo di antivederlo e salutarlo da lungi col desiderio e la speranza. — Con animo volonteroso e riconoscente accogliamo i degni sensi del sacro Collegio, da lei, signor Cardinale, nobilmente interpretati: e in rendimento di grazie impartiamo a lei e ai suoi venerabili colleghi con paterna dilezione la benedizione Apostolica, come pure la impartiamo ai Vescovi, ai Prelati, e quanti altri son qui a farci gradita corona.

2 MARTII 1898.

Causa calamitatum est defectus religionis;

at jam remedia divinae Providentiae spem ingerunt.

S. Collegio gratiae exhibentur et benedictio impertitur.

EPISTOLA

Ad Abbatem Cassin. D. Bonifacium Krug O.S.B.

DE TUMULO S. BENEDICTI EXORNANDO.

9 MARTII 1898.

Pontifex laudat prisca monachorum O. S. B. merita,

similia ab ipsis commodo hodie expectat,

ipsos patrocinari dignatur.

Coenobio Cassinensi attribuit 2500 nummos ad exornandum tumulum S. Patriarchae.

MONACHORUM coetus, qui nomen a Benedicto auctore unaque cum sanctissimis legibus miram, in hominum utilitatem, agendi perpetiendique vim mutuavit; is plane est, qui diuturno saeculorum spatio optime de religione veraque humanitate est meritus. Quam Nos laudum praeteritarum gloriam reputantes certumque habentes eadem, ex Benedictinorum opera, aetati nostrae commoda comparari posse, quam sunt prioribus allata; eos, peculiari caritate amplexi, antiquae amplitudini restituendos suscepimus, neque ideo patrono alio uti fruique, quam Nobis ipsis, voluimus. Quum autem veteris dignitatis memoriam repetimus, convertitur sponte animus ad Cassinense Coenobium, ubi Ordo vester maxime floruit totque insignes viri in publicae religiosaeque rei utilitatem formati sunt. Quam ob caussam decere visum est, ut qui argumentis aliis voluntatem Nostram in Benedictinos sodales, pontificia largitate, testati sumus; aliquod in Cassinensi Coenobio caritatis Nostrae monumentum exstare decerneremus. Cum igitur comperissemus eo nunc curas vestras animosque intentos ut cellam ac tumulum quae sancti Conditoris vestri exuviis honestantur, splendidiore cultu exornetis; placet in eam rem symbolam quoque Nostram conferre. Damus ergo adtribuimus XXV millia nummûm libellarum italicarum: eamque summam ad vos tradidimus perferendam dilecto Filio Nostro Francisco Satolli S. R. E. Cardinali, cuius religionem in sepulcrum Benedicti patris factis probatam non ignoramus. — Ex auctis vero sancto Conditori vestro honoribus id plane futurum confidimus, ut exempla eius ac documenta egregia in dies magis ad commune bonum apud alumnos valeant vigeantque. Idque ut cedat divinorum munerum ubertas

Pecunia defertur per Eminentum virum S. R. E. Card. Satolli.

Honor exhibitus S. Benedicto cedat in commune bonum.

faxit; quorum auspicem esse volumus Apostolicam benedictionem, quam tibi, dilecte fili, monachis Cassinatibus universoque Ordini amantissime in Domino impertimus. *9 MARTII 1898.*

Datum Romae apud S. Petrum die IX Martii MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

ALLOCUTIO

Ad S. R. E. Cardinales.

DE DEFLENDIS INJURIIS ECCLESIAE ILLATIS, ET DE CONFIRMANDA ELECTIONE PATRIARCHAE GRAECORUM MELCHITARUM.

24 MARTII 1898.

Pontifex solatium accepit ex pietate populari.

Ex adverso premitur malis: libertas S. Sedi non restituitur.

Injuriae in fidem impune renovantur;

Inter alia memoria celebrata est urbis captae sacrilege.

GRATUM quidem Nobis in summa senectute solatium anni initia praebuere: significationes animorum dicimus undique adlatas hoc tempore, quae salutariter excitata in pontificatum maximum studia auctamque pietatem popularem testantur. Verumtamen si iucunda ad cogitandum ista sunt, ac spem aliquam meliorem videntur ostendere, nostis ex adverso quam multa premant ad perpetiendum acerba. Quod enim saepius hoc ipso ex loco nominatimque sexdecim ante mensibus conquesti ad vos sumus, divino muneri officioque Nostro nihil est de libertate debita restitutum. Permanent, ut videtis, eaedem asperitates rerum, eademque circumiecta vis est incommodorum. In his deflere silentio, quam commemorare iniurias malumus haud ita pridem avitae fidei in oculis prope Nostris impune renovatas: atque his ipsis postremis diebus oblata civitati exempla pravi moris deterrima. Unum non silebimus, videlicet cum iustitia quam valde discrepet illa in commemorando captae Urbis dominatu ostentatio recens. At vero, quoscumque casus tempora invexerint, sunt plane Apostolicae Sedis iura multo sanctiora, quam ut aboleri aut mutari iniuriae diuturnitate queant.

Narrat electionem novi Patriarchae Graecorum-Melchitarum.

Muneris Nostri auctoritatem sibi potissimum hodie deposcit Ecclesia Antiochena Graecorum-Melchitarum, in viduitate scilicet anno superiore relicta ob interitum Venerabilis Fratris Gregorii Jussef Patriarchae, qui eam diu rexerat atque integre. Cum alium subrogari in demortui

locum oporteret, Episcopi graeci ritus eius rei caussâ ad Synodum convenerunt, idque mense Februario proximo in monasterium Congregationis Basilianae Alepinae Sanctissimo Salvatori dicatum in oppido Sarba, in monte Libano: latisque de more suffragiis, Patriarcham dixere Venerabilem Fratrem Petrum Geraigiry, episcopum Caesariensem Panaeensem Graecorum-Melchitarum. De negotio universo litteras subinde ad Nos dederunt episcopi suffragatores, itemque dedit Patriarcha delectus, adiecta, ut assolet, fidei catholicae professione suique in romanam apostolicam Ecclesiam obsequii testificatione: quibus eisdem litteris cum is, tum illi postulant ut electionem confirmare sacrique Pallii honorem electo tribuere apostolica auctoritate velimus. Est profecto cur arbitremur futurum ut Venerabilis Frater Petrus Geraigiry honore et munere sapienter atque e salute communi fungatur. Quamobrem tota caussâ ad cognoscendum permissa nonnullis S. R. E. Cardinalibus e sacro Consilio christianae fidei propagandae pro negotiis orientalis ritus, de eorum sententia Venerabilem Fratrem supra dictum Patriarcham confirmandum, eique Pallium, de corpore beati Petri sumptum, concedendum hodie censuimus.

24 MARTII 1898.

Postulantibus Episcopis atque ipso electo, de sententia Concilii propagandae fidei, electionem confirmat palliumque electo concedit.

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra confirmamus et approbamus electionem seu postulationem a Venerabilibus Fratribus Graeco-Melchitarum nationis episcopis factam de persona praedicti Petri Geraigiry episcopi, quem a vinculo, quo tenebatur, Ecclesiae Caesariensis Panaeensis Melchitarum absolvimus, ac transferimus ad commemoratam Patriarchalem Antiochenam Graeco-Melchitarum Ecclesiam, praeficientes ipsum in Patriarcham et Pastorem eiusdem nationis, prout in decreto et schedula consistorialibus exprimetur.

Auctoritate apostolica absolvitur electus a vinculo Ecclesiae Caesariensis et transfertur ad sedem patriarchalem Antiochenam.

In nomine Patris ✠, et Filii ✠, et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Iam de viris egregiis duobus Cardinalibus auctoritate Nostra creatis atque in pectore reservatis, id scitote utrumque naturae cessisse. Quem Nos casum, uti facile iudi-

Duo cardinales "in petto" vita functi sunt

cabitis, sane tulimus dolenter. Eis tamen si praemium virtutis caducum ereptum morte est, at mansurum confidimus divina bonitate in caelo datum.

Illud nunc restat ut de supplendo ordine episcoporum agamus.

EPISTOLA

Ad moderatorem ephemeridis " Harmoniae ".

DE UNIONE ECCLESIAE GRAECAE.

26 MARTII 1898.

Pontifex praecellentem operam ephemeridis laudat.

Scriptoribus animum addit,

ipsosque hortatur ut strenue adlaborent unioni Ecclesiae Graecae.

EPHEMERIDEM, cui ab Armonia nomen, quartum iam annum ingredi accepimus, ex quo catholicae veritati illustrandae ac vindicandae strenuam dat operam. Id tibi ceterisque, qui in ea scribenda edendaque elaborant, gratulamur ex animo ; utque alacri voluntate insistatis coeptis, pro illa qua graecorum gentem prosequimur caritate, vehementer hortamur. Nec vobis plane deerit unde civium mentes catholicae Ecclesiae Sedique Apostolicae concilietis ; commemorata nempe coniunctione quae, tot saeculorum decursu totque argumentis probata, romanam inter graecamque Ecclesiam penitus intercessit ; itemque revocata Romanorum Pontificum memoria, eorum videlicet qui, natione graeci, sapientia, sanctitate rerumque gestarum gloria quum Ecclesiae fuerunt utilitati, tum patriae ipsorum decori ornamentoque maximo. Studium igitur vestrum fortunet Deus. Nos vero, suscepti laboris praemium suscipiendique stimulum, Apostolicam benedictionem amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXVI Martii, MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

ALLOCUTIO

Ad Belgas.

DE RE RELIGIOSA ET MORALI.

23 APRILIS 1898.

Pontifex gaudet de piorum praesentia Belgarum quibus ipse prae caeteris addictus est.

C'EST pour Nous, très chers fils, une joie véritable et une douce consolation de vous voir, en ce moment, groupés si pieusement autour de Nous, et de tout cœur Nous accueillons et agréons les nobles et religieux sentiments, que vous venez de Nous exprimer. Vous arrivez d'un pays et vous appartenez à une nation, que d'anciens et intimes souvenirs Nous ont particulièrement rendus chers.

Memorat ea quae propria experientia novit laudabilia : 1) Nobilem nationis indolem,

2) invictam fidelitatem ad religionem propugnandam transmittendamque;

3) multitudinem institutionum salutarium.

Haec divinae protectionis omina fuere, pontificisque animum paternum Belgis devinxere.

Oui, Nous gardons de votre nation et de votre pays un souvenir à jamais ineffaçable. Tandis que Nous eûmes l'honneur d'y représenter le Saint-Siège en qualité de Nonce Apostolique, il Nous a été loisible d'en étudier le caractère et les dispositions, et d'en apprécier la noblesse et la générosité. Nous pûmes alors constater par Nous-même combien, malgré les vicissitudes politiques, et les luttes qu'elle a soutenues pour la cause religieuse, la foi catholique y était restée profondément enracinée dans les populations ; avec quel soin jaloux les familles continuaient à la garder et à la transmettre à la postérité, comme le trésor le plus précieux de leur patrimoine national. Nous admirâmes les multiples œuvres chrétiennes, les pieuses et solides institutions, que cette même foi y avait inspirées, et qui, sous son action féconde et bienfaisante, allaient se développant de plus en plus. Nous vîmes en tout cela une protection spéciale de la divine Providence, un gage de bénédictions célestes, de prospérité et de gloire pour votre patrie. Aussi Nous en emportâmes, en la quittant, les plus heureuses impressions et les meilleures espérances, et Nous n'avons cessé d'être au milieu de vous par le cœur et la pensée, et de suivre avec une vive sympathie et une anxieuse attention la série des événements dont la Belgique a été, depuis, le théâtre.

Élevé par une secrète disposition du ciel au souverain Pontificat, il Nous a été doux, vous ne l'ignorez pas, de profiter de toutes les occasions favorables pour répandre sur votre catholique nation les bienfaits de Notre sollicitude pastorale, et à lui prouver que le temps n'avait altéré en rien la vivacité et la tendresse de Nos sentiments. — De votre côté, Nous le savons, vous vous efforcez d'y répondre par un redoublement d'amour filial, d'esprit d'obéissance et de sincère dévoûment au Siège Apostolique ; comme aussi par une plus grande docilité et une plus entière soumission à vos évêques, dont Nous connaissons la sagesse et le zèle pour le bien de vos âmes. Cet esprit qui vous anime, vous avez trouvé à l'heure présente une occasion propice de le montrer au grand jour dans l'ordre des questions dites *sociales*, dont aujourd'hui sont si vivement agitées la France, l'Italie, l'Allemagne et presque toutes les nations civilisées. Vous avez voulu, avec l'ensemble des catholiques belges, non seulement ne pas perdre de vue, dans ces questions, les enseignements de Notre Encyclique sur la *Condition des Ouvriers*, mais vous avez cherché à les traduire dans les faits, et à vous en inspirer fidèlement dans la pratique. D'accord avec l'épiscopat et le clergé, des patrons et des industriels en grand nombre et les pouvoirs publics eux-mêmes se sont fait, en Belgique, un devoir de puiser dans cette Encyclique la solution des graves questions sociales. Par suite, on y a déjà vu se réaliser des résultats sérieux que le temps, la constance, le courage et l'union de toutes les bonnes volontés sont appelés à compléter. L'UNION FAIT LA FORCE, c'est votre devise. Restez donc étroitement unis ; restez surtout unis sur le terrain religieux, sauvegarde des intérêts civils ; et comme en ces matières une part importante en revient aux gouvernements, évitez avec soin d'ébranler, par une opposition inconsidérée, l'autorité de ceux qui sont les dépositaires du pouvoir. Que dans leurs difficultés réciproques les patrons et les ouvriers en cherchent les solutions d'un commun accord, et avec des sentiments de chrétienne bienveillance. Qu'ils respectent leurs droits mutuels, et qu'ils aient à cœur d'accomplir fidèlement

23 APRILIS 1898.

Jam ad Pontificatum evectus omni pastorali studio ipsos prosecutus est.

Nec sollicitudinis indigni fuere utpote Sedi apostolicae, propriisque episcopis obsequiosi.

De qua re testimonium dederunt in tractandis nempe rebus socialibus, pontificiis documentis non solum non neglectis sed et in praxim adductis.

Quos obtinuerunt successus consolidabuntur :

per unionem animorum in re religiosa atque civili.

per mutuam inter heros, operariosque benevolentiam et observantiam.

les devoirs et les obligations qu'ils ont les uns envers les autres.

Iterum commendat unionem, et eos laudat qui hanc viam iniere jam, speratque fore ut horum exemplum alios moveat in bonum commune pacis, prosperitatisque.

Et maintenant, très chers fils, quand vous serez de retour dans votre chère patrie, répétez à l'entour de vous les paternelles recommandations, que Nous venons de vous faire. Nous savons qu'il en est un certain nombre, qui, divisés autrefois, sont, dans ces derniers temps, entrés résolument dans cette voie d'union et de concorde, et cela avec une abnégation digne d'éloge, et sachant au besoin s'imposer des sacrifices. Que leur générosité soit à tous un exemple et un stimulant, et qu'ainsi tous les catholiques de Belgique travaillent de concert au bien général, à la paix et à l'harmonie entre toutes les classes de la société, condition essentielle du bonheur des peuples et de la prospérité des nations.

C'est en faisant monter vers le ciel ces vœux de Notre cœur et en priant le Dieu très bon de daigner les exaucer, que, comme gage de Notre particulière affection, Nous accordons à sa majesté votre Roi et à la Famille Royale, à l'Épiscopat et au Clergé, à vous tous ici présents, très chers fils, à vos parents et amis, et à la Belgique tout entière la bénédiction Apostolique.

ALLOCUTIO:

Ad Perusinos.

DE VITA RELIGIOSE INSTITUENDA.

28 APRILIS 1898.

Laetatur Pontifex ex pietate Perusinorum apud quos olim munus episcopale exercuit.

ACCOGLIAMO paternamente questa testimonianza di memore affetto, lieti di vedervi qui spontaneamente convenuti a salutare, affaticato ormai dal peso degli anni e delle apostoliche sollecitudini, l'antico vostro Vescovo. Il tenore delle sue parole, signor Cardinale, le note sembianze di non pochi fra voi, la vista di quanti siete presenti, Ci richiamano quest' oggi viva alla mente l'imagine d'altri luoghi e altri tempi. Quantunque, a dir vero, nè dalla mente, nè dal cuore Ci venne mai cancellata quella che un giorno fu Nostra Diocesi ; e anzi, in mezzo alle nuove cure, spesso godemmo e godiamo tuttavia di tornar col pensiero alle contrade del Trasimeno e rivedere in fantasia il vostro bel San Lorenzo, alla cui ombra protettrice intendeva forse la Provvidenza di erudire a più alto ministero la Nostra pochezza. Colà spendemmo, giusta le Nostre forze, l'opera degli anni migliori : con quanta copia di frutti, non sappiamo; ma se punto di bene Ci venne fatto di operare, ascrivasi all' assistenza benigna del cielo.

Forte Perusini non amplius Pontificem sunt visuri

Per gioconde però che sieno tali rimembranze, un pensiero maggiormente Ci occupa in questo punto, e nol vogliamo nascondere. Pensiamo che il vedervi in questo luogo e in si bel numero, come oggi, è un fatto che, umanamente parlando, per Noi non ha ritorno. Fate ragione che questa parola Nostra è parola di padre, che da una porzione della famiglia diletta prende congedo per sempre. Ora dunque, se in alcuna cosa meritammo di voi, se di questo giorno vi cale di ritrarre un ricordo effettivamente proficuo, scolpitevi bene nell' animo una verità, che esperienza e buon zelo Ci suggeriscono di rammemorarvi : una verità di fatto, conosciutissima, volgare anche, se volete, ma di capitale importanza, e ciò non ostante troppo spesso posta praticamente

Vita brevis est ejusque valor in ordine ad salutem reponitur.

in obblio. La vita è breve: credetelo a chi ne ha raggiunto per bontà divina il massimo termine. La vita è breve più che non si pensi: e il valore suo vero consiste nel bene usarla in ordine alla salvazione eterna. Ecco, diletti figli, l'ammonimento che a guida e norma della vostra conversazione terrestre vi lasciamo. Accoglietelo con volontà sincera, e ponderatelo spesso con quella maturità di riflessione che ognuno deve recare nel gran negozio della propria salvezza. Che non v' illuda la scena fugace di questo mondo: che gli allettamenti suoi non vi traggano mai a trappassare il segno, a prevaricare la legge santa di Dio. Purtroppo l'umana virtù è fiacca, e gl' incentivi al male gagliardi: ma dove la inferma virtù non può da sè, viene in soccorso la grazia del Signore, sol che da lui debitamente si chiami. Al qual proposito, di buona speranza Ci riempie, per rispetto a voi, il patrocinio della celeste Regina che Perugia suole particolarmente invocare coll' auspicata appellazione di *Madonna delle Grazie*. Ci pare encor di vedere là in grembo alla Colonna il venerando simulacro e innanzi ad esso la folla in atto pio. Vi sia dunque raccomandato di mantenere schietta e vivace la sacra fiamma, tramandatavi dai padri e dagli avi, della divozione alla gran Vergine. Fontana di speranza, rivolgetevi a lei, che in alto il cuore vi aderga dalle cose terrene: ispiratrice del buon volere, chiedetele spirito docile ai divini precetti, costanza nel desiderio del bene: madre del casto amore, supplicatela che sempre intemerata custodisca in voi la purezza del costume, fulgida corona di tutte le onestà, alimento di tutti gli affetti gentili, di tutte le opere magnanime.

Mundus non vos seducat; victoria vestra est in gratia Dei rite expostulatâ.

Spem confert patrocinium Matris gratiarum.

A qua, si fideles manseritis, percipietis fructus salutis.

La grazia di Dio onnipotente scenda copiosa sulle anime vostre e le illumini e le conforti e le governi ora e sempre secondo il beneplacito della sua santa volontà. Ve ne sia pegno l'Apostolica benedizione, che a voi e alle vostre famiglie, alla cità, e alla diocesi, che rappresentate, di gran cuore impartiamo.

Benedictio.

EPISTOLA

Ad Cardinalem Ferrari, Archiepiscopum Milanensem.

DE SEDITIONE IN CIVITATE EXORTA.

22 MAII 1898.

NON poteva l'animo Nostro non commuoversi grandemente nell' apprendere i gravi tumulti avvenuti in varie regioni d'Italia, e i gravissimi, onde venne nei trascorsi giorni funestata Milano. Lugubre al Nostro pensiero si presentava tale spettacolo di sovversivi attentati e di spargimento di sangue cittadino, non meno pel male che rivelava che per quello che presagiva. Nè poteva, invero, il reo seme da lungo tempo sparso impunemente nella penisola con tanto pervertimento d'idee, con tanta corruzione di costumi e non minore danno della religione, non rendere amari frutti. Perciò era da attendersi che l'eloquenza dei fatti facesse rinsavire coloro, i quali, dopo avere osteggiato la salutare efficacia della Chiesa ed allontanato Dio dalla società, toccavano or ora con mano le rovine dell' opera demolitrice proseguita con tanto studio. Scorgiamo invece, non senza dolore, come essi, giovandosi del presente momento, dànno sfogo alle più malevole insinuazioni, traducendo quasi rei delle riprovevoli sommosse onesti cittadini, presi di mira sol perchè devoti alla Chiesa e all' Apostolica Sede, ignorando, o fingendo d'ignorare, che le sommosse popolari non è la Chiesa che le insegna, nè i cattolici che le promuovono; ma ch' è d'uopo cercarne altrove gli autori ed i complici. — In sì critici momenti, Noi avremmo desiderato che ella, Signor Cardinale, si fosse potuto trovare nella sua diletta Milano, conciliatore di pace ed apportatore di conforto; il togliere però motivo da questo fatto, che senza malevole prevenzioni sarebbe stato forse meno osservato, per lanciare sul capo dell' unto del Signore un torrente d'ingiurie, e trascinare tra mille vituperî un membro del Sacro Collegio, che

Tristatur Pontifex de seditionibus ex perversione mentium et voluntatum oriundis;

Ecclesiae hostes insipienter insinuant cives S. Sedi devotos seditionem provocasse.

Falso incriminatur absentia cardinalis;

è con particolare vincolo congiunto a Noi et alla Sede Apostolica, come da parecchi giorni con manifesta cospirazione settaria si vien vacendo, è oltraggio che se contrista Noi grandemente, non può non recare sdegno ad ogni animo cristianamente civile. Siamo persuasi che non è tanto la persona di lei, che ha dato in ogni occasione nobile esempio di carità pastorale, a cui sono rivolte le ire; quante il principio rappresentato da lei, cioè di tenere, sulle orme dei santi Ambrogio e Carlo, intimamente unito a questa Cattedra Apostolica il gregge affidatole. Peraltro non comprendiamo a qual bene possa condurre cotanto infierire contro l'autorità di un vescovo, quando si sente scossa con eccessi di violenza la stessa autorità sociale. — Se tale scatenamento di passioni, frutto della prevalenza settaria, non può non essere per Noi cagione di vivo rammarico, Ci è tornato a conforto l'apprendere le testimonianze di devozione e di stima a lei spontaneamente offerte, in risarcimento delle patite ingiurie, da cotesto Capitolo metropolitano e Clero addetto alla cura delle anime nella città e nel suburbio. Amiamo anche sperare che il laicato cattolico milanese, di cui lodammo più volte la energia e costanza di propositi e l'attaccamento alla Chiesa, non si lasci punto scorraggiare, anzi più unito nell' ossequio e nell' affetto al suo pastore perseveri saldo nei principî religiosi, in cui precipuamente è riposta la salvezza stessa della patria.

sed observantia erga S. Sedem potius quam persona calumniatur.

Laetatur Pontifex de obsequio cardinali exhibito a capitulo, clero, populoque.

Non ha molto Ci siamo consolati delle splendide dimostrazioni di fede e pietà, date dai Milanesi, nel decimoquinto centenario del loro santissimo Protettore. Ed ora Ci è grato rinnovare ad essi ed al loro pastore i sensi della Nostra speciale benevolenza.

Benedictio.

A tale uopo impartiamo con tutta l'effusione del Nostro paterno affetto a lei, Signor Cardinale, al Clero ed al popolo affidato alle sue pastorali cure l'Apostolica benedizione.

Dal Vaticano, 22 Maggio 1898.

LEO PP. XIII.

LITTERAE APOSTOLICAE

DE ERECTIONE ARCHISODALITATIS

SUB PATROCINIO

B. M. V. IN CAELUM ASSUMPTAE.

25 MAII 1898.

CUM, divini Pastoris auspicio et numine, magni momenti illam aggressi fuerimus operam, quae eo contendit, ut dissidentes Orientalium christianorum greges ad catholici ovilis unitatem reducantur; iucundo quidem accepimus animo has Nostras curas Apostolicas illic uberes iam fructus edidisse. Magnopere igitur laetamur Augustinianos ab Assumptione catholicae fidei studio vehementer incensos atque huic beati Petri Sedi devinctissimos, non satis habentes tum veteribus tum novis pietatis argumentis obsequium erga Romanam Cathedram in Occidente fovere, pro viribus etiam adlaborare, ut operibus a Sancta Sede sibi praestitutis nobilissimam huiusmodi metam vel in Oriente pertingant. Quapropter eos iam de Latinis atque Orientalibus, praesertim in Bulgaria et in Turcarum Imperio meritos, pari ac pro egregie factis in Palaestinae regimine laude prosequimur, utpote qui epistola Nostra *Adnitentibus Nobis* permoti, sive in urbe Constantinopoli, sive in Asia minore templis, non minus quam institutis, seminariis, scholis, studiis ac zelo animarum eximia in rem catholicam contulerint beneficia. Neque dissimili laude Nostra dignae videntur sacrae Virgines eiusdem Societatis, Sorores scilicet Oblatae ab Assumptione nuncupatae, quae multiplici caritatis industria eorumdem populorum animos sibi devinciunt, atque haud parvo sunt subsidio Missionibus eorumdem religiosorum, qui curam illarum Oblatarum per eas regiones habent. Quae cum ita sint, memoratis Augustinianis ab Assumptione, de divina gloria tam sollicitis, spiritualem sive Latinorum sive Graecorum

Pontifex gaudet de fructu curae suae apostolicae.

Laudat Augustinianos ab Assumptione, qui non tantum in Occidente sed et in Oriente Ecclesiae zelo zelantur.

Hujus zeli specimina exhibentur.

Pari laude dignae sunt Oblatae ab Assumptione.

Auctoritate aposto-

lica confirmatur spiritualis Augustinianorum administratio olim concessa

administrationem iam eis pro sedibus concessam, quas ad Stambul in urbe Constantinopoli et ex adverso ad Kadi Keni in Chalcedone, et in reliqua Asia minore nec non Gallipoli possident aut sunt possessuri, praesentium tenore auctoritate Apostolica Nostra confirmamus, simulque adiicimus, ut eamdem spiritualem administrationem pro Latinis ac fidelibus Graeco-Slavonici ritus in cunctis Bulgariae sedibus, ubi hoc pro Latinis munere funguntur, libere liciteque exercere, ac sollemnia officia quoque seorsum ritu apte ac decore agere queant. Cum vero ad caelestem opem in tanto christianae unitatis negotio implorandam pia Sodalitas sub patrocinio B. M. V. in caelos assumptae ab illo sacerdote, pietate ac doctrina insigni, animarumque salutis studiosissimo, Emmanuele d'Alzon eiusdem Augustinianorum ab Assumptione Congregationis Legifero Patre quinque et viginti abhinc annis erecta sit, et ab eius successore Francisco Picard, in quo eiusdem viri spiritus integer viget, maiore in dies cum gratia augeatur, Nos huiusmodi Consociationem, quae Sodales non modo inter Latinos sed inter Orientales quoque variorum rituum excipit, eosque ad Ecclesiae unitatem precibus operibusque multimodis provehendam etiam atque etiam adhortatur, adeo ut christianos ipsos dissidentes at precandum cum eadem intentione excitet, veluti iam peculiari benevolentia pluries complexi sumus, ita nunc novis honoribus ac privilegiis libenter decoramus. Idque eo propensius facimus, quod cum Nostra permagni referat, ut ea Sodalitas longe lateque propagetur, fideles quotquot sunt, quibus catholicus honor maxime est curae, impense in Domino ut in eamdem Sodalitatem sua dent nomina cohortari volumus, et Consociationem ipsam de necessitate monere humiles multasque omnipotenti Deo, praesertim in augustissimo Eucharistiae Sacramento latenti, preces effundendi ac Deiparam Virginem exorandi, quibus fiat ut omnes Orientis dissidentes ad Romanum Pontificem quamprimum revertantur. Quare universos et singulos, quibus hae Nostrae litterae favent, a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis,

et ad novas regiones extenditur.

Pia sodalitas, sub patrocinio B. M. V. in coelos assumptae erecta, in dies aucta et de Ecclesiae unitate bene merita, novis privilegiis decoratur.

Omnes fideles excitantur ut dictae sodalitati nomina dent, orentque ut dissidentes orientales ad R. Pontificem redeant.

Sodalitas in Archisodalitatem Primam

25 MAII 1898.

censuris et poenis, si quas forte incurrerint, huius tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, hisce litteris, praedictam Sodalitatem precum et piorum operum pro reditu ecclesiarum dissidentium ad catholicam unitatem sub titulo B. M. V. in caelum assumptae in Archisodalitatem Primam-Primariam auctoritate Nostra cum solitis privilegiis perpetuum in modum erigimus et constituimus, eiusque sedem in Ecclesia et aedibus Seminarii Augustinianorum ab Assumptione sub titulo Anastasiae Bizantii collocamus, certa spe freti, ut ex hoc Orientis centro quasi a copiosissima fonte aliae multae eiusdem instituti Sodalitates tamquam rivuli deriventur. Archisodalitatis autem leges seu statuta, quae octo capitibus comprehenduntur, pari auctoritate Nostra adprobamus, eamque in fide et tutela ponimus imprimis magnae Genitricis Dei; deinde caelestes ei Patronos advocamus s. Michaelem, ss. Apostolos Petrum et Paulum, ac sanctos Orientis Protectores, nominatim s. Andream, s. Ioannem Chrysostomum, s. Basilium, s. Gregorium Nazianzenum, et ss. Cyrillum ac Methodium Slavoniae Apostolos, quorum memoriam cultumque iam inde ab anno MDCCCLXXX amplificavimus. Apostolica auctoritate Nostra, tenore praesentium, sacerdoti dilecto filio Francisco Picard hodierno Congregationis ab Assumptione nuncupatae Praeposito Generali suisque in hoc honoris atque auctoritatis gradu successoribus Archisodalitatis Praesidibus, Curionibus ac Sodalibus ab eodem delegandis, praesentibus et futuris, ut ipsi alias Sodalitates eiusdem nominis atque instituti, ubique locorum domus et ecclesiae Congregationis adsint, erigere, aut ubique terrarum iam existentes, servatis tamen forma Constitutionis Clementis Papae VIII decessoris Nostri aliisque Apostolicis ordinationibus super hoc editis ad Archiconfraternitatem supra dictam aggregare, illisque omnes et singulas indulgentias Archisodalitati concessas aliisque communicabiles communicare possint ac valeant, eadem auctoritate Nostra item perpetuo concedimus ac largimur. Indulgentiarum autem modum hunc constituimus: Indulgentiam plenariam consequendi, ser-

Primariam erigitur.

Archisodalitatis Sedes constituitur Ecclesia Seminarii Augustinianorum Bizantii;

Statuta approbantur; tutrix assignatur B. M. V., patroni advocantur.

Francisco Picard praeposito generali successoribusque conceditur facultas sodalitates novas erigendi, existentesque aggregandi.

Elenchus indulgentiarum.

vatis servandis, ius esto Sodalibus: I. Die aditus ad Archisodalitatem; II. In articulo mortis; III. In festivitate Assumptionis B. M. V.; IV. In festo Beatae Mariae Virginis Perdolentis, quod feria sexta intra hebdomadam Passionis celebratur; V. In festivitate Exaltationis SSmae Crucis; VI. In diebus festis s. Andreae, s. Ioannis Chrysostomi, ac ss. Cyrilli et Methodii. Partialem vero Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum Sodalibus, servatis pariter servandis, concedimus festivitatibus Immaculatae Conceptionis, Praesentationis, Annuntiationis, Visitationis, ac Purificationis B. M. V., nec non diebus festis s. Michaelis, s. Ioannis Baptistae, cuiusque Apostolorum, s. Basilii, s. Gregorii Nazianzeni, s. Augustini, s. Athanasii ac s. Stephani; item tercentum dierum die hebdomadalis vel menstruae Concionis, de qua in articulo octavo statutorum sive legum; et centum denique dierum pro quolibet opere bono, quod sive mortificationem aliquam offerendo, sive praesidia aut eleemosynam persolvendo ex Consociationis praescripto Sodales exercuerint.

Easdem Indulgentias lucrari possunt Uniates Graeci vel Slavi.

Ut vero Uniates Graeci vel Slavi ceterique omnes iisdem gratiis spiritualibus fruantur, Apostolica auctoritate Nostra largimur, ut hi aeque ac Sodales latini praedictas indulgentias lucrari queant, si pares preces in suo quisque ritu vel liturgia recitaverit, ubi huiusmodi preces, sicut Oratio Dominica, Angelica Salutatio, ac minor Doxologia existant.

Indulgentiae applicabiles sunt animis purgantibus.

Liceat autem Sodalibus, si velint, his omnibus et singulis indulgentiis tum plenariis tum partialibus labes poenasque defunctorum expiare.

Auctoritas praesentium litterarum firmatur.

Decernentes has Nostras litteras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et spectare poterit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque speciali licet atque individua mentione et dero-

gatione dignis in contrarium facientibus quibuscumque. *25 MAII 1898.*
Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die XXV Maii MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

A. CARD. MACCHI.

LITTERAE APOSTOLICAE

DE ERIGENDA ARCHISODALITATE PRO DEFUNCTIS IN CIVITATE CLUNIACENSI.

25 MAII 1898.

Solemnis est dies, quia occurrit 900mum anniversarium institutionis commemorationis O. F. defunctorum a S. Odilone factae.

Haec devotio, caritate plena, nititur in S. Scriptura et probatur ab Ecclesia.

Dioecesi Augustodunensi prae caeteris competit jus horum solemnium memoriam recolendi.

Privilegia a Cardinali Perraud expostulata conceduntur et archisodalitas erigitur.

DIES secunda mensis Novembris sacra Commemorationi christianorum vita functorum, quos purgatorius ignis sideribus inserendos emundat singularem prorsus habet hoc anno ad pietatem commendationem. Saeculum enim eo die feliciter clauditur nonum, ex quo S. Odilo, Abbas Cluniacensis, divino afflante Spiritu, edixit monachis suis, ut adquiescentibus fratribus vitaeque admissa expiantibus pia supplicatione caelestia gaudia maturarent. Quaequidem salutaris atque optima pietatis consuetudo cum mire conveniat caritati christanae planeque consentanea sit illi Machabaeorum: *Sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis solvantur*, Ecclesia Dei non modo probavit, sed libenter amplexa est, interque christianos totius orbis catholici voluit esse communem. Quapropter saecularia ista sollemnia non dubitamus quin militanti in Ecclesia, quae fraterno foedere cum purganti coniungitur, pie sancteque recolantur: sed iure quodam suo peraget ea certe dioecesis Augustodunensis, quae sancti viri nobilitata olim praesentia, retinet adhuc extantes ruinas, quasi reliquias, monasterii, quod numero, industria, sanctitate quondam floruit monachorum. Propterea haud mirum est si dilectus Filius Noster Adolphus Ludovicus Albertus S. R. E. Cardinalis Perraud ex dispensatione Apostolica Episcopus Augustodunensis supplices Nobis preces adhibuerit, ut in tanti faustitate eventus sibi et populo suae fidei commisso aliquod ne graveremur Apostolicae benevolentiae atque auctoritatis Nostrae pignus impertire, quod spirituali omnium saluti bonoque aeterno animorum beneverteret. Nos benigne optimis eiusdem Antistitis precibus optatisque obsecundare volentes, et adducti spe bona futurum ut ex mortuorum recordatione

25 MAII 1898.

vivi ad novissimorum meditationem et ad christiana officia magis excitentur, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, Apostolica auctoritate Nostra praesentium tenore in ecclesia parochiali Deo sacra in honorem Beatae Mariae Virginis civitatis Cluniacensis Archisodalitatem cum privilegiis atque indulgentiis omnibus, quibus utitur fruitur Archiconfraternitas Orationis et Mortis in hac Alma Urbe existens, erigimus perpetuum in modum atque instituimus. Huius autem Archisodalitatis Statuta,quae ad Nos probanda sunt perlata,Apostolica auctoritate ratahabemus et confirmamus, valde collaudantes eiusdem propositum quod sibi suscepit,movendi nempe studium populi christiani ad preces bonaque opera pro animabus defunctorum, quarum sordes a terrestrilimo inhaerentes per flammas expiatrices purgantur. Archisodalitatis autem a Nobis sic erectae Praesidibus et Sodalibus praesentibus et futuris ut ipsi alias quascumque Sodalitates eiusdem nominis atque instituti in tota Gallia eiusque Coloniis, servatis tamen forma Constitutionis Clementis VIII decessoris Nostri aliisque Apostolicis Ordinationibus desuper editis, aggregare,illisque omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes ipsi archisodalitati concessas et aliis communicabiles communicare licite possint et valeant, eadem auctoritate Nostra his ipsis litteris concedimus, largimur. Praeterea omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus vere poenitentibus et confessis ac sancta Communione refectis, qui a die postrema mensis Octobris ad diem nonam mensis Novembris inclusive, et die festo sancti Odilonis ecclesiam supra dictam vel ecclesiam parochialem sancti Marcelli devote visitaverint, ibique pro christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione peccatorum conversione, ac sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die praefatorum ex cuiusque fidelium arbitrio eligendo id egerint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem, quam etiam animabus christifidelium, quae Deo in caritate coniunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii

Facultas datur aggregandi in tota Gallia ejusque coloniis alias sodalitates ejusdem nominis, ipsisque privilegia communicandi.

Indulgentiae conceduntur pro hoc anno tantum.

Facultates tribuuntur confessariis.

applicare possint, hoc anno tantum concedimus. Ut vero fideles facilius participes facti sint caelestium munerum, Confessariis omnibus legitime probatis et ab Ordinario designatis facultates eas omnes impertimus, quae numerantur in Constitutione Nostra die XV Februarii MDCCCLXXIX data, cuius prima verba *Pontifices Maximi*, iis omnibus exceptis, quae in eadem Constitutione excipiuntur. Sacerdotibus vero eadem die commemorationis defunctorum hoc anno tantum facultatem facimus, ut secundam Missam pro defunctis, dummodo tamen in prima ablutionem non sumpserint, et reliquae conditiones in sacris ritibus servandae serventur in dictis duabus ecclesiis parochialibus celebrare, et durante Iubilaei tempore etiam Sacrum solemne pro defunctis etiamsi occurrant festa duplicia peragere licite possint et valeant. Haec omnia concedimus, decernentes has Nostras litteras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et spectare poterit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Hoc anno, statuta die, licet in Ecclesiis parochiali et B. M. V., secundam missam pro defunctis celebrare— et toto tempore jubilaei in festis duplicibus solemnem missam de 'Requiem' cantare.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die XXV Maii MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

A. CARD. MACCHI.

EPISTOLA

Ad Archiepiscopum Taurinensem.

DE VENERANDA SANCTA CHRISTI SINDONE.

13 IUNII 1898.

QUAE nuper per Italiam omnem publicae pacis osores miscuerunt ac turbaverunt, iis Nos gravissime perculsi sumus, non modo quod civium securitatem tollerent, verum etiam quod inde occasio temere quaesita sit adversus religionem sanctissimam hostilius agendi. Haec tamen inter, litteras a te Venerabilique Fratre Archiepiscopo Vercellensium accepimus solatii plenas, quibus significabatis qua frequentia catholici homines convenerint undique ad sacrosanctam Christi Sindonem venerandam, quamque ardenti studio multiplicique testimonio fidem vigentem animis publice adseruerint. Enimvero ex hisce fidei ac pietatis argumentis spes inditur bona, Deum indulgentissimum meliora Italiae gentibus daturum. Frustra etenim servandae concordiae adlaboratur religione posthabita, sine qua ius fasque omne deleri oportet. Huc sane pertinent hortationes Nostrae; idque ut alte animis insideat patriae caritate adacti, assidua instantique prece a Deo ipso contendimus. Tibi interea ac Vercellensium Antistiti benevolentiam Nostram testati, Apostolicam benedictionem, auspicem divinorum munerum, amantissime impertimus.

Pontifex haud mediocre solatium accepit ex ipsius et archiepiscopi Vercellensium litteris.

Ex veneratione S. Christi Sindonis meliora tempora pro Italia sperat.

Benedictio.

Datum Romae apud S. Petrum die XIII Iunii MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

LITTERAE APOSTOLICAE

DE INDULGENTIIS ET PRIVILEGIIS

OBLATIS SÆCULARIBUS O.S.B. CONCESSIS.

17 IUNII 1898.

Pontifex, post testatam suam in meritissimum Ordinem S. Benedicti sollicitudinem,

annuit precibus Primatis ejusdem, D. Hildebrandi de Hemptinne, O.S.B. et privilegia quibusdam congregationibus propria ad universum ordinem extendit.

QUUM Nobis in sublimi Principis Apostolorum Cathedra, nullis quidem meritis Nostris, divinitus collocatis nihil antiquius unquam atque mage gratum fuerit, quam ut inclitus Ordo Patriarchae Benedicti tot tantisque nominibus optime de re sacra et publica meritus ad pristinum decus et amplitudinem rediret; quae in illius bonum et incrementum cessura Nobis visa sunt, ea libenti quidem animo praestare maturavimus. Iam vero cum dilectus filius Wildebrandus de Hemptinne, Abbas sancti Anselmi et Primas Ordinis sancti Benedicti, huius paternae Nostrae sollicitudinis memor, Nos enixis precibus flagitaverit, ut omnes indulgentias, gratias et privilegia, Oblatis saecularibus quarumdam Congregationum et praesertim Congregationis Cassinensis a primaeva Observantia dictae concessa, ad omnes Congregationes Confoederationis Benedictinorum Atratorum benigne extendere dignaremur, Nos maxime opportunum simulque rationi consentaneum fore censentes, ut qui inter se sunt verae fraternaeque Confoederationis vinculo uniti, iisdem possint privilegiis uti frui, votis huiusmodi annuendum existimavimus. Et sane quum nuperrime per Nos statutum sit, ut nemo in posterum et Oblatorum Benedictinorum Associationi et Tertio Ordini sancti Francisci eodem tempore nomen dare possit, congruum quidem videtur, ut Oblatis totius Ordinis Benedictini peculiares quaedam indulgentiae tribuantur, ne dum Tertiarii sunt spiritualibus privilegiis cumulati, prorsus vacui ac destituti similibus gratiis monastici Ordinis Oblati evadant. Quae cum ita sint, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus et singulis fidelibus saecularibus, qui nunc et in posterum cuilibet

Ratio cur indulgentiae associationi oblatorum O.S.B. tribuantur.

Ælenchus earumdem: A. Indulgentia plenaria :

Congregationi Oblatorum Ordinis sancti Benedicti nomen suum dederint, si die quo prima vice habitum vel scapulare Oblatorum proprium induant, ac die sollemnis Oblationis sive Professionis vere poenitentes et confessi SSmum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, Plenariam, ac tam inscriptis quam in posterum inscribendis fidelibus in quamcumque Oblatorum Ordinis Benedictini Congregationem qui praecipua festivitate Oblatorum, nempe die festo Praesentationis Virginis Deiparae mensis Novembris vicesimo primo, die festo sancti Henrici caelestis eorumdem Oblatorum Patroni nempe decimo quinto mensis Iulii, die festo sanctae Franciscae Romanae pariter ipsorum Oblatorum Patronae videlicet nono mensis Martii, nec non quatuor aliis per annum diebus ad uniuscuiusque ex Oblatis lubitum semel tantum eligendis, a primis vesperis usque ad occasum solis dierum huiusmodi, quamlibet Ecclesiam sive publicum Oratorium ubique terrarum existens singulis annis devote visitaverint, ibique pro christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione, ac sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderit, quo ex iis die id praestiterint, etiam Plenariam; tandem si die festo patroni et titularis Ecclesiae Monasterii, cui inscripti sunt tamquam Oblati, et in Monasteriis ubi existunt plures patroni et titulares, si quolibet ex iis festis diebus item vere poenitentes, confessi, et sacra Synaxi muniti propriam respectivi Monasterii Ecclesiam a primis vesperis usque ad occasum solis dierum huiusmodi singulis similiter annis visitaverint, ibique preces, ut superius est dictum, effuderint, quo praefatorum die id egerint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praeterea elargimur eisdem Oblatis saecularibus totius Ordinis sancti Benedicti veniam, ex qua duobus tantum per annum diebus semel statuendis una simul coadunati in qualibet terrarum orbis Ecclesia sive publico Sacello, in quo iuxta respectivae Congregationis statuta soleant convenire, vere poenitentes et confessi ac sancta Communione refecti a respectivo Moderatore cum Crucifixo et unico Crucis

1) *diebus receptionis ad habitum et ad professionem dummodo recipiantur sacramenta Poenitentiae et Eucharistiae.*

2) *Deinde quotannis, servatis conditionibus consuetis:*

a) *in triplici Oblatorum festivitate praecipua;*

b) *nec non quatuor aliis per annum diebus semel pro semper electis;*

c) *die festa Patroni vel Patronorum monasterii adscriptionis, ea tamen adjecta conditione ut visitetur Ecclesia monasterii.*

B. *Benedictio cum Indulgentia plenaria accipi potest:*

1) *bis in anno, diebus semel constitutis,*

a moderatore associationis in loco solito conventus.

signo, servatisque servandis, Nostro et Romani Pontificis pro tempore existentis nomine et auctoritate Plenaria cum adnexa indulgentia Benedictionem recipere queant, adhibita formula iam statuta a fel. rec. Benedicto PP. XIV litteris Encyclicis quae incipiunt *Exemplis Praedecessorum*, et hac iugiter firma remanente lege, nimirum, ut haec Benedictio neque eodem die neque in eodem loco impertiatur, ubi eam impertiat Episcopus. Et facultatem similiter facimus, ex qua ipsi totius Ordinis Benedictini saeculares Oblati sive ut supra congregati a respectivae congregationis Moderatore, sive etiam singuli privatim a proprio Confessario in actu confessionis accipere valeant generalem absolutionem, uti vocant, seu benedictionem cum adnexa Plenaria indulgentia diebus festis ut infra, videlicet, Conceptionis et Purificationis B. M. V. I.,feria sexta post octavam sollemnitatis Sanctissimi Corporis Christi, die festo Exaltationis Sanctissimae Crucis, sancti Iosephi Deiparae Virginis Sponsi, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, Nativitatis sancti Ioannis Baptistae, et omnium sanctorum Monachorum festis diebus, adhibita tamen iugiter formula pro Tertiariis saecularibus praescripta per litteras Apostolicas, quae incipiunt: *Quo universi.* Insuper iisdem Oblatis nunc et in posterum in unaquaque Ordinis Benedictini Congregatione existentibus in cuiuslibet eorum mortis articulo, si vere poenitentes et confessi ac sancta Communione refecti, vel, quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomen Iesu ore, si potuerint, sin minus, corde devote invocaverint, et mortem tamquam peccati stipendium de manu Domini patienti animo susceperint, Plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus: sed praecipimus, ut in huiusmodi benedictione in mortis articulo a quocumque Sacerdote sive saeculari sive regulari impertienda iisdem Oblatis servetur ritus et formula a Constitutione Benedicti PP. XIV rec. mem. praedecessoris Nostri praescripta, quae incipit *Pia Mater*, addito tamen ad *Confiteor* nomine proprii Fundatoris sancti Benedicti, iisque adimpletis piis operibus, quae ad Plenariam indulgentiam ac-

2) *In octo diebus festis, a moderatore si congregatio habeatur, a confessario si privatim fiat.*

3) *In articulo mortis, ritu solito, sed cum addito ad Confiteor nomine S. Benedicti.*

quirendam ab eadem dicti Pontificis Constitutione praescribuntur. Insuper dictis Oblatis saecularibus totius Ordinis sancti Benedicti quoties corde saltem contriti pro defunctis Oblatis sancti Benedicti sacrosanctum Missae sacrificium audierint, vel celebrandum curaverint, vel funeri alicuius Oblati intererint, vel menstruo Oblatorum conventui adsint, septem annos totidemque quadragenas de iniunctis eis seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Quas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes etiam animabus christifidelium, quae Deo in caritate coniunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari possi elargimur. Porro de Apostolica Nostra auctoritate vi praesentium indulgemus, ut dicti Oblati saeculares totius Ordinis sancti Benedicti in locis degentes, ubi Ordinis Ecclesiae non existant, indulgentias concessas fidelibus, qui dictas Ecclesias festis per annum quibusdam diebus rite visitaverint, servatis servandis lucrari queant, quolibet alio publico templo visitato iisdem illis diebus; simulque ut legitime impediti quominus ad sacram Synaxim accedant, vel Ecclesias Ordinis visitent designatis anni diebus, indulgentias omnes supra dictas et absolutiones etiam generales et quaslibet alias iisdem Oblatis concessas indulgentias lucrari valeant Dominicis immediate respective sequentibus, dummodo reliqua quae iniuncta sunt pietatis opera rite in Domino praestiterint. Tandem ut dictis Oblatis saecularibus Ordinis sancti Benedicti ubique terrarum existentibus facilior per Nos ad assequendas indulgentias muniatur via, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, vi praesentium, concedimus, ut hora integra Orationis mutetur in horam dimidiam, cum sit conditio sine qua Oblati indulgentias lucrari non possint; ut praedictae obligationi intra Missae sacrificium satisfacere valeant; ut pii fideles Oblati saeculares, quandoquidem id habeant in votis, habitu nigro, scapulari, et cingulo induti pro sua pietate sepeliri possint; denique fas esto Abbatibus regiminis omnibus Ordinis sancti Benedicti aggregandi, eamque veniam servatis servandis

17 IUNII 1898.

C. *Indulgentiae partiales enumerantur.*

Omnes et singulae indulgentiae applicari possunt animabus purgantibus. Ubi Ordinis S. B. ecclesiae non existunt sufficit visitare oratorium publicum quodlibet.

Impediti quoad communionem vel Ecclesiae visitationem favores consequi valent dominicis immediate sequentibus.

Hora menstruae adorationis integra mutatur in dimidiam quae intra missae sacrificium peragi potest.

Oblati pro sepultura, habitu nigro, scapulari et cin-

gulo indui possunt.

Omnibus abbatibus O. S. B. conceditur venia aggregandi sive per se sive per saeculares ad hoc delegatos.

aliis Presbyteris etiam saecularibus delegandi. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut praesentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem porsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die XVII Iunii MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

A. CARD. MACCHI.

EPISTOLA

Ad Patriarcham Græcorum Melchitarum.

DE UNIONE ECCLESIARUM ORIENTALIUM PROMOVENDA.

I IULII 1898.

ITERATO devotionis officio, vix dum Graecorum Melchitarum Patriarchatu suscepto, quem suffragiis Episcoporum delatum Nos ultro confirmavimus, placuit ad Nos alteras dare litteras, grati et obsequentis animi testes. In quibus, cum caritatis sensa, tum multo pluris studium aestimavimus, quo, veterum sanctorumque Doctorum, non latinae modo sed graecae etiam Ecclesiae vestigia sequutus, ad catholicam legem, primatum, honoris pariter atque iurisdictionis, beati Petri, eiusque in Romana Cathedra successorum, ipsorumque in fidei morumque caussis inerrans iudicium adseris ac profiteris. *Vox ista, vox vitae est.* Quam utinam exaudiant orientales omnes Ecclesiae, quae diuturno a Nobis dissidio seiunctae sunt, et ad Pastorem unicum adducantur, quem Christus ipse suis regendis ovibus praeposuit. Opportune tu quidem ardorem industriasque Nostras commemoras, quibus huic coniunctionis operi iam annos plures adlaboramus. Quas etsi industrias non ii quidem fructus ad hunc diem sequuti sunt, quos spe animoque praecipiebamus ; at ratum tamen est coeptis insistere eaque omni subsidio urgere. Gratulamur autem cummaxime, Venerabilis Frater, tibi hoc propositum in primis esse, nihil non moliri in hac caussa et laborem omnem insumere ut, qui dissident, ad unitatem requirendam incitentur. Te Romam proxime cogitare, ut Nobis beatoque Petro observantiam coram profitearis, libenter agnovimus et gaudemus. Venientem vero apostolica caritate complectemur; nec consiliis solum et hortationibus, sed ope etiam (de quo iam cum Delegato Nostro egimus) iuvabimus. Tibi interea cunctisque fidelibus, quorum regimen demandatum habes, Apostolicam bene-

Laudatur Patriarcha propter obsequentes Litteras R° P^i datas, praesertim quia in ipsis adserit R^i P^is primatum et infallibilitatem.

Utinam omnes Ecclesiae dissidentes ad unitatem redeant.

Unioni strenue a pluribus annis adlaboramus; fructus spem fefellit; at ratum est coepta urgere.

Patriarchae de zelo suo in eadem causa gratulatur.

Gratum est ut Romam eat. In caritate excipietur atque Consi-

liis necnon ope juvabitur. dictionem, Nostrae benevolentiae pignus atque auspicem divinorum munerum, amantissime in Domino impertimus.

Benedictio Pontificis. Datum Romae apud S. Petrum die I Julii MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

MOTU PROPRIO

VACABILIUM OFFICIA ABOLENTUR.

4 IULII 1898.

La cura che incessantemente Ci muove a procurare, soprattutto nelle presenti circostanze, che le disposizioni e concessioni Nostre non soffrano ritardo, con discapito specialmente del bene spirituale delle anime, ha richiamato la Nostra attenzione sullo stato attuale degli ufficî dei Vacabili; la cui istituzione se in altre età tornò vantaggiosa, non è tale senza dubbio nei tempi che ora corrono. Onde è che, udito il parere della Commissione Cardinalizia da noi incaricata del riordinamento della Nostra Dataria, siamo venuti nella deliberazione di ordinare, come difatto ordiniamo, la soppressione dei Vacabili di qualunque natura, riscattandoli, ove occorra, e surrogando ai titolari dei medesimi la Nostra Dataria. Confermiamo inoltre in tutte e singole le sue parti, e richiamiamo nel suo pieno vigore, decretando Noi stessi, qualora sia d'uopo, quanto venne disposto dal Nostro Predecessore Pio VII di f. m. nell' Udienza accordata al Cardinale Pro-Datario Alessandro Mattei il 1° Ottobre 1814; e vogliamo che d'ora innanzi non sieno più concessi a favore dei Vacabilisti indulti di rassegne, trasferimenti, sopravvivenze, nomine a cappellanie od ufficî, dichiarando irrita e nulla qualunque eccezione si possa produrre in contrario, dovendosi ritenere sempre stabile e fermo nella sua forma e sostanza quanto è decretato in questo Nostro Motu-proprio.

Dato in Roma dal Palazzo Apostolico del Vaticano questo dì 4 Luglio 1898, anno vigesimo primo del Nostro Pontificato.

LEO PP. XIII.

Oportunum videtur animum vertere ad officia vacabilium hodie minus ac antea utilia.

Post auditam commissionem Cardinalium statuit pontifex suppressionem vacabilium cujuscumque nominis.

Quae a Pio VII statuta fuere confirmantur et renovantur.

Quidquia spectat favores vacabilistarum irritatur.

EPISTOLA

Ad Episcopum Leodiensem

DE CŒTU EUCHARISTICO BRUXELLAS INDICENDO.

5 IULII 1898.

Iam a pluribus saeculis inter omnes eminent Belgae sua in S. Eucharistiam pietate.

Maxima laus est in institutione festi "Corporis Christi" atque processionum.

Iure merito coetus Eucharisticus Bruxellas indicitur.

Felicem eventum sperare licet ex Antistitum sapientia, fidelium alacritate, matronarum studio.

Ad coetum delegatur Eminentissimus

BELGARUM gentem, in cultu Eucharistiae promovendo, nulli populorum secundam debere esse ardor ille fidei in primis probat, qui, obnitentibus frustra religionis osoribus, diuturno saeculorum spatio viguit semper atque adhuc viget. At oppido quam fortius id exigit laus illa vestratum priva, quae iure ad posteros vivet, quam diu ipsa Christi Ecclesia manebit! Dum etenim haereticorum operâ, maximeque Berengarii, Sacramentum augustum impetebatur, id maioribus vestris impertiit Deus ut, praeeunte divino instinctu, Iuliana Cornelionensi, primi essent, ceterisque gentibus exemplo praelucerent in publicis Eucharistiae honoribus habendis, festo instituto, quod a Christi Corpore nominatur, inductoque more ipsum Sacramentum augustum per urbium vias solemni pompa deferendi. Cum igitur hoc vestrum sit meritum, recte vobis visum est, eucharisticum coetum Bruxellas indicere ad augendam ubique catholicorum pietatem erga maximum illud divinae caritatis mysterium. Coetum ipsum felici exitu fortunandum persuasionem iniiciunt firmam tum Antistitum sacrorum sapientia, qui magno numero in coetu aderunt, tum fidelium alacritas, in quibus feminarum nobilium eminet studium, quae in Eucharistiae religione amplificanda non in postremis esse volunt. — Nos quidem, ut coetui splendorem adiiceremus, venire ad vos concessimus dilectum Filium Nostrum Vincentium Vannutelli, Cardinalem Titulo sancti Silvestri in Capite. Hisce autem litteris coeptus vestros iterum laudamus ; benevolentiamque Nostram testati, ad caelestia vobis munera concilianda,

Apostolicam benedictionem iis qui ad coetum convenient universaeque Belgarum genti amantissime impertimus. *S. R. E. Card. Vincentius Vannutelli.*

Datum Romae apud S. Petrum die V Iulii MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA ENCYCLICA

Ad Archiepiscopos et Episcopos Scotiae

DE REVOCANDA SCOTIA AD VERAM ECCLESIAM.

25 IULII 1898.

Pontifex in Christi visceribus unionem dissidentium exoptat.

CARITATIS studium, quod Nos habet de salute dissidentium fratrum sollicitos, nequaquam cessare Nos patitur, si, quos ab unico Christi ovili error varius segregatos tenet, ad complexum Pastoris boni revocare possimus. Vehementius quotidie miseram dolemus vicem hominum tanto numero, quibus christianae fidei abest integritas. Itaque et sanctissimi conscientia officii, et amantissimi hominum Sospitatoris, cuius personam nullo merito Nostro gerimus, tamquam suasu et instinctu permoti, contendere ab iis omni ope insistimus, ut instaurare nobiscum unius eiusdemque communionem fidei aliquando velint. Magnum opus, ac de humanis operibus longe difficillimum exitu : quod quidem perficere non nisi eius est, qui omnia potest, Dei. Sed hac ipsa de caussa non despondemus animum, nec deterriti a proposito sumus ob magnitudinem difficultatum, quas humana virtus perrumpere sola non potest. *Nos autem praedicamus Christum crucifixum.... Et quod infirmum est Dei, fortius est hominibus* [1]. In tanto opinionum errore, in tot malis quae vel premunt vel imminent, monstrare velut digito conamur, unde sit petenda salus, cohortando, monendo universitatem gentium, ut levent *oculos in montes, unde veniet auxilium.* Quod enim Isaias praedixerat futurum, id comprobavit eventus : scilicet Ecclesia Dei ortu divino divinaque dignitate sic eminet, ut se intuentium oculis plane conspiciendam praebeat : *Et erit in novissimis diebus praeparatus mons domus Domini in vertice montium, et elevabitur super colles* [2].

Nec ipsum terret rei difficultas.

Salus est ab Ecclesia petenda.

---

1. *I Cor.*, I, 23, 25. — 2. *Is.*, II, 2.

In "Sanctae Sedis specialem filiam", *sollicitudinem, quam, recens Pontifex, in hierarchiae restitutione probavit, grandaevus novo documento confirmare desiderat.*

Huiusmodi in curis conciliisque Nostris suum obtinet Scotia locum, quam Apostolicae huic Sedi diu multumque dilectam, Nos ipsi proprio quodam nomine caram habemus. Ante annos viginti, libet enim commemorare, Apostolici ministerii in Scotis dedicavimus primitias, cum altero ab inito Pontificatus die ecclesiasticam apud ipsos hierarchiam restituendam curavimus. Quo ex tempore praeclare vobis, Venerabiles Fratres, vestroque adnitente clero, numquam non bono studuimus istius gentis, quam quidem sua indoles amplectendae veritati peridoneam facit. Nunc vero quoniam id aetatis sumus, ut propius iam absit humanus exitus, etiam visum est alloqui vos, Venerabiles Fratres, populoque vestro novum Apostolicae providentiae documentum impertire.

Scotia avulsa est ab avita fide de qua bene meruerat;

Turbulentissima illa tempestas, quae in Ecclesiam saeculo decimo sexto incubuit, sicut alios nimium multos per Europam, ita Scotos maximam partem abstraxit a fide catholica, quam plus mille annis cum gloria retinuerant. Gratum Nobis est cogitatione repetere maiorum vestrorum in rem catholicam non exigua promerita : itemque libet eos recordari, nec sane paucos, quorum virtute rebusque gestis Scotiae nomen inclaruit. At vero num hodie cives vestri abnuant meminisse vicissim, quid Ecclesiae catholicae, quid Apostolicae Sedi debeant? Cognita vobis planeque explorata commemoramus. — Est in vetustis annalibus vestris, Ninianum, hominem Scotum, cum ipsum legendis sacris litteris acrius cepisset studium in spiritu proficiendi, dixisse : « Surgam, circuibo mare et aridam, quaeram veri« tatem, quam diligit anima mea. Itane tantis opus est? « Nonne Petro dictum est : *Tu es Petrus, et super hanc « petram aedificabo Ecclesiam meam, et portae inferi non « praevalebunt adversus eam?* Igitur in fide Petri nihil « minus est, nihil obscurum, nihil imperfectum, nihil adver« sum quod doctrinae nequam sententiaeque perversae, « quasi portae inferi, praevalere sufficiant. Et ubi fides « Petri, nisi in sede Petri? Illuc certe, illuc mihi eundum « est, ut exiens de terra mea et de cognatione mea et « de domo patris mei merear in terra visionis videre

sed ab Ecclesia etiam non exigua beneficia mutuavit, veritatem nempe, teste Niniano.

Qui Ninianus, adjutus a S. Columba aliisque monachis, fidem in patriam invexit,

« voluntatem Domini et protegi a templo eius [1]. » Itaque Romam venerabundus properavit; cumque ad sepulcra Apostolorum de ipso fonte et capite catholicae veritatis large accepisset, iussu mandatuque Pontificis maximi domum reversus, romanae fidei documentis cives imbuit, Ecclesiamque Gallovidiensem condidit, duobus ante saeculis, quam beatus Augustinus ad Anglos appulit. Hanc fidem S. Columba, hanc ipsam veteres monachi, quorum est Ionensis sedes tam claris nobilitata virtutibus, et ipsi summo servarunt obsequio et alios diligentissime edocuerunt.

de qua fide gloriam praecellentem habet Margarita regina,

Quid Margaritam reginam memoremus, non Scotiae tantummodo, sed christiani nominis universi lumen et decus? quae in rerum mortalium collocata fastigio, cum nihil tamen nisi immortale ac divinum in omni vita spectavisset, suarum splendore virtutum orbem terrarum implevit. Iamvero si tantam excellentiam sanctitatis attigit, catholicae fidei afflatu impulsuque attigit.

ex qua fide nati sunt cives amore patriae vel doctrina celebres.

Wallacem vero Brucemque, lumina vestri generis, nonne constantia catholicae fidei fortissimos patriae propugnatores praestitit? Mittimus innumerabiles alios utilissimos reipublicae cives, quos Ecclesia parens educere nunquam destitit. Mittimus adiumenta cetera per ipsam vobis publice importata; eius certe providentia et auctoritate, celeberrima studiis optimis domicilia S. Andreae, Glascuae, Aberdoniae patuerunt, ipsaque est exercendorum iudiciorum civilium constituta ratio. Quamobrem intelligimus satis fuisse caussae cur honestissimum nomen *sanctae Sedis specialis filia* genti Scotorum adhaeserit.

Nedum de rebus meliorandis desperandum sit, veritatis recuperandae indicia non desunt.

Verum magna ex eo tempore conversio rerum consecuta est, fide avita apud plurimos extincta. Numquamne excitatum iri censebimus? Imo vero certa quaedam apparent indicia rerum, quae spem bonam de Scotis, adiuvante Deo, inchoare iubeant. Videmus enim lenius quotidie benigniusque haberi catholicos; dogmatis catholicae sapientiae iam non, ut fortasse antea, contemptum vulgo adhiberi, sed favorem a multis, obsequium a non paucis; perversitates

1. Excerpta ex historia vitae S. Niniani, Episcopi Candidae Casae seu Gallovidiae, in Scotia, a S. Aelredo abbate Rievallensi conscripta.

25 IULII 1898.

opinionum, quae nimium quantum impediunt iudicium veri, sensim obsolescere. Atque utinam vigeat latius pervestigatio veritatis ; neque enim dubitandum, quin auctior notitia religionis catholicae, germana nimirum suisque e fontibus, non ex alienis petita, praeiudicatas eiusmodi opiniones penitus ex animis abstergat.

Laudem propter S. Scripturae reverentiam Scoti habent insignem, cum Ecclesia catholica tamen communem,

Scotis universis ea quidem tribuenda laus non mediocris, quod divinas litteras colere et revereri assiduo consueverunt. Sinant igitur, nonnihil Nos de hoc argumento ad suam ipsorum salutem amanter attingere. Videlicet in ea, quam diximus, verecundia sacrarum litterarum inest velut quaedam cum Ecclesia catholica consensio : quidni queat redintegrandae unitatis initium aliquando existere ? Ne recusent meminisse, utriusque Testamenti libros se ab Ecclesia catholica, non aliunde, accepisse : cuius vigilantiae perpetuisque curis acceptum referendum, quod sacrae litterae maximas temporum ac rerum procellas integrae evasere. — Historia testatur iam inde antiquitus de scripturarum incolumitate Synodum Carthaginiensem III atque Innocentium I romanum pontificem immortaliter meruisse. Recentiore vero memoria cogniti sunt tum Eugenii IV, tum Concilii Tridentini vigiles in eodem genere labores. Nos autem ipsi, haud ignari temporum, datis non ita pridem litteris encyclicis, Episcopos catholici orbis gravissime appellavimus, diligenterque monuimus quid opus esset facto ut integras ac divina auctoritas sacrarum litterarum salva consisteret.

a qua nempe libri ipsi accepti sunt,

et quae usque ad nostros dies tueri ipsos diligenter destitit nunquam.

Nam, in hoc praecipiti ingeniorum cursu, sunt plures quos libido fastidiosius quaelibet disquirendi, contemptioque vetustatis ita agat transversos, ut fidem sacro volumini vel elevare omnem, vel certe minuere non dubitent. Nimirum homines opinione scientiae inflati, iudicioque praefidentes suo non intelligunt quam sit improbae temeritatis plenum, humano prorsus modulo metiri quae Dei sunt opera ; eoque minus audiunt Augustinum alte clamantem : « Honora « Scripturam Dei, honora verbum Dei etiam non apertum, « differ pietate intelligentiam [1].» Admonendi sunt studiosi

Hodie divina Scripturae auctoritas impie negatur vel minuitur.

1. *In Ps. 146*, n. 12.

« venerabilium litterarum... orent ut intelligant (1) ». « Ne « aliquid temere et incognitum pro cognito asserant,... « nihil temere esse affirmandum, seu caute omnia modeste- « que tractanda (2). »

Attamen Christus veritati in Ecclesia integre servandae sapientissime prospexit: Instituendo magisterium vivum et infallibile,

Verumtamen cum Ecclesiam perpetuo mansuram esse oporteret, non solis ea Scripturis, sed alio quodam praesidio, instrui debuit. Scilicet divini auctoris fuit illud cavere, nequando caelestium doctrinarum thesaurus in Ecclesia dissipatus deficeret ; id quod necessitate futurum erat, si eum singulorum hominum arbitrio permisisset. Opus igitur fuisse apparet ab initio Ecclesiae magisterium aliquod vivum et perenne, cui ex Christi auctoritate demandata esset cum salutifera ceterarum rerum doctrina, tum interpretatio certa Scripturarum ; quodque, assiduo Christi ipsius auxilio munitum ac septum, nullo modo delabi in errorem docendo posset. Cui rei sapientissime Deus cumulateque providit, idque per unigenitum Filium suum IESUM CHRISTUM: qui scilicet germanam Scripturarum interpretationem tum in tuto posuit cum Apostolos suos in primis et maxime iussit, nequaquam dare scriptioni operam, neque vulgo diribere vetustiorum Scripturarum, sine discrimine, sine lege, volumina, sed omnino edocere gentes viva voce universas, et ad cognitionem professionemque doctrinae caelestis, alloquendo, perducere : *Euntes in mundum universum* PRAEDICATE *Evangelium omni creaturae* (3).—Principatum autem docendi contulit uni, quo tamquam fundamento universitatem Ecclesiae docentis niti oporteret. Christus enim cum claves regni caelorum Petro traderet, una simul ei dedit ceteros regere qui *ministerio verbi* fungerentur : *Confirma fratres tuos* (4). Hoc itaque magisterio cum discere fideles debeant quaecumque ad salutem pertinent, ipsam petant divinorum librorum intelligentiam necesse est.

jubendo ut Apostoli non scripto sed viva voce docerent,

ordinando Primatem qui doctrinae tum praedicatae tum scriptae esset arbiter.

Inepta et funesta est ratio qua Scriptura per ipsam Scriptu-

Facile autem apparet quam incerta sit et manca et inepta proposito eorum ratio, qui Scripturarum sensum unice ipsarum Scripturarum ope vestigari posse existimant. Nam, eo dato, suprema lex interpretandi in iudicio denique con-

1. Doct. Chr. lib. III, c. 37, n. 56. — 2. *In Gen.* Op. Imp. — 3. *Marc.*, XVI, 15. — 4. *Luc.*, XXII, 32.

25 IULII 1898.

sistet singulorum. Iamvero, quod supra attigimus, prout quisque comparatus animo, ingenio, studiis, moribus ad legendum accesserit, ita divinorum sententiam eloquiorum iisdem de rebus interpretabitur. Hinc discrepantia interpretandi dissimilitudinem sentiendi contentionesque gignat necesse est, converso in materiam mali, quod unitati concordiaeque bono datum erat.

ram dijudicanda singulis pro sua quisque indole permittitur.

Quae quidem quam vere dicamus, res loquitur ipsa. Nam omnes catholicae fidei expertes atque inter se dissentientes de religione sectae, id sibi singulae sumunt ut omnino placitis institutisque suis suffragari sacras litteras contendant. Adeo nullum est tam sanctum Dei donum, quo non abuti ad perniciem suam homo queat, quandoquidem divinas ipsas Litteras, quod gravi sententia monuit beatus Petrus, *indocti et instabiles depravant... ad suam ipsorum perditionem* (1). His de caussis Irenaeus, recens ab aetate Apostolorum idemque fidus eorum interpres, inculcare hominum mentibus numquam destitit, non aliunde accipi notitiam veritatis, quam ex viva Ecclesiae institutione oportere: « Ubi enim Ecclesia, ibi et Spiritus Dei, et ubi Spiritus « Dei, illic Ecclesia et omnis gratia ; Spiritus autem veri- « tas... (2) Ubi igitur charismata Domini posita sunt, ibi « discere oportet veritatem apud quos est ea quae est ab « Apostolis Ecclesiae successio » (3). — Quod si catholici, quamvis in genere civilium rerum non ita coniuncti, connexi tamen aptique inter se unitate fidei mirabili tenentur, minime est dubium quin huius praecipue magisterii virtute et ope teneantur.

Asserti probatio est ipsa acatholicorum praxis,

nec non doctrina antiquissima Ecclesiae.

Conclusio : praeter magisterium non aliud datur inter catholicos vinculum unionis.

Scotorum nobiscum de fide dissidentium complures quidem Christi nomen ex animo diligunt, eiusque et disciplinam assequi et exempla sanctissima persequi imitando nituntur. At qui mente qui animo umquam adipisci poterunt quod laborant, nisi erudiri sese atque ali ad caelestia eâ ratione et via patiantur, qua Christus ipse constituit? nisi dicto audientes Ecclesiae sint, cui praecipienti ipse auctor fidei perinde obtemperari homines iussit ac

Si quis Christi doctrinam diligit eam ab Ecclesia et vicario Christi quaerat oportet.

1. *II Petr.*, III, 16. — 2. *Adv. Haer.*, lib. III. — 3. *Adv. Haer.*, lib. IV.

sibi: *Qui vos audit, me audit; qui vos spernit, me spernit?* nisi requirant alimenta pietatis virtutumque omnium ex eo, cui Pastor summus animarum vicario dedit esse sui muneris, universi gregis curâ concredita?

Ipse Pontifex conversionem Scotorum in votis habet.

Interea certum Nobis est Nostris non deesse partibus; imprimisque supplices contendere a Deo, ut inclinatis ad bonum mentibus velit potiora gratiae suae incitamenta adiicere. Atque utinam divina Nobis exorata benignitas hoc Ecclesiae matri solatium optatissimum largiatur, ut Scotos universos ad fidem avitam *in spiritu et veritate* restitutos complecti celeriter queat.

Unio cum Romana Sede erit fons multorum bonorum,

Quid non ipsis sperandum, reconciliata nobiscum concordia? Confestim effulgeret undique perfecta et absoluta veritas cum possessione bonorum maximorum, quae secessione interierant.

inter quae excellit sacrificium missae, meritorum Christi applicativum et olim a Scotis excultum.

Quibus in bonis longe excellit unum, quo miserrimum est carere: sacrificium sanctissimum dicimus, in quo IESUS CHRISTUS, sacerdos idem et victima, Patri suo se offert ipse quotidie, ministerio suorum in terris sacerdotum. Cuius virtute sacrificii infinita nobis Christi applicantur merita nimirum divino cruore parta, quem actus in crucem pro salute hominum semel effudit. Harum fides rerum florebat integra apud Scotos, quo tempore S. Columba mortale agebat aevum: itemque postea cum templa maxima passim excitarentur, quae maiorum vestrorum excellentiam et artis et pietatis posteritati testantur. —

Sacrificium est de essentia ipsius religionis,

Necessitatem vero sacrificii vis ipsa et natura religionis continet. In hoc enim est summa divini cultus, agnoscere et revereri Deum ut supremum dominatorem rerum, cuius in potestate et nos et omnia nostra sunt. Iamvero non alia est ratio et caussa sacrificii, quae propterea *res divina* proprie nominatur: remotisque sacrificiis, nulla nec esse nec cogitari religio potest.

nec deerat in foedere veteri quod est fugura novi,

Lege veteri non est lex inferior Evangelii: imo multo praestantior, quia id cumulate perfecit, quod illa inchoarat. Iamvero sacrificium in Cruce factum praesignificabant sacrificia in Testamento veteri usitata, multo ante quam Christus nasceretur: post eius ascensum in caelum, idem illud sacrificium sacrificio eucharistico continuatur.

nec injuriam facit

Itaque vehementer errant, qui hoc perinde respuunt, ac si verita-

tem virtutemque sacrificii deminuat, quod Christus, cruci suffixus, fecit; *semel oblatus ad multorum exhaurienda peccata* (1). Omnino perfecta atque absoluta illa expiatio mortalium fuit: nec ullo modo altera, sed ipsa illa in sacrificio eucharistico inest. Quoniam enim sacrificalem ritum comitari in omne tempus religioni oportebat, divinissimum fuit Redemptoris consilium ut sacrificium semel in Cruce consummatum, perpetuum et perenne fieret. Huius autem ratio perpetuitatis inest in sacratissima Eucharistia, quae non similitudinem inanem memoriamve tantum rei affert, sed veritatem ipsam, quamquam specie dissimili: propterea que huius sacrificii efficientia sive ad impetrandum, sive ad expiandum, ex morte Christi tota fluit: *Ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus: et in omni loco sacrificatur, et offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in gentibus* (2).

25 IULII 1898.

sacrificio crucis,

quod e contra aptissime commemorat.

Iam, quod reliquum est, ad eos qui catholicum nomen profitentur Nostra propius spectat oratio: idque ob eam caussam, ut proposito Nostro prodesse aliquid opera sua velint. Studere, quoad quisque potest, proximorum saluti christiana caritas iubet. Quamobrem ab eis primum omnium petimus, ut huius rei gratia orare atque obsecrare Deum ne desinant, qui lumen efficax mentibus affundere, voluntatesque impellere quo velit, solus potest. Deinde, quia ad flectendos animos plurimum exempla possunt, dignos se ipsi praestent veritate, cuius divino munere sunt compotes; ac bene moratae instituto vitae adiiciant commendationem fidei, quam profitentur: *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona* (3): unaque simul civilium exercitatione virtutum efficiant, ut illud quotidie magis appareat, religionem catholicam inimicam civitati, nisi per calumniam, traduci non posse: quin imo alia in re nulla plus reperiri ad dignitatem commodumque publicum praesidii.

Ipsi Catholici rogantur ut Pontifici auxilio sint:

Orando,

bonum exemplum praebendo,

virtutes civiles colendo,

Illud etiam magnopere expedit, tueri religiosissime, imo etiam stabilire firmius, septamque omnibus praesidiis

probam adolescentiae insti-

1. *Hebr.*, IX, 28. — 2. *Mal.*, I, 11. — 3. *Matth.*, V, 16.

tutionem procurando,

tenere catholicam adolescentis aetatis institutionem. Haud sane latet Nos, cupidae discendi iuventuti suppetere apud vos publice ludos probe instructos, in quibus certe optimam studiorum rationem non requiras. Sed eniti atque efficere necesse est, ut domicilia litterarum catholica nulla in re concedant ceteris : neque enim est committendum, ut adolescentes nostri minus parati existant a litterarum scientia, ab elegantia doctrinae, quas res fides christiana honestissimas sibi comites ad tutelam et ornamentum exposcit. Postulat igitur religionis amor et patriae caritas, ut quaecumque catholici apte instituta habent vel primordiis litterisque, vel gravioribus disciplinis tradendis, ea constabilienda et augenda pro suis quisque facultatibus curent. — Aequum est autem adiuvari praecipue eruditionem cultumque Cleri, qui non aliter suum hodie locum digne utiliterque tenere potest, quam si omni fere humanitatis et doctrinae laude floruerit. Quo in genere beneficentiae catholicorum studiosissime ad opitulandum proponimus Collegium Blairsense. Opus saluberrimum, magno studio ac liberalitate inchoatum a pientissimo cive, ne patiantur intermissione collabi et interire, sed aemula munificentia in maius etiam provehant, ad fastigiumque celeriter perducant. Tanti enim id est, quanti providere ut ferme in Scotia sacer ordo rite congruenterque temporibus educi possit.

ipsius cleri dignam educationem promovendo.

Tandem Episcopos precatur ut Pontificiae benevolentiae pro sua solertia et divino auxilio confidentes respondeant.

Haec omnia, Venerabiles Fratres, quae propensissimus in Scotos animus Nobis expressit, sic habete ut sollertiae potissimum caritatique vestrae commendata putetis. Porro eam navitatem, quam Nobis luculenter probastis adhuc, probare pergite, ut ista efficiantur quae non parum videntur proposito conducibilia. Perdifficilis sane caussa est in manibus, ut professi saepe sumus, humanisque viribus ad expediendum maior ; sed longe sanctissima, consiliisque divinae bonitatis apprime congruens. Quare non tam difficultas rei Nos commovet, quam recreat ea cogitatio, vobis ad praescripta Nostra elaborantibus, Dei miserentis opem numquam abfuturam.

Auspicem caelestium munerum, et paternae Nostrae

benevolentiae testem, vobis omnibus, Venerabiles Fratres, clero, populoque vestro Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

25 IULII 1898

Datum Romae apud S. Petrum die XXV Iulii MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad S. R. E. Cardinalem Perraud, Episcopum Augustodunensem.

DE DEDICANDO MONUMENTO IN MEMORIAM CARD. LAVIGERIE.

26 IULII 1898.

Valde placet pontifici dedicatio monumenti in memoriam viri meritissimi.

Placet decus additum ex eloquentia oratoris.

Utrumque prosit ad augendum animum coetui cui cura: " de abolenda servitute ".

TE Carthaginem brevi aditurum tuae Nos docuere litterae; simulque didicimus itineris caussam dedicationem monumenti esse, quod memoriae ac cineribus Cardinalis Caroli Lavigerie ad sancti Ludovici excitatum est. Gratulamur plane de honore habito viro eminentissimo, qui de religione ac praesertim de afflicta mancipiorum conditione praeclare meruit. Placet autem quod his honoribus haud tenuis accessio fiat ab eloquentia, cuius tu laude in primis flores. Eunti igitur Dei numen adsit; atque ex dedicatione monumenti tuaque oratione nova indatur, alacritas illustri virorum coetui, qui, te Praeside, servituti ubique abolendae adlaborat. Testem interea benevolentiae Nostrae Apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili Noster, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXVI Iulii MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Cardinalem Langénieux, Archiepiscopum Rhemensem.

DE CONFIRMANDO PATRONATU GALLORUM IN TERRAM SANCTAM.

I AUGUSTI 1898.

C'EST avec une vive satisfaction que Nous avons appris par votre lettre, que des hommes éminents ont eu la pensée de former en France un Comité national pour la conservation et la défense du Protectorat Français en Terre Sainte. Nulle entreprise ne saurait mieux répondre aux généreuses et chevaleresques traditions de votre noble patrie, qui fut par excellence la terre des croisés. Depuis lors, bien des siècles se sont écoulés, bien des assauts ont été livrés à l'Église pour affaiblir la foi. Mais le culte des Lieux-Saints s'y est maintenu en tous les temps. Si à certains intervalles ce culte a paru quelque peu se ralentir, Nous le voyons aujourd'hui s'affirmer avec éclat dans ces pacifiques pèlerinages de la piété chrétienne, que Nous avons été heureux d'encourager à diverses reprises. Nous ne pouvons de même que louer hautement l'œuvre heureusement inaugurée, nouvelle dans la forme, ancienne par son esprit ; elle Nous semble répondre à des besoins de jour en jour plus urgents. — Nul n'ignore, en effet, que vous avez pu, Notre cher fils, le constater de vos yeux, combien sont en souffrance et de quels dangers sont menacés les intérêts catholiques en Palestine. Ces intérêts, comme on sait, se rattachent particulièrement à la propriété et à l'usage des sanctuaires élevés par la piété de nos ancêtres, là même où se sont opérés les mystères de la Rédemption des hommes. Les ennemis du nom catholique redoublent d'efforts et d'activité pour entraver dans ces mêmes sanctuaires la piété des fidèles enfants de la Sainte Église. L'œuvre dont vous Nous parlez, Notre cher fils, a

Placet Pontifici constitutio comitatus ad Religiosum Orientis patronatum tuendum.

Talis constitutio decet Francos a retro saeculis in terram sanctam sicut et hodie religiosissimos.

Res oportuna valde est.

Jura catholicorum in habendis et honorandis sanctuariis impie violantur.

Munus patronandi et consuetudine saeculari et jure Gallis incumbit.

Antiqua jura Pontifex confirmat atque exoptat ut exinde promoveatur patriae decus nec non Ecclesiae pax et extensio.

donc surgi à l'heure propice, et Nous en espérons pour l'avenir les plus féconds résultats. — La France a en Orient une mission à part que la Providence lui a confiée : noble mission qui a été consacrée non seulement par une pratique séculaire, mais aussi par des traités internationaux, ainsi que l'a reconnu de nos jours Notre Congrégation de Propagande par sa déclaration du 22 Mai 1888. Le Saint-Siège, en effet, ne veut rien toucher au glorieux patrimoine que la France a reçu de ses ancêtres et qu'elle entend, sans nul doute, mériter de conserver, en se montrant toujours à la hauteur de sa tâche. Nous désirons que les membres de l'association déjà formée, s'inspirant pleinement de ces vues élevées et ayant à cœur les grands intérêts de la religion et de la patrie, prêtent à la France un concours généreux dans l'accomplissement de son mandat six fois séculaire. Puissent ces efforts réunis assurer à l'Église catholique en Orient, une existence paisible et lui permettre de travailler avec succès à l'extension de la vraie foi et au retour des brebis égarées au bercail de l'unique et suprême Pasteur.

Et maintenant, comme gage de Notre paternelle affection, Nous vous accordons, Notre cher fils, la bénédiction Apostolique.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, le 1er Août de l'année 1898, de Notre Pontificat la vingt-unième.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad archiepiscopum Taurinensem.

DE CONVENTU MARIALI AUGUSTAM TAURINORUM COGENDO.

2 Augusti 1898.

Pontifici grata sunt quaecumque fiunt in honorem B. M. V.

MARIANI coetus Augustam Taurinorum cogendi simul ac consilium comperimus, magno libentique animo laudavimus. Sacrum etenim semper Nobis gratumque est ea omni ope provehere, quae ad alendam augendamque conferunt Virginis beatissimae religionem, per quam, Genitricem suam, omnia Nos Deus habere voluit, et in qua securitatis praesidium rei christianae benignissime adtribuit. Nunc vero ut contentiore fiducia ad hanc hominum matrem respiciamus exigunt plane tempora, quae, cum Ecclesiae infesta iam diu in Italia sint, recentibus tamen turbis, infestiora evenere: nam quae omnibus retro aetatibus mirisque modis caritatem potentiamque suam Ecclesiae probavit, eadem haud dubium est quin et in praesenti discrimine propitia sit adfutura christianoque nomini faustitatem atque laetitiam allatura.

Hanc perpetuam Ecclesiae tutricem turbulentis hisce temporibus in auxilium vocare maxime convenit.

— Tuis porro litteris votum tu Nobis aperuisti, ut gentes italae Dei Matri augustissimae consecrentur, quo nimirum in materni eius Cordis tutela sint. Profecto Italiae populi peculiari semper affectu Virgini Matri fuerunt addicti. Ipsaque praeteritorum temporum historia praeclare probat Mariam inter et Italiae gentes, veluti matrem inter et filios, pietate semper atque amore certatum esse : quin etiam potiores Italorum gloriae cum nomine Virginis coniunctae sunt, ex eaque scientiis, litteris bonisque artibus vis ac splendor accessit.

Edicit Pontifex veterem Italorum erga B. M. V. pietatem, mutuumque Ejus in ipsos et multiformem amorem.

Si tamen ea fuerit Conventus vestri sententia, ut Dei Matri magnae, eiusque praesertim Cordi, gens itala peculiari modo consecretur ; nil plane obest quominus de ea re ad Sedem Apostolicam referatis, quae qua ratione id sit sanciendum videbit.

Consecratio Italiae Cordi B. M. V. non fiat inconsulta S. Sede.

— Interea ut Mariali coetui fauste eveniat, tibi, Venerabilis Frater, et omnibus qui in eodem aderunt,

Ut conven-

tui fauste eveniat exoptat. Apostolicam benedictionem, auspicem divinorum munerum Nostraeque benevolentiae testem, amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die II Augusti MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA ENCYCLICA

Ad Episcopos, Clerum et Populum Italiae.

DE RE RELIGIOSA IN ITALIA.

5 AUGUSTI 1898.

Potestas spoliatrix de qua saepe conquesti sumus, novas et majores Ecclesiae injurias intulit, abolendo nempe Instituta catholicorum.

SPESSE volte, nel corso del Nostro Pontificato mossi dalle sacre ragioni dell'Apostolico ministero, dovemmo levar lamento e protesta in occasione di atti compiuti, a detrimento della Chiesa, e della religione, da coloro che per vicenda di ben noti rivolgimenti, reggono la cosa pubblica in Italia. — Ci duole doverlo fare di nuovo sopra un argomento gravissimo e che Ci riempie l'animo di profonda tristezza. Noi intendiamo parlare della soppressione di tante istituzioni cattoliche, decretata, non ha guari, in varie parti della Penisola. Questa disposizione immeritata ed ingiusta ha sollevato la riprovazione di ogni anima onesta, ed in essa vediamo, con sommo Nostro rammarico, compendiarsi e rincrudire le offese sofferte negli anni trascorsi.

de quorum indole et utilitate nonnihil dicere opportunum est.

Sebbene cosa a voi nota, Venerabili Fratelli, pur nondimeno stimiamo opportuno riandare le origini e la necessità di queste istituzioni, frutto delle Nostre sollecitudini e delle vostre amorevoli cure, affinchè tutti comprendano il pensiero che le aveva ispirate e lo scopo religioso, morale e caritativo a cui erano dirette.

Post eversum principatum Pontificum pedetentim ad hoc ventum est ut religio impugnaretur et a rebus publicis odiose removeretur.

Dopo rovesciato il principato civile dei Papi, si vennero in Italia togliendo gradatamente alla Chiesa cattolica i suoi elementi di vita e di azione, la sua naturale e secolare influenza nei pubblici e sociali ordinamenti. Con atti progressivi e coordinati a sistema si chiusero monasteri e conventi; si dissipò, colla confisca dei beni ecclesiastici, la massima parte del patrimonio della Chiesa; s'impose ai chierici il servizio militare; s'inceppò la libertà dell'ecclesiastico ministero con disposizioni arbitrarie ed ingiuste; si mirò con isforzi perseveranti a cancellare da tutte le pubbliche istituzioni l'impronta religiosa e cristiana; si favorirono i culti dissidenti, e mentre si concedeva la più ampia

libertà alle sètte massoniche, si riserbavano odiose intolleranze e vessazioni a quell'unica religione, che fu sempre gloria, presidio e forza degli italiani.

Quamvis de periculo Ecclesiae, patriaeque monuimus potestatem publicam, haecnihilominus ad pervertendum populum magis invaluit.

Noi non mancammo di rimpiangere questi gravi e ripetuti attentati. Li rimpiangemmo per conto della nostra santa religione esposta a supremi pericoli; li rimpiangemmo eziandio, e ciò diciamo con tutta la sincerità del Nostro cuore, per conto della patria nostra; giacchè la religione è sorgente di prosperità e di grandezza per una nazione, e fondamento precipuo di ogni bene ordinata società. Ed infatti, indebolito il sentimento religioso, che eleva e nobilita l'animo, e v'imprime profondamente le nozioni del giusto et dell'onesto, l'uomo inclina e si abandona ad istinti selvaggi e ad interessi materiali; e da ciò, come logica conseguenza, rancori, scissure, depravazioni, conflitti e turbamento dell'ordine, ai quali mali non sono rimedî sicuri e sufficienti nè la severità delle leggi, nè i rigori dei tribunali, nè l'uso della stessa forza armata.— Di questa connessione naturale ed intrinseca tra il decadimento religioso e lo sviluppo dello spirito di sovversione e di disordine Noi più volte, in atti pubblici diretti agli italiani, avvertimmo coloro ai quali incombe la formidabile responsabilità del potere, mostrando i progressi immancabili del socialismo e dell'anarchia, ed i mali senza fine a cui essi esponevano la nazione. — Ma non fummo ascoltati. Il pregiudizio meschino e settario fe' velo all'intelligenza, e la guerra contro la religione fu continuata colla stessa intensità. Non solo non fu preso alcun provvedimento; ma dai libri, dai giornali, dalle scuole, dalle cattedre, dai circoli, dai teatri, si prosegui a spargere largamente i germi dell'irreligione e dell'immoralità, a scalzare i principî a cui s'informano i forti ed onesti costumi di un popolo, a diffondere le massime, dalle quali segue inesorabilmente la perversione dell'intelletto e la corruzione del cuore.

Tunc ipsos cives adhortati sumus ut omni ra-

Noi allora, Venerabili Fratelli, veggendo periglioso e fosco l'avvenire del nostro paese, credemmo giunto il momento di alzare la voce, e dicemmo ai cattolici italiani: la religione e la società sono in pericolo; è tempo di spiegare

tutta la vostra attività, opponendo al male invadente un argine colla parola, colle opere, colle associazioni, coi comitati, colla stampa, coi congressi, colle istituzioni di carità e di preghiera, con tutti i mezzi, infine, pacifici e legali, che sieno acconci a mantenere nel popolo il sentimento religioso ed a sollevarne la miseria, cattiva consiegliera, resa tanto profonda ed estesa per le depresse condizioni economiche d'Italia. — Tali cose Noi raccomandammo più volte ed in modo particolare nelle due Lettere già da Noi indirizzate al popolo italiano: in quella dei 15 Ottobre 1890 e nell'altra dell' 8 Decembre 1892.

5 AUGUSTI 1898.

tione legitima religionem tuerentur.

Ci è qui grato dichiarare, che le Nostre esortazioni caddero su terreno fecondo. Mediante i vostri generosi sforzi, Venerabili Fratelli, e quelli del clero e dei fedeli a voi affidati, si ottennero lieti e salutari effetti, dai quali era facile prevederne anche maggiori in un prossimo avvenire. Centinaia di associazioni e di comitati sorsero in varie parti d'Italia, e dal loro zelo indefesso ebbero origine casse rurali, cucine economiche, dormitorî economici, ricreatorî festivi, opere catechistiche, assistenza degli infermi, tutela della vedova e del pupillo e tante altre benefiche istituzioni che furono salutate dalla riconoscenza e dalle benedizioni del popolo, ed ebbero sovente anche da uomini di altro partito ben meritato elogio. — Ed i cattolici, secondo il loro solito, nell'esplicazione di questa lodevole operosità cristiana, non avendo nulla da celare, si mostrarono alla luce del giorno e si tennero costantemente nei confini della legalità.

Dociles catholici varia opera suscitaverunt,

palam et legitime.

Ma sopraggiunsero le luttuose vicende che, accompagnate da tumulti e spargimento di sangue citadino, funestarono alcune contrade d'Italia. Niuno più di Noi soffrì nell' animo e si commosse a quel triste spettacolo.

At lugenda seditio supervenit,

Pensammo però, che nelle origini prime di quelle sedizioni e di quelle lotte fraterne, coloro che hanno la direzione della cosa pubblica riconoscerebbero il frutto funesto, ma naturale, del mal seme a larga mano e per sì lungo tempo sparso impunemente in tutta la Penisola; pensammo che risalendo dagli effetti alle cause e traendo profitto dal duro ammaestramento ricevuto, tornerebbero alle norme cristiane

cujus vera causa scl.: alienatio a religione,

del riordinamento sociale, colle quali debbono rinnovarsi le nazioni, se non si vogliono lasciar perire, e perciò porrebbero in onore i principî di giustizia, di probità e di religione, dai quali deriva principalmente anche il benessere materiale di un popolo. Pensammo, almeno, che volendo rinvenire autori e complici di quelle sommosse, si avviserebbero a cercarli fra coloro, che avversano la dottrina cattolica, e nel naturalismo e materialismo scientifico e politico infiammano gli animi ad ogni cupidigia disordinata ; fra coloro, che nelle ombre di settarie congreghe nascondono i rei intendimenti ed affilano le armi contro l'ordine e la sicurezza della società. — Ed invero non mancò qualche spirito elevato ed imparziale, anche nel campo avverso, che comprese ed ebbe il lodevole coraggio di proclamare pubblicamente le vere cause dei lamentati disordini.

ab ipsis hostibus agnita,

a potestate publica turpiter et injuste imposita fuit catholicis.

Ma grande fu la Nostra sorpresa ed il Nostro dolore quando apprendemmo che, con assurdo pretesto, mal dissimulato dall' artificio, si osava, affine di deviare l'opinione pubblica e porre ad esecuzione un premeditato disegno, riversare sui cattolici la stolta accusa di perturbatori dell' ordine e far ricadere sopra di essi il biasimo ed il danno dei sediziosi sconvolgimenti, di cui alcune contrade d'Italia furono teatro. — E maggiormente crebbe il Nostro dolore quando a tali calunnie succedendo fatti arbritrarî e violenti, si videro sospesi o soppressi molti dei principali e più valorosi giornali cattolici, proscritti comitati per le parrocchie e per le diocesi, disperse adunanze per congressi, rese inerti alcune istituzioni ed altre minacciate fra quelle stesse che hanno per iscopo il solo incremento della pietà tra i fedeli, o la pubblica e privata beneficenza ; quando si videro disciolte innocue e benemerite società in grandissimo numero, e così distrutto, in poche ore procellose, il lavoro paziente, caritatevole, modesto di molti anni, di molti nobili intelletti, di molti cuori generosi.

In quos et violenta persecutio commota est.

Hac sua agendi ratione, potestas publica sibimet ipsi contradicit,

Con tale enorme ed odiosa disposizione la pubblica autorità contradiceva, anzi tutto, alle sue precedenti affermazioni. Per molto tempo, infatti, essa aveva rappresentato le popolazioni della Penisola conniventi e del

tutto solidali con lei nell' opera rivoluzionaria ed avversa al Papato; ed ora invece, ad un tratto, veniva a smentire sè stessa col ricorrere ad espedienti straordinarî per comprimere innumerevoli associazioni sparse in tutta l' Italia, e ciò non per altro motivo se non perchè esse si mostravano affezionate e devote alla Chiesa ed alla causa della Santa Sede.

5 AUGUSTI 1890.

Ma questa disposizione ledeva, sopra tutto, i principî di giustizia e le stesse norme delle leggi vigenti. — In forza di questi principî e di queste norme è lecito ai cattolici, come a tutti gli altri cittadini, fruire della libertà di unire in comune i loro sforzi per promuovere il bene morale e materiale del loro prossimo, o per esercitarsi in pratiche di pietà e di religione. Fu dunque arbitrio lo scioglimento di tante benefiche istituzioni cattoliche, che pure esistono tranquille e rispettate in altre nazioni, senza alcuna prova della loro colpabilità, senza alcuna investigazione precedente, senza alcun documento atto a dimostrare la loro partecipazione agli avvenuti disordini.

jus violat et leges, quibus catholicis cautum est religionem communiter exercere;

Fu anche una speciale offesa arrecata a Noi, che avevamo ordinato e benedetto quelle utili e pacifiche associazioni, ed a voi, Venerabili Fratelli, che ne avevate curato e promosso lo sviluppo e vigilato il regolare andamento: la Nostra protezione e la vostra vigilanza dovevano renderle anche maggiormente rispettabili ed immuni da qualsiasi sospetto.

sed nobis praesertim injuriam infligit, utpote qui haec instituta promoveramus.

Nè possiamo passare sotto silenzio quanto siffatta disposizione sia perniciosa agl' interessi delle moltitudini, quanto alla conservazione sociale, quanto al vero bene d' Italia. Colla soppressione di quelle società viene ad aumentare la miseria morale e materiale del popolo, ch' esse procuravano con ogni mezzo possibile di mitigare; viene privata la civil comunanza di una forza potentemente conservatrice; giacchè la loro organizzazione stessa e la diffusione dei loro principî era un argine contro le teorie sovversive del socialismo e dell' anarchia; viene, infine, ad accendersi maggiormente il conflitto religioso, che tutti gli uomini scevri da passioni settarie comprendono esser supremamente funesto all' Italia, di cui spezza le forze, la compattezza, l' armonia.

Haec autem bono et paci societatis maxime adversantur.

Immerito accusantur catholici qui, nedum adversus societatem conspirant,

Noi non ignoriamo, che le società cattoliche sono accusate di tendenze contrarie agli attuali ordinamenti politici d'Italia e considerate perciò come sovversive. — Siffatta imputazione è fondata sopra un equivoco creato e mantenuto appositamente dai nemici della Chiesa e della religione per coonestare dinanzi al pubblico il riprovevole ostracismo ch' essi intendono infliggere alle dette associazioni. Noi vogliamo che tale equivoco sia dissipato per sempre.

de ipsa bene meriti sunt.

I cattolici italiani, in forza degli immutabili e noti principî della loro religione, rifuggono da cospirazione e ribellione qualsiasi contro i pubblici poteri, ai quali rendono il tributo che ad essi si deve. La loro condotta passata, alla quale tutti gli uomini imparziali possono rendere onorata testimonianza, è garante di quella futura, e ciò dovrebbe bastare ad assicurar loro la giustizia e la libertà a cui hanno dritto tutti i pacifici cittadini. Diremo di più; essendo essi, per la dottrina che professano, i più solidi sostenitori dell' ordine, hanno dritto al rispetto; e se la virtù ed il merito fossero adequatamente apprezzati, avrebbero anche dritto ai riguardi ed alla gratitudine di chi presiede alla cosa pubblica.

At, cum, ut tamquam catholici, spoliationi S. Sedis positive cooperari nequeunt,

Ma i cattolici italiani, appunto perchè cattolici, non possono prescindere dal volere che al loro Capo supremo sia restituita la necessaria indipendenza e la pienezza della libertà vera ed effettiva, la quale è condizione indispensabile per la libertà e l' indipendenza della Chiesa cattolica. Su questo punto i loro sentimenti non cambieranno nè per minacce, nè per violenze; essi subiranno l' attuale ordine di cose, ma fino a che questo avrà per iscopo la depressione del Papato e per causa la cospirazione di tutti gli elementi antireligiosi et settarî, essi non potranno mai, senza violare i loro più sacri doveri, concorrere a sostenerlo colla loro adesione e col loro appoggio. — Il richiedere dai cattolici un positivo concorso al mantenimento dell' attuale ordine di cose, sarebbe pretesa irragionevole ed assurda; poichè ad essi non sarebbe più lecito ottemperare agli insegnamenti ed ai precetti di questa Apostolica Sede, anzi dovrebbero agire in opposizione ai medesimi e dipartirsi dalla condotta che tengono i cattolici di tutte le altre nazioni.

5 AUGUSTI 1898.

Quindi è che l' azione dei cattolici italiani, nelle presenti condizioni di cose, rimanendo estranea alla politica, si concentra nel campo sociale e religioso, e mira a moralizzare le popolazioni, renderle ossequenti alla Chiesa ed al suo Capo, allontanarle dai pericoli del socialismo e dell' anarchia, inculcar loro il rispetto al principio di autorità, sollevarne infine l'indigenza colle opere molteplici della carità cristiana. — Come dunque i cattolici potrebbero esser chiamati nemici della patria ed esser confusi coi partiti che attentano all' ordine ed alla sicurezza dello Stato?

directe religioni et paci allaborant ;

ubi est seditio ?

Siffatte calunnie cadono dinanzi al solo buon senso. Esse si fondano su questo solo concetto, che le sorti, l' unità, la prosperità della nazione consistano nei fatti compiuti a danno della Santa Sede, fatti pur deplorati da uomini punto sospetti, i quali dichiararono apertamente essere immenso errore il provocare un conflitto con quella grande istituzione, che Dio pose in mezzo all' Italia e che fu e rimarrà perpetuamente il suo vanto precipuo ed incomparabile; istituzione prodigiosa che domina la storia, e per la quale l' Italia divenne l' educatrice feconda dei popoli, la testa ed il cuore della civiltà cristiana. Di qual colpa pertanto sono rei i cattolici quando desiderano il termine del lungo dissidio, sorgente di grandissimi danni per l' Italia nell' ordine sociale, morale e politico; quando domandano che sia ascoltata la voce paterna del loro Capo supremo, che tante volte ha reclamato le dovute riparazioni, mostrando i beni incalcolabili che da esse deriverebbero all' Italia?

Unitas Italiae, quamvis facto stabilita, violat jus Ecclesiae quae constituit verum patriae decus.

An haec est injuria, scl. : desiderare finem funestae dissensionis et Summo Pastori se praebere docilem ?

I nemici veri d'Italia bisogna ricercarli altrove; bisogna ricercarli tra coloro che mossi da spirito irreligioso e settario, chiusi l' animo dinanzi ai mali ed ai pericoli che pesano sulla patria, respingono ogni vera e feconda soluzione del dissidio, e procurano, pei loro riprovevoli disegni, di renderlo sempre più lungo e più acerbo. — A questi e non ad altri conviene attribuire la dura disposizione onde vennero colpite tante utili associazioni cattoliche; disposizione che Ci addolora profondamente anche per un altro titolo di ordine più elevato e che non riguarda solamente i cattolici italiani, ma quelli del mondo

Hi Patriae hostes sunt qui dissensiones nutriunt acerbe,

et Pontifici exercitium juris sui arbitrario modo adimunt.

intero. Essa mette sempre più in chiaro la condizione penosa, precaria ed intollerabile a cui siamo ridotti. Se alcuni fatti, nei quali i cattolici non ebbero nulla che fare, bastarono per decretare la soppressione di migliaia di opere benefiche ed immuni da qualsiasi colpa, non ostante la guarentigia che veniva loro dalle leggi fondamentali dello Stato, ogni uomo sensato ed imparziale comprenderà quale e quanta possa essere l'efficacia delle assicurazioni date dai pubblici poteri per la libertà ed indipendenza del Nostro Apostolico Ministero. Quale è invero la Nostra libertà, quando dopo essere stati spogliati della maggior parte degli antichi presidî morali e materiali, di cui i secoli cristiani avevano arricchito la Sede Apostolica e la Chiesa in Italia, veniamo ora privati anche di quei mezzi di azione religiosa e sociale, che le Nostre sollecitudini e lo zelo ammirabile dell' Episcopato, del Clero e dei fedeli avevano riunito a tutela della religione ed a beneficio del popolo italiano? Quale può essere la Nostra pretesa libertà, quando un' altra occasione, un altro incidente qualsiasi potrebbe servir di pretesto a procedere ancora più oltre nella via delle violenze e degli arbitrî e ad infliggere nuove e più profonde ferite alla Chiesa ed alla religione?

Nihilominus confidimus protectioni Divinae in Ecclesiam,

Noi segnaliamo questo stato di cose ai nostri figli d'Italia e a quelli delle altre nazioni. Agli uni ed agli altri però diciamo, che, se il Nostro dolore è grande, non minore è il Nostro coraggio, non minore la Nostra fiducia in quella Provvidenza che governa il mondo e che veglia costantemente ed amorosamente sulla Chiesa, la quale s'identifica col Papato, secondo la bella espressione di S. Ambrogio: *Ubi Petrus, ibi Ecclesia.* Ambedue sono istituzioni divine che sopravvissero a tutti gli oltraggi, a tutti gli attacchi, che videro immobili passare i secoli, che attinsero aumenti di forza, di energia e di costanza dalla stessa sventura.

nec desperamus de patriae salute.

E quanto a Noi non cesseremo di amare questa bella e nobile nazione da cui sortimmo i natali, lieti di spendere gli ultimi avanzi delle Nostre forze per conservarle il tesoro prezioso della religione, per mantenere i suoi

figli nella sfera onorata della virtù e del dovere, per sollevare, quanto Ci è possibile, le loro miserie.

5 AUGUSTI 1898.

Cooperabuntur Cardinales, non obstante impugnatione hostili, in promovenda religione et beneficentia.

In questo nobilissimo ufficio voi Ci apporterete, ne siamo sicuri, Venerabili Fratelli, il concorso efficace delle vostre cure e del vostro zelo illuminato e costante. — Continuate nell' opera santa di ravvivare la pietà tra i fedeli, di preservare le anime dagli errori e dalle seduzioni che le circondano da ogni lato, di consolare i poveri e gl' infelici con tuti i mezzi che la carità potrà suggerirvi. Le vostre fatiche non saranno mai sterili, qualunque sieno le vicende e gli apprezzamenti umani, perchè dirette a più alto fine che non sono le cose di quaggiù; e ad ogni modo esse varranno, qualora fossero osteggiate o distrutte, a liberarvi dal dover rispondere de' danni, che dagl'impedimenti frapposti al vostro pastorale ministero potrebbe risentire l'Italia.

Populus catholicus S. Sedi adhaereat ut tutrici, actuosae et legitimae;

Ed a voi cattolici italiani, oggetto precipuo delle Nostre sollecitudini e della Nostra affezione, a voi fatti segno a più aspre vessazioni, perchè più vicini a Noi e più stretti a questa Sede Apostolica, a voi serva di conforto e d'incoraggiamento la Nostra parola e la Nostra ferma assicurazione, che il Papato, come nei secoli trascorsi, in gravi e procellosi avvenimenti, fu guida, difesa e salvezza del popolo cattolico, specialmente d'Italia, così per l' avvenire non verrà meno alla sua grande e salutare missione, col difendere e rivendicare i vostri diritti, coll' assistervi nelle vostre difficoltà, coll'amarvi quanto più bersagliati ed oppressi. Voi avete dato, specialmente in questi ultimi tempi, numerose testimonianze di abnegazione e di operosita nel fare il bene. Non vi perdete di animo; ma tenendovi rigorosamente, come pel passato, entro i limiti della legge e pienamente sottomessi alla direzione dei vostri pastori, continuate con corraggio cristiano negli stessi propositi. Che se incontraste sul cammino nuove contradizioni e nuove ostilità, non vi sgomentate: la bontà della vostra causa apparirebbe sempre più luminosa, quando gli avversarî, per combatterla, fossero costretti a ricorrere ad armi siffatte; e le prove che dovreste sostenere,

nec despondeat animum, quia causam, coram Deo hominibusque justam, agit.

aumenterebbero il vostro merito innanzi agli uomini onesti e, ciò che più monta, innanzi a Dio.

Benedictio. Auspice intanto dei celesti favori e pegno del Nostro specialissimo affetto, sia l' Apostolica benedizione, che dall' intimo del cuore impartiamo a voi, Venerabili Fratelli, al Clero e al popolo italiano.

Dato a Roma presso S. Pietro, il 5 Agosto 1898, anno vigesimo primo del Nostro Pontificato.

LEO PP. XIII.

LITTERAE APOSTOLICAE

Ad D. Wiachado, Abbatem generalem, O. S. B. in Brasilia.

DE ELECTIONE ABBATIS GENERALIS CONGREGATIONIS BENEDICTINAE BRASILIANAE.

9 AUGUSTI 1898.

NUPER, ut probe scis, insignem multisque nominibus Nostrae benevolentiae commendatam Congregationem Brasilianam ex Ordine sancti Benedicti Abbatis restituendam reformandamque curavimus. Nunc vero ut in re nova talis adsit praeses, qui in consiliis Nostris Nobis plane obsequatur, atque opus, quod aggressi sumus, pro virili parte perficere studeat, ad te, dilecte fili, qui singularem pietatem, doctrinam, rerum gerendarum prudentiam, alacritatem, studium religionis aliasque virtutes in muneribus honoribusque gestis semper testatus es, oculos mentis Nostrae convertimus, dignumque prorsus te existimavimus, qui proposito Nostro cumulate respondere, temperationemque Ordinis novam stabiliendam firmandamque prudenter et salva animorum concordia curare possis. Libenter enim profitebimur pro ea, qua tenemur de re catholica Brasiliana sollicitudine, Nos concepisse spem optimam fore ut ex inita restitutione et renovata disciplina dictae Congregationis plurimum ad eius prosperitatem, plurimum etiam ad fructuosam operam accedat. Quod si Deus, ut confidimus, consilia Nostra fortunaverit, illa non modo Congregationi Benedictinae opportune atque utilia fiant, verum etiam Brasiliae universae benevertant : revocatis enim ad potiorem disciplinam, vi maiori animorum salutis procurandae studio inflammatis operariis, qui vineam Domini excolunt, necesse est ut ipsa laetior efflorescat, et praeconcepta spes uberius respondeat. Obtigit etiam, quod tu consiliorum, quae cepimus, ita fidelis in-

Quae coepta sunt in restaurationem Ordinis S. Benedicti in Brasilia complere volumus per institutionem abbatis generalis.

Te undequaque dignissimum aptissimumque ad hoc munus deligimus.

Spes bona concipitur ex hac institutione.

Rursus merita

recoluntur electi praesidis qui et canonice instituitur.

terpres et adiutor extitisti, ut honorificus titulus, quem tibi deferre voluimus, quodammodo ad te pertinere, teque ad hanc dignitatem non modo benevolentia Nostra sed etiam tua merita erexisse videantur. Quibus de rebus propensae in te voluntatis Nostrae testimonium tibi dare volentes, teque quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, si quas forte incurreris, huius tantum rei gratia absolventes et absolutum fore censentes, Apostolica auctoritate Nostra, per has litteras, Abbatem Generalem Congregationis Benedictinae Brasilianae facimus, constituimus, renuntiamus; tibique munus istud, quoad vixeris, gerendum committimus, demandamus cum omnibus et singulis iuribus, privilegiis, honoribus, indultis, quae illius sunt propria. Volumus autem, et Apostolica auctoritate decernimus, ut omnes, ad quos spectat et spectare poterit, te in huiusmodi officium accipiant et admittant, tibique pareant, faveant, ac praesto sint, tuaque monita et praecepta reverenter audiant et fideliter exequantur; secus poenas, quas in rebelles irrogaveris ratas habebimus, et auctoritate Nostra confirmabimus. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis Benedictini etiam iuramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, legibus et consuetudinibus ceterisque speciali licet et individua mentione et derogatione dignis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die IX Augusti MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

A. Card. MACCHI.

EPISTOLA

Ad Episcopos Peruvienses.

DE VIOLATO JURE ECCLESIAE IN MATRIMONIUM CHRISTIANUM.

QUAM religiosâ catholicae fidei retinendae constantiâ illustris Peruviensium natio commendetur, quo obsequio, qua voluntate eadem sit Nobiscum et cum hac Apostolica Sede coniuncta, id sane plura significarunt argumenta, inter quae commemorare heic iuvat admotas ad Nos preces, ut ad eius reipublicae regiones latissimas presbyteros sacris missionibus obeundis et religiosorum Sodalium collegia mitteremus, quorum studio et solertia religio et pietas aleretur et in dies usque succresceret. Nec a voluptate seiuncta est recordatio catholici illius coetus frequentissimi, biennio ante, in urbe istius reipublicae principe habiti, viris ex omni parte regionis collectis, doctrina, virtute, loco, re amplissimis, quo ex coetu novus quidam et laetabilis animorum ardor erupit. Ipsi enim minime dubitarunt, quo studio avitae Religionis provehendae flagrarent, quo cultu et amore hanc Petri cathedram prosequerentur publicis significationibus declarare. Nos autem, Venerabiles Fratres, occasionem singularis benevolentiae Nostrae testificandae erga istam catholicam gentem nunquam praetermisimus, additis stimulis, gratissimaeque voluntatis Nostrae exhibitis indiciis profecto non obscuris. Inter quae sane plurima illud praeterire nolumus, ex collatis ab Apostolica Sede eius Praesidi honoribus ac privilegiis praecipuis, Peruviensi ipsi reipublicae multum dignitatis et auctoritatis accessisse. Haec autem ornamenta certam Nobis spem ingerebant, fore ut, quemadmodum maiores vestri iis promerendis egregiam operam contulerunt, ita deinceps qui civitati praeessent haud minorem industriam in iis tuendis collocarent, suâque constantiâ in

16 AUGUSTI 1898

Unionis Peruviensium rem publicam inter et S. Sedem argumenta exstant; ex parte ipsorum : *expostulatio missionariorum, declaratio publica optimatum;*

ex parte nostra : *benevolentia constans, honores additi reipublicae praesidi.*

Ex hoc sperabamus ut posteri exemplum ma-

jorum sequerentur.

catholicae fidei defensione comprobarent ea omnia iure sibi fuisse collata.

Spes frustrata est per constitutionem legis jurium Ecclesiae in causis matrimonialibus laesivae.

Aegre igitur tulimus latam nuper in ista republica fuisse legem, quae, per speciem moderandi coniugii inter alienos a catholico nomine, revera matrimonium inducit quod *civile* vocant ; quamvis ea lex non omnis quidem conditionis homines attingat. Quin etiam, posthabita Ecclesiae auctoritate civilis eiusmodi ratio permissa est matrimoniis mixtis, si quando Apostolica Sedes, gravissimis de caussis et ad aeternam christianae familiae salutem, inopportunum duxerit quempiam a lege de non contrahendis nuptiis propter disparem cultum eximere.

Protestatur Pontifex, praesulesque monet ut doctrinam catholicam de matrimonio inter fideles incorruptam servent.

His graviter commoti quae contra obsequium Nostrae dignitati debitum et supremi ministerii potestatem divinitus concessam patrata sunt, Apostolicam vocem attollimus, Venerabiles Fratres, vestraque studia excitamus ut Peruviensium fidelium securitati caventes, catholicam doctrinam de matrimonio integram incorruptamque servandam curetis.

Sanctitatem utilitatemque matrimonii christiani alias strenue Pontifex vindicavit,

obligationesque fidelium in hac re statuit, necnon jura reipublicae in causis matrimonialibus definivit.

Nos quidem de universo christiano grege solliciti, prout Apostolici muneris ratio postulat, haud praetermisimus plura de matrimonii sanctitate docere saepius atque praecipere ; non posse a religione seiungi atque in profanarum rerum coniici genus naturae officium a novi foederis auctore Christo in sacramenta translatum ; sacro praeeunt ritu, coniugum vitam tranquilliorem beatioremque effici ; firmari domesticam concordiam ; liberos institui rectius ; ipsius incolumitati reipublicae commode prospici. Rem vero hanc omnem fusius deditâque operâ persequuti sumus Apostolicis Litteris — *Arcanum divinae sapientiae consilium*, — ubi etiam studuimus in Christi fidelium memoriam revocare quum vigiles curas, quas in retinendo honore ac sanctitate nuptiarum Ecclesia collocavit, optima humani generis custos et vindex, tum quibus de rebus in eo genere possint iure decernere atque cognoscere ii qui reipublicae praesunt. Ea singula referre documenta, quippe oculis vestris subiecta, neque propositum Nobis est hoc loco neque necessarium. Illud quidem haud abs re ducimus admonere iterum,

16 AUGUSTI 1898

potestatem esse reipublicae moderatoribus in res humanas quae matrimonium consequuntur et in genere civili versantur; in ipsum vero christianorum matrimonium ius et arbitrium iisdem esse nullum. Itaque iurisdictioni Ecclesiae rem subesse patiantur quae non auctoribus hominibus est constituta. Si modo nuptialis contractus sit iure factus, hoc est qualem Christus instituit, tum denique videre ipsis licebit si quid inde sequatur quod ad ius civile pertineat. Catholica enim doctrina est, a qua recedere sine fidei iactura nemo potest, matrimoniis christianorum sacramenti dignitatem accessisse: proinde non aliâ quam divinâ Ecclesiae auctoritate oportere ea regi ac temperari; rata firmaque nulla censeri posse connubia, quae non fuerint iuxta ipsius legem disciplinamque coniuncta. Ex quibus facile intelligitur, ubi rite fuerit Tridentina promulgata lex capitis « *Tametsi* », ibi irrita habenda connubia contra eius praescriptum patrata. In Peruviensi autem republicâ Tridentina illa lex non est promulgata solum, sed diuturna viguit usu servataque est ad extrema haec tempora fidelissime. Quare nihil caussae est cur Apostolica Sedes non maxime velit legitime invectam disciplinam retineri.

Contractus matrimonialis inter christianos, utpote Sacramentum spectat ad Ecclesiam; effectus civiles tantum rempublicam spectant.

Matrimonia clandestina in Peruvia invalida sunt.

Haec, Venerabiles Fratres, erudiendo vobis tradito gregi copiosius atque enucleatius exponite, ne quid eos lateat rei gravissimae, quae ad aeternam ipsorum salutem interest plurimum. Cupimus etiam vos auctoritate et consilio ita pollere apud eos qui in ista republica legibus ferendis sunt constituti, eamque ab ipsis inire gratiam, ut in animum inducant suum, sese gentis ad exemplum catholicae, cuius insident menti beatorum civium Turibii ac Rosae praeclara exempla virtutis, mentem ac voluntatem, referre publice, ideoque oportere ab Ecclesiae praeceptis in constituendis legibus nunquam discedant, quibus rite servatis, vel ipsa naturalis populorum felicitas gignitur, spondeantque se operam daturos ut recens decretum emendetur quam citius et tollatur, legesque de matrimonio civiles nihil alienum ab Ecclesiae doctrina atque institutis exhibeant.

Doceatur populus rectam doctrinam.

Inducantur legislatores ut, majorum suorum pietatis memores, atque prosperitati suae gentis prospicientes, legem iniquam de medio tollant.

Interim divini auxilii spe freti et studio solertiaque vestra confisi, Apostolicam benedictionem, caelestium mu-

Benedictio.

nerum auspicem et singularis Nostrae benevolentiae testem, vobis, Venerabiles Fratres, universoque clero ac populo singulis commisso peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XVI Augusti MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Iosephum Emmanuelem Marroquin

pro-praesidem Reipublicae Columbianae.

LAUDATUR EJUS OBSERVANTIA ERGA SANCTAM SEDEM.

I SEPT. 1898.

Solatio nobis est observantia erga Sedem apostolicam, exhibita ab iis qui rem publicam gerunt.

Quapropter tibi gratulamur,

atque ut in bonis coeptis constans sis apprecamur.

SOLATIUM aliquod existimasti Nobis esse allaturas litteras, quas, munus propediem initurus quod populi suffragia demandarunt, ad Nos dedisti. Attulere sane, nec illud exiguum. In hac temporum morumque commutatione recreat animum si ii, qui publicam rem gerunt, Ecclesiam Sedemque Apostolicam pro merito reputant iustitiae magistram, concordiae custodem, inque omni civili utilitate tuenda ac provehenda fautricem maximam. Tibi igitur de delato observantiae testimonio gratulamur, proque officio gratias agimus. Quo vero ex peculiaris benevolentiae Nostrae pignore vires concipias ad proposita urgenda, quae in religionis et patriae emolumentum foves, Apostolicam tibi benedictionem, munerum divinorum auspicem, amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die I Septembris MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Cardinalem Goossens, Archiepiscopum Mechliniensem.

DE FELICI EVENTU COETUS EUCHARISTICI.

3 SEPT. 1898.

Eventus, solatio plenus, dignus est laetioribus Ecclesiae temporibus.

QUOD fama ad Nos pertulerat de exitu secundissimo, quem nuperus conventus vester habuit, id confirmarunt litterae, quas tu ceterique Antistites, qui in coetu adfuerunt, ad Nos dedistis. Grates sint Deo vel maximae, quod in tanto animorum, quantum nunc dolemus, a fide dissidio, tale vos spectaculum pietatis oculis usurpare dedit, quale vix laetioribus Ecclesiae temporibus conspexisse contigit. Quid autem non fidei christianaeque rei commodum expectare licet ex gente, quae Christum adeo diligit ac veneratur, qui, in Eucharistia praecipue, via, veritas et vita animorum est ? Vigeat igitur in vobis ardentiorque in dies fiat hic amor in Christum ; nam ubi Christus, ibi faustitatem omnem adesse necesse est. Tibi interim ceterisque Belgarum Episcopis de coetu habito gratulamur ; cuius ut fructus perennes sint, Apostolicam benedictionem vobis fidelibusque vestris universis amantissime impertimus.

Cultus SS. Eucharistiae est fons omnium bonorum, ideoque fiat in dies ardentior.

Datum Romae apud S. Petrum die III Septembris MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos aliosque locorum Ordinarios pacem et communionem cum Apostolica Sede habentes.

DE EDENDA CONSTITUTIONE SODALITATIS ROSARII.

5 SEPT. 1898.

Protectio divina in Pontificatum nostrum obtenta est ex conjunctis fidelium precibus.

DIUTURNI temporis spatium animo respicientes quod in Pontificatu maximo, Deo sic volente transegimus, facere non possumus quin fateamur Nos, licet meritis impares, divinae Providentiae praesidium expertos fuisse praesentissimum. Id vero praecipue tribuendum censemus coniunctis precibus, adeoque validissimis, quae, ut olim pro Petro, ita nunc pro Nobis non intermisse funduntur ab Ecclesia universa. Primum igitur bonorum omnium largitori Deo grates habemus maximas, acceptaque ab eo singula, quamdiu vita suppeditet, mente animoque tuebimur. Deinde subit materni patrocinii augustae caeli Reginae dulcis recordatio; eamque pariter memoriam gratiis agendis celebrandisque beneficiis pie inviolateque servabimus. Ab ipsa enim, tamquam uberrimo ductu, caelestium gratiarum haustus derivantur: eius *in manibus sunt thesauri miserationum Domini*(1): *Vult illam Deus bonorum omnium esse principium* (2). In huius tenerae Matris amore, quem fovere assidue atque in dies augere studuimus, certo speramus obire posse ultimum diem. — Iamdudum autem cupientes, societatis humanae salutem in aucto Virginis cultu, tamquam praevalida in arce collocare, nunquam destitimus *Marialis Rosarii* consuetudinem inter Christi fideles promovere, datis in eam rem Encyclicis Litteris iam inde a kalendis Septembribus anni MDCCCLXXXIII, editisque decretis, ut probe nostis, haud semel. Cumque Dei miserantis consilio liceat Nobis huius quoque anni ad-

Sint gratiae largitori Deo,

necnon Patrocinanti B. M. V., in cujus devotione Pontifex sperat se in finemusque permansurum.

Consuetudinem Rosarii, novo documento et notissimo, inter fideles promovere cupimus.

---

1. S. Io. Dam. serm. I, *de nativ. Virg.* — 2. S. Ir., *C. Valent.* I. III, c. 33.

ventantem cernere mensem Octobrem, quem caelesti Reginae a Rosario sacrum dicatumque esse alias decrevimus, nolumus a compellandis vobis abstinere; ommiaque paucis complexi quae ad eius precationis genus provehendum huc usque, gessimus, rei fastigium imponemus novissimo documento, quo et studium Nostrum ac voluntas in laudatam cultus Mariani formam pateat luculentius, et fidelium excitetur ardor sanctissimae illius consuetudinis pie integreque servandae.

Commendatur dignitas Rosarii 1° ex genere precum et meditationum sublimi et obvio quo conflatur.

Constanti igitur acti desiderio ut apud christianum populum de Rosarii Marialis vi ac dignitate constaret, moratâ primum caelesti potius quam humana eius precationis origine, ostendimus, admirabile sertum ex angelico praeconio consertum, interiectâ oratione dominica,* cum meditationis officio coniunctum, supplicandi genus praestantissimum esse et ad immortalis praesertim vitae adeptionen maxime frugiferum; quippe, praeter ipsam excellentiam precum, exhibeat et idoneum fidei praesidium et insigne specimen virtutis per mysteria ad contemplandum proposita; rem esse praeterea usu facilem et populi ingenio accommodatam, cui ex commentatione Nazarethanae Familiae offeratur domesticae societatis omnino perfecta species; eius idcirco virtutem christianum populum nunquam non expertum fuisse saluberrimam.

Vestigiis inhaerens Decessorum suorum, Pontifex devotionem erga S. Rosarium non uno nomine extendere sategit.

His praecipue rationibus atque adhortatione multiplici sacratissimi Rosarii formulam persequuti, augendae insuper eius maiestati per ampliorem cultum, Decessorum Nostrorum vestigiis inhaerentes, animum adiecimus. Etenim quemadmodum Xystus V fel. rec. antiquam recitandi Rosarii consuetudinem approbavit, et Gregorius XIII festum dedicavit eidem titulo diem, quem deinde Clemens VIII inscripsit martyrologio, Clemens XI iussit ab universa Ecclesia retineri, Benedictus XIII Breviario Romano inseruit, ita Nos in perenne testimonium propensae Nostrae voluntatis erga hoc pietatis genus, eamdem solemnitatem cum suo officio in universa Ecclesia celebrari mandavimus ritu duplici secundae classis; solidum Octobrem huic religioni sacrum esse voluimus; denique praecepimus ut

in Litaniis Lauretanis adderetur invocatio: *Regina sacratissimi Rosarii*, quasi augurium victoriae ex praesenti dimicatione referendae.

5 SEPT. 1898.

Illud reliquum erat ut moneremus, plurimum pretii atque utilitatis accedere Rosario Mariali ex privilegiorum ac iurium copia, quibus ornatur, in primisque ex thesauro, quo fruitur, indulgentiarum amplissimo. Quo quidem beneficio ditescere quanti omnium intersit qui de sua sint salute solliciti, facili negotio intelligi potest. Agitur enim de remissione consequenda, sive ex toto sive ex parte, temporalis poenae, etiam amotâ culpâ, luendae aut in praesenti vita aut in altera. Dives nimirum thesaurus, Christi, Deiparae ac Sanctorum meritis comparatus, cui iure Clemens VI Decessor Noster aptabat verba illa Sapientiae: *Infinitus thesaurus est hominibus: quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiae Dei* [1]. Iam Romani Pontifices, suprema, qua divinitus pollent, usi potestate, Sodalibus Marianis a sacratissimo Rosario atque hoc pie recitantibus huiusmodi gratiarum fontes recluserunt uberrimos.

Commendatur Rosarium 2° ex adnexis indulgentiis, quarum utilitatem et naturam laudat.

Itaque Nos etiam, rati his beneficiis atque indulgentiis Marialem coronam pulchrius collucere, quasi gemmis distinctam nobilissimis, consilium, diu mente versatum, maturavimus edendae *Constitutionis* de iuribus, privilegiis, indulgentiis, quibus Sodalitates a sacratissimo Rosario perfruantur. Haec autem Nostra *Constitutio* testimonium amoris esto erga augustissimam Dei Matrem, et Christi fidelibus universis incitamenta simul et praemia pietatis exhibeat, ut hora vitae suprema possint ipsius ope relevari in eiusque gremio suavissime conquiescere.

Promittit se editurum "Constitutiones" in testimonium propriae devotionis et in incitamentum devotionis fidelium.

Haec ex animo Deum optimum maximum, per sacratissimi Rosarii Reginam, adprecati; caelestium bonorum auspicium et pignus vobis, Venerabiles Fratres, clero ac populo uniuscuiusque vestrum curae concredito, Apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die V Septembris MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

1. VII, 14.

EPISTOLA

Ad Cardinalem Perraud, Episcopum Augustodunensem.

DE ACCEPTIS " ACTIS " COETUS EUCHARISTICI PARAI MONACHII HABITI.

6 SEPT. 1898.

Pontifex, de felici eventu et de volumine accepto gratulatur Cardinali, ipsique fructus uberiores apprecatur.

VOLUMEN a te accepimus quo acta Eucharistici conventus Parai Monachii superiore anno habiti, publicantur. Id autem munus gratissimum idcirco accidit quod Nobis confirmat conventus eiusdem exitum secundissimum. De volumine igitur tuis curis edito tibi gratulamur deque officio gratias agimus. Divini vero Servatoris caritatem precati ut quos fructus laboribus tuis impertiit eos multiplicare amplissime velit; tibi, dilecte fili Noster, benevolentiae Nostrae testem, Apostolicam benedictionem amantissime largimur.

Datum Romae apud S. Petrum die VI Septembris MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Serenissimam Gulielminam Hollandiae Reginam.

EIUS OBSERVANTIA LAUDATUR EIQUE VOTA PROMUNTUR.

21 SEPT. 1898.

Pontifex laudat Reginam de sua perofficiosa observantia,

EO, quo par erat, animo accepimus a Maiestate Tua litteras, die XXXI Augusti mensis datas, quae litterae perofficiose afferebant, aviti administrationem procurationemque regni abs Te paulo ante, cum per aetatem licuisset, rite initam. Sane istud humanitatis Tuae testimonium valde Nobis accidit iucundum, debitamque Maiestati Tuae habemus gratiam. At Tu vicissim, augusta Princeps, accipe propensae voluntatis a Nobis significationem, Nosque sinas libens gratulari Tibi, uti facimus, imperium potens ac nobile faustis ominibus auspicanti : in quo quidem Tua Te in ipsa adolescentia virtus comitatur, clarorumque memoria maiorum ac recentia Genetricis augustae exempla praelucent. Quibus de caussis cupimus optamusque, quam diutissime Te Hollandia fruatur, Tuaque potissimum sapientia regali prosperitatem cum securitate, pacem cum dignitate perpetuo retineat. Similique studio Deum rogamus ut Maiestatem Tuam privatim bonis omnibus augeat, perfectaque Nobiscum caritate coniungat.

propriamque benevolentiam erga ipsam, necnon de dignitate Reginae, atque regni prosperitate vota promit.

Datum Romae apud S. Petrum die XXI Septembris MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO P. XIII.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE LEGIBUS, IURIBUS AC PRIVILEGIIS

SODALITATIS A SACRATISSIMO ROSARIO.

2 OCTOB. 1898.

Pontifex prospiciens saluti Ecclesiae,

UBI primum, arcano divinae providentiae consilio, ad supremam Petri Cathedram fuimus evecti, oblato conspectu ingruentium in dies malorum, Apostolici muneris esse duximus expediendae salutis agitare consilia ac studere, quibus maxime modis Ecclesiae tutelae et catholicae fidei incolumitati prospici posset. — Inter haec ad magnam Dei Matrem eamdemque reparandi humani generis consortem ultro animus convolavit, ad quam trepidis in rebus confugere catholicis hominibus praecipuum semper ac solemne fuit. Cuius fidei quam tuto sese crediderint, praeclara testantur ab ipsa collata beneficia, inter quae plura constat fuisse impetrata per probatissimam illam precandi formulam titulo *Rosarii* ab eadem invectam et Dominici Patris ministerio promulgatam. — Solemnes autem honores eo ritu Virgini habendos summi Pontifices decessores Nostri haud semel decrevere. Quorum Nos etiam aemulati studia, de Rosarii Marialis dignitate ac virtute satis egimus copiose, Encyclicis Litteris pluries datis, vel inde a kalendis Septembribus anni MDCCCLXXXIII, cohortantes fideles, ut, sive publice sive suis in domibus, saluberrimum hoc pietatis officium augustissimae Matri persolverent et Marianis ab eo titulo Sodalitatibus sese aggregarent. Ea vero omnia nuperrime, datis litteris die V Septembris huius anni, veluti in unum collecta, paucis memoravimus; simulque consilium Nostrum patefecimus edendae *Constitutionis* de iuribus, privilegiis, indulgentiis, quibus gaudent qui piae isti Sodalitati dederint nomina. Nunc vero ut rem absolvamus, votis obsecundantes Magistri generalis Ordinis Praedicatorum, Constitutionem ipsam edimus, qua leges de huiusmodi Sodalitate

convolat ad B. M. V.,

per Rosarium efficaciter invocatam.

Memorat quae ipse jam in favorem Rosarii egerit,

et, quam promisit Sodalitatis a S. Rosario constitutionem, exsequitur.

latas, itemque beneficia recensentes a summis Pontificibus eidem concessa, modum decernimus quo in perpetuum salutifera haec institutio regatur.

I

Sacratissimi Rosarii Sodalitas in eum finem est instituta, ut multos fraterna caritate coniunctos per piissimam illam precandi formulam,unde ipsa consociatio nomen mutuatur, ad beatae Virginis laudationem et eiusdem patrocinium unanimi oratione impetrandum alliciat. Quapropter, nullo quaesito lucro aut imperata pecunia, cuiusvis conditionis excipit homines, eosque per solam Rosarii Marialis recitationem mutuo devincit. Quo fit, ut pauca singuli ad communem thesaurum conferentes multa inde recipiant. Actu igitur vel habitu dum ex instituto Sodalitii suum quisque pensum recitandi Rosarii persolvit, sodales omnes eiusdem societatis mentis intentione complectitur,qui idem caritatis officium ipsi multiplicatum reddunt.

II

Sodalium Dominicanorum Ordo, qui, vel inde ab sui initio beatae Virginis cultui maxime addictus, instituendae ac provehendae Sodalitatis a sacratissimo Rosario auctor fuit, omnia, quae ad hoc genus religionis pertinent, veluti hereditario iure sibi vindicat.

Uni igitur Magistro generali ius esto instituendi Sodalitates sacratissimi Rosarii : ipso a Curia absente, subeat Vicarius eius generalis ; mortuo vel amoto, Vicarius generalis Ordinis. — Quamobrem quaevis Sodalitas in posterum instituenda, nullis gaudeat beneficiis, privilegiis, indulgentiis, quibus Romani Pontifices legitimam verique nominis Sodalitatem auxerunt,nisi diploma institutionis a Magistro generali vel a memoratis Vicariis obtineat.

III

Quae anteacto tempore Sodalitates sacratissimi Rosarii ad hanc usque diem sine Magistri generalis patentibus litteris institutae sunt,litteras huiusmodi intra anni spatium expe-

diendas curent ; interim vero (dummodo hoc uno tantum defectu laborent) sodalitates ipsas, donec eaedem litterae expediantur, tamquam ratas et legitimas, ac privilegiorum, beneficiorum et indulgentiarum omnium participes, auctoritate apostolica benigne declaramus.

IV

Instituendae Sodalitati in designata aliqua ecclesia Magister generalis deputet per consuetas litteras sacerdotem sui Ordinis : ubi Conventus Sodalium Dominicanorum desint, alium sacerdotem episcopo acceptum. — Eidem Magistro generali ne liceat facultates, quibus pollet, in universum et absque limitatione committere Provincialibus, aliisve aut sui aut alieni Ordinis vel Instituti sacerdotibus.

Facultatem revocamus a fel. rec. Benedicto XIII Magistris Ordinis concessam [1], delegandi generatim Provinciales *transmarinos.* Indulgemus tamen, rei utilitate perspecta, ut earumdem provinciarum prioribus, vicariis, praepositis missionalibus potestatem faciant instituendi certum Sodalitatum numerum, quarum accuratam rationem iis reddere teneantur.

V

Sodalitas a sacratissimo Rosario in omnibus ecclesiis publicisque aediculis institui potest, ad quas fidelibus accessus libere pateat, exceptis monialium aliarumque piarum mulierum vitam communiter agentium ecclesiis, prout sacrae romanae Congregationes saepe declararunt.

Quum iam ab Apostolica Sede cautum sit ne in uno eodemque loco plures existant sacratissimi Rosarii Sodalitates, Nos eiusmodi legem iterum inculcamus, et ubique observari iubemus. In praesenti tamen, si quo in loco plures forte existant, rite constitutae, sodalitates ; facultas sit Magistro generali Ordinis ea de re pro aequitate iudicandi. Ad magnas vero urbes quod attinet, plures in iis, uti iam ex indulgentia provisum est haberi possunt titulo Rosarii Sodalitates, ab Ordinariis pro legitima institutione Magistro generali proponendae [2].

1. Constit. *Pretiosus,* die 26 Maii 1727. — 2. S. C. Indulg., die 20 Maii 1896

2 OCTOB. 1898.

VI

Quum nulla habeatur sacratissimi Rosarii Sodalitas princeps, cui aliae minores aggregentur, hinc nova quaevis huiusmodi consociatio, per ipsam sui canonicam institutionem particeps fit indulgentiarum omnium ac privilegiorum, quae ab hac Apostolica Sede aliis per orbem sodalitatibus, eiusdem nominis concessa sunt. — Eadem ecclesiae adhaeret, in qua est instituta. Quamvis enim Sodalitatis privilegia homines spectent, tamen indulgentiae complures, eius sacellum vel altare adeuntibus concessae, uti etiam privilegium altaris, loco adhaerent, ideoque sine speciali Apostolico indulto neque avelli possunt neque transferri. Quoties igitur Sodalitas, quavis de caussa, in aliam ecclesiam deduci contigerit, ad id novae litterae a Magistro generali expetantur. Si autem, destructâ ecclesiâ, nova ibidem aut in vicinia aedificetur eodem titulo, ad hanc, quum idem esse censeatur locus, privilegia omnia atque indulgentiae transeunt, nullâ requisita novae sodalitatis institutione. — Sicubi vero, post institutam canonice in aliqua ecclesia Sodalitatem, Conventus cum ecclesià Praedicatorum fuerit extructus, ad ecclesiam eius Conventus Sodalitas ipsa, prout de iure, transferatur. Quod si, peculiari aliquo in casu, de hac lege remittendum videatur, facultas esto Magistro generali Ordinis pro sua aequitate et prudentia opportune providendi; integro tamen sui Ordinis iure.

VII

Ad ea, quae supra decreta sunt, quaeque naturam ipsam et constitutionem Sodalitatis attingunt, quaedam accedere poterunt, quae ad bonum societatis regimen conferre videantur. Integrum est enim sodalibus *statuta* sibi condere, sive quibus tota regatur societas, sive quibus aliqui ad peculiaria quaedam christianae pietatis officia, collatâ etiam pecuniâ, si placuerit, saccis assumptis vel secus, excitentur. Ceterum quaevis horum varietas non obest quominus indulgentiae possint acquiri a sodalibus, dummodo ea praestent, quae iis lucrandis ab Apostolica Sede praecepta

sunt. Addita tamen huiusmodi statuta episcopo dioecesano probentur, eiusque moderationi maneant obnoxia; quod Constitutione Clementis VIII *Quaecumque* sancitum est.

VIII

Rectorum electio, qui nempe Sodalitatis membra in piam societatem recipiant, eorum rosariis benedicant, omnibus denique fungantur muneribus praecipuis, ad Magistrum generalem vel eius Vicarium, uti antea, spectet; de consensu tamen Ordinarii loci, pro ecclesiis clero saeculari concreditis.

Quo autem Sodalitati conservandae melius prospiciatur, Magistri generales ei rectorem praeficiant sacerdotem aliquem, in ecclesia, ubi est instituenda Sodalitas, certo munere fungentem vel certo fruentem beneficio, illiusque in hoc sive beneficio sive munere in posterum successores. Si, qualibet ex caussa, desint, Episcopis, uti iam est ab hac Apostolica Sede sancitum ([1]), facultas esto ad id muneris deputandi parochos *pro tempore*.

IX

Quum haud raro peropportunum, quin etiam necessarium videatur, ut sacerdos alius legitimi rectoris loco nomina inscribat, coronis benedicat aliaque praestet, quae ad ipsius rectoris officium pertinent, Ordinis Magister rectori facultatem tribuat subdelegandi, non generatim quidem, sed in singulis casibus, alium idoneum sacerdotem, qui eius vices gerat, quoties iusta de caussa id opportunum iudicaverit.

X

Item, ubi Rosarii Sodalitas eiusque rector institui nequit, Magistro generali facultas esto designandi alios sacerdotes, qui fideles, indulgentias lucrari cupidos, Sodalitati propinquiori aggregent, et Rosariis benedicant.

XI

Formula benedicendi Rosarii, seu Coronae, usu sacrata, inde a remotis temporibus in Ordine Sodalium Dominica-

1. S. C. Indulg., die 8 Ian. 1861.

norum praescripta et in appendice romani Ritualis inserta, retineatur.

2 OCTOB. 1898.

XII

Etsi quovis tempore nomina possint legitime inscribi, optandum tamen ut solemnior illa receptio, quae, sive primis cuiusque mensis dominicis, sive in festis maioribus Deiparae haberi solet, apprime servetur.

XIII

Unicum sodalibus impositum onus, citra tamen culpam, est Rosarium unaquaque hebdomada cum quindecim mysteriorum meditatione recitandum.

Ceterum sua Rosario genuina forma servetur, ita ut coronae non aliter quam ex quinque aut decem aut quindecim granorum decadibus coalescant : item ne aliae cuiusvis formae rosarii nomine appellentur ; denique ne humanae reparationis mysteriis contemplandis, usu receptis, meditationes aliae sufficiantur, contra ea quae iamdiu ab hac Apostolica Sede decreta sunt, id est, qui ab his consuetis mysteriis meditandis recesserint, eos Rosarii indulgentias nullas lucrari (1).

Sodalitatum rectores sedulo curent ut, si fieri possit, quotidie, vel saltem quam saepissime, maxime in festis beatae Virginis, ad altare eiusdem Sodalitatis, etiam publice Rosarium recitetur ; retenta consuetudine huic Sanctae Sedi probata, ut per gyrum cuiuslibet hebdomadae singula mysteria ita recolantur : *gaudiosa* in secunda et quinta feria ; *dolorosa* in tertia et sexta ; *gloriosa* tandem in dominica, quarta feria et sabbato (2).

XIV

Inter pios Sodalitatis usus merito primum obtinet locum pompa illa solemnis, qua, Deiparae honorandae caussa, vicatim proceditur, prima cuiusque mensis dominica, praecipue vero prima Octobris ; quem morem, a saeculis institutum, S. Pius V commendavit, Gregorius XIII inter *lauda-*

1. S. C. Indul., die 13 Aug. 1726. — 2 . S. C. Indul., die 1 Iul. 1839 ad 5.

bilia instituta et consuetudines Sodalitatis recensuit, multi denique summi Pontifices indulgentiis locupletarunt (1).

Ne autem huiusmodi supplicatio, saltem intra ecclesiam, ubi temporum iniuria extra non liceat, unquam omittatur, privilegium a Benedicto XIII Ordini Praedicatorum concessum, eam transferendi in aliam dominicam, si forte ipso die festo aliqua caussa impediatur (2), ad omnes Sodalitatum sacratissimi Rosarii rectores extendimus.

Ubi autem propter loci angustiam et populi accursum ne per ecclesiam quidem possit ea pompa commode duci, indulgemus, ut, per interiorem ecclesiae ipsius ambitum, sacerdote cum clericis piae supplicationis caussâ circumeunte, Sodales, qui adstant, indulgentiis omnibus frui possint eidem supplicationi adnexis.

XV

Privilegium Missae votivae sacratissimi Rosarii, Ordini Praedicatorum toties confirmatum (3), servari placet, atque ita quidem ut non solum Dominiciani sacerdotes, sed etiam Tertiarii a Poenitentia, quibus Magister generalis potestatem fecerit Missali Ordinis legitime utendi, Missam votivam « *Salve Radix Sancta* » celebrare possint bis in hebdomada, ad norman decretorum S. Rituum Congregationis.

Ceteris vero sacerdotibus in Sodalium album adscitis, ad altare Sodalitatis tantum Missae votivae celebrandae ius esto, quae in Missali romano pro diversitate temporum legitur, iisdem diebus ac supra et cum iisdem indulgentiis. Harum indulgentiarum sodales etiam e populo participes fiunt, si ei sacro adstiterint, culpisque rite expiatis vel ipsa confessione vel animi dolore cum confitendi proposito, pias ad Deum fuderint preces.

1. S. Pius V *Consueverunt*, die 17 Sept. 1569; Gregorius XIII *Monet Apostolatus*, die 1 Apr. 1573; Paulus V *Piorum hominum*, die 15 Apr. 1608. — 2. Constit. *Pretiosus*, die 26 Maii 1727, § 18. — 3. Decr. S. C. Rit., die 25 Iun. 1622; — Clemens X *Caelestium munerum*, die 16 Febr. 1671; — Innocentius XI *Nuper pro parte*, die 31 Iul. 1679, cap. X, nn. 6 et 7. Pius IX in Summarium Indul., die 18 Sept. 1862, cap. VIII, nn. 1 et 2.

XVI

2 OCTOB. 1898.

Magistri generalis curâ et studio, absolutus atque accuratus, quamprimum fieri potest, conficiatur index Indulgentiarum omnium, quibus romani Pontifices Sodalitatem sacratissimi Rosarii, ceterosque fideles illud pie recitantes cumularunt, a sacra Congregatione Indulgentiis et SS. Relequiis praeposita expendendus et Apostolica auctoritate confirmandus.

Quaecumque igitur in hac Apostolica Constitutione decreta, declarata, ac sancita sunt, ab omnibus ad quos pertinet servari volumus ac mandamus, nec ea notari, infringi et in controversiam vocari posse ex quavis, licet privilegiata caussa, colore et nomine : sed plenarios et integros effectus suos habere, non obstantibus praemissis et, quatenus opus sit, Nostris et Cancellariae Apostolicae regulis, Urbani VIII aliisque apostolicis, etiam in provincialibus ac generalibus Conciliis editis Constitutionibus, nec non quibusvis etiam confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis statutis, consuetudinibus ac praescriptionibus : quibus omnibus ad praemissorum effectum specialiter et expresse derogamus et derogatum esse volumus, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo nonagesimo octavo, sexto nonas Octobris, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

C. CARD. ALOISI MASELLA PRO-DAT. —A. CARD. MACCHI.

VISA

DE CVRIA I. DE AQVILA E VICECOMITIBVS

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Secret. Brevium

I. CVGNONIVS.

ALLOCUTIO

Ad Galliae opifices.

DE PATRONATU GALLIAE IN ORIENTEM NEC NON DE DEMOCRATIA CHRISTIANA.

8 OCTOB. 1898

Laetatur Pontifex propter invictam et in dies majorem operariorum erga S. Sedem observantiam.

C'EST pour Notre cœur une nouvelle et douce joie, très chers fils, de vous voir une fois de plus, dans Nos vieux jours, réunis ainsi et groupés si nombreux autour de Nous. Votre arrivée et votre présence ici Nous sont une preuve manifeste, que loin d'ébranler votre fidélité et votre constance, le temps et les événements ne font que fortifier de plus en plus dans vos âmes ces sentiments de respect et d'attachement au Siège Apostolique, de dévoûment et de piété filiale que vous venez de Nous exprimer, et dont par le passé vous Nous avez donné déjà tant et de si éclatants témoignages. — Aujourd'hui une pensée spéciale a contribué à vous ramener auprès de Nous. Ainsi que vous l'avez rappelé tout à l'heure, il vous tardait de Nous remercier de l'acte récent par lequel Nous avons confirmé les déclarations antérieures du Saint-Siège sur votre patronat traditionnel en Orient. Et c'est dans cette pensée que se sont joints à ce pèlerinage ouvrier les vaillants religieux que Nous apercevons au milieu de vous et qui ont si bien mérité de la Terre Sainte. Pénétrés de zèle pour la gloire de ces Lieux bénis, qui ont été les témoins de la vie et de la mort du Sauveur des hommes, ils y conduisent périodiquement ces nombreux pèlerins de la pénitence, qui vont y offrir à Dieu leurs prières pour les besoins de la sainte Église et pour le retour en son sein de nos frères séparés. — Nous-même, il y a peu d'années, Nous avons voulu, dans ce but, qu'un solennel Congrès Euhcaristique fût célébré, sous la présidence d'un Cardinal français, dans cette ville même de Jérusalem, où a été institué ce grand Sacrement, qui est le gage divin de l'union entre les fidèles. Continuez donc, chers fils, vos pieuses pérégrinations en

Memorat motivum speciale quo moventur; scl. confirmationem Patronatus Galliae in Orientem.

Extollit religiosos qui pias peregrinationes ducunt ad terram sanctam,

quam ipse coetu Eucharistico illustrari voluit.

8 OCTOB. 1898.

Terre Sainte ; elles contribueront puissamment à fortifier la foi et à féconder votre noble mission en Orient.

Operariis gravia munera incumbunt.

Pour vous, très chers fils, qui êtes la France du travail, vous n'ignorez pas qu'à vous aussi incombent d'importants et graves devoirs, qui intéressent la société tout entière. Et puisque vous venez de faire allusion à la démocratie, voici ce qu'à ce sujet Nous devons vous inculquer. — Si la démocratie s'inspire aux enseignements de la raison éclairée par la foi ; si, se tenant en garde contre de fallacieuses et subversives théories, elle accepte avec une religieuse résignation et comme un fait nécessaire, la diversité des classes et des conditions ; si, dans la recherche des solutions possibles aux multiples problèmes sociaux, qui surgissent journellement, elle ne perd un instant de vue les règles de cette charité surhumaine, que Jésus-Christ a déclaré être la note caractéristique des siens ; si, en un mot, la démocratie veut être chrétienne, elle donnera à votre patrie un avenir de paix, de prospérité et de bonheur. Si, au contraire, elle s'abandonne à la révolution et au socialisme ; si, trompée par de folles illusions, elle se livre à des revendications destructives des lois fondamentales sur lesquelles repose tout l'ordre civil, l'effet immédiat sera, pour la classe ouvrière elle-même, la servitude, la misère et la ruine. — Loin de vous, très chers fils, une pareille et aussi sombre perspective. Fidèles à votre baptême, c'est à la lumière de la foi que vous jugez et appréciez les choses de cette vie, vrai pèlerinage du temps à l'éternité. Tandis qu'ailleurs les questions sociales troublent et tourmentent les hommes du travail, vous gardez vos âmes dans la paix, en vous confiant à ces patrons chrétiens, qui président avec tant de sagesse à vos laborieuses journées, pourvoient avec tant de justice et d'équité à votre salaire, et, en même temps, vous instruisent de vos droits et de vos devoirs en vous interprétant les grands et salutaires enseignemets de l'Église et de son Chef. — Ah ! puisse la France voir se multiplier, de plus en plus, des patrons qui ressemblent aux vôtres et notamment à ce *Bon Père* qui, depuis des années, se fait un bonheur de vous conduire à Nos pieds. Puissiez-vous, vous-mêmes, par votre

Democratia, ut prosperitati allaboret, christiana *sit oportet.*

Quod si socialistica fuerit, ipsorummet opificum ruinam molietur.

Sint igitur memores sui baptismi et vocationis ad vitam futuram;

Pax vigeat et fiducia mutua inter dominos opificesque.

Laudem accipit peregrinationis dux.

Utinam exemplum

operariorum errantes fratres ad meliorem frugem adducat, in patriae salutem decusque.

exemple, et, au besoin, par vos paroles, ramener à Dieu et à la pratique des vertus chrétiennes vos compagnons égarés et enrichir votre patrie de phalanges d'ouvriers comme celle que nous avons ici sous les yeux ! S'il plaisait au Seigneur d'exaucer ce vœu, le salut et la prospérité de votre nation seraient assurés et elle ne tarderait pas à reprendre dans le monde la place spéciale et la glorieuse mission, que la Providence lui avait assignées.

Sequuntur paterna monita : de virtutibus statui suo congruis colendis, de memoranda vita futura, de sequendo exemplari Christo operario, de oratione frequentanda.

En attendant, très chers fils, efforcez-vous par votre esprit d'humilité, de discipline, et d'amour du travail, de vous montrer toujours dignes de votre noble titre d'ouvriers chrétiens. Aimez vos patrons, aimez-vous les uns les autres. Aux heures où le poids de vos rudes labeurs pèsera plus lourdement sur vos bras fatigués, fortifiez votre courage en regardant vers le ciel. Rappelez-vous le divin Ouvrier de Nazareth. Volontairement il a choisi cette modeste condition, afin d'être plus intimement des vôtres, et diviniser, en quelque sorte, le travail des mains et l'atelier. Par-dessus tout, recourez fréquemment à la prière, et jamais ne négligez vos devoirs religieux ; ils seront pour vous une source toujours féconde de consolations, de force et de persévérance finale.

C'est comme gage de ces dons célestes et de Notre particulière affection, que Nous vous accordons de tout cœur, très chers fils, à tous ici présents, à vos parents, vos familles et vos amis, la bénédiction Apostolique.

LITTERAE APOSTOLICAE

QUIBUS NONO EXEUNTE SAECULO, QUO JUSTA FUNEBRIA PRO ANIMABUS DEFUNCTORUM MENSE NOVEMBRI IN ECCLESIA CONSTITUTA SUNT, SACRAE INDULGENTIAE MUNERA CONCEDUNTUR.

17 OCTOB. 1898.

Occasione celebris aniversarii, conceditur Indulgentia plenaria in ecclesiis Italiae lucranda.

QUUM adventante mense Novembri nonum claudatur saeculum ex quo divino afflante numine sanctus Odilo Abbas Cluniacensis, annuente et probante Pontifice maximo in tota Ecclesia catholica iusta funebria pro animis christianorum defunctorum persolvenda primus instituit: Nos ad augendam fidelium religionem animarumque salutem procurandam caelestibus Ecclesiae thesauris pia caritate intenti, omnibus ex utroque sexu christifidelibus vere poenitentibus et confessis, ac sacra Communione refectis, qui uno mensis Novembris die, cuiusque eorum arbitrio sibi eligendo, quamlibet Italiae ecclesiam in qua saecularia huiusmodi solemnia peragantur hoc anno devote visitaverint et ibi pro christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem etiam dictis animabus fidelium in purgatorio detentis per modum suffragii applicabilem in Domino concedimus. Volumus autem ut praesentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae praemunitis, eadem prorsus adhibeatur fides quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Praesentium litterarum auctoritas vindicatur.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die XVII Octobris MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

Pro Dño CARD. MACCHI

NICOLAVS MARINI *Subst.*

EPISTOLA

Ad Marianum de Luca, S. J.

EJUS OPUS "INSTITUTIONES CANONICAE" PRAECLARE LAUDATUR.

18 OCTOB. 1898.

Utiliter typis commisit auctor suas: " Institutiones Canonicas ".

DOCTORIBUS decurialibus Universitatis Gregorianae, sicut assiduum in disciplinis rite tradendis studium laudi vertimus, ita perutilem gratulamur curam, qua habitas ad auditores praelectiones typis committunt : ut nempe plures, ex opera ipsorum, emolumentum capiant, eorumque praesertim votis prospiciatur, qui haustae pridem in scholis doctrinae memoriam possint pro opportunitate ab exaratis libris instaurare. Id te nuper etiam praestitisse tuae Nos docuere litterae amoris et officii plenae, quinaque volumina oblata, quibus Institutiones canonicae continentur, quas diligentiâ haud exiguâ adornatas publice tradideras. Enimvero quum perspecta Nobis erat tua in perquirendis religionis documentis peritia, tum animi ardorem noveramus, quo te auctoritati Romanorum Pontificum pro viribus adserendae totum devovisti. Sed sacris disciplinis provehendis aeque ac legum ecclesiasticarum custodiae vindicandae summopere intenti, te Nostrae plane expectationi respondere, scriptisque de iure canonico in lucem editis non minus in scientiis solertiam, quam fidem in hanc Petri Cathedram probe testari, peculiariter, nec sine caussa, gaudemus. Quid enim Ecclesiae sit iuris, quaeque potestas, hac maxime tempestate quum omnia transversum aguntur, penitus nosse, non solum ad clerum attinet, verum etiam ceterorum refert, ut, sanctissimis legibus perducti propositum aeternae beatitatis finem recte assequi contendant. Libros autem tuos ad id merito esse compositos non doctrinarum modo atque eruditionis delectus, sed etiam dilucidus ordo satis ostendit. Nam Camilli Tarquini Cardinalis, tuique olim in Gregoriano Athenaeo antecessoris vestigiis ingressus, perspicuitati insimul et

Pontifex laudat Auctoris peritiam, in S. Sedem devotionem, operisque ejus, etiam pro laicis, nostris temporibus oportunitatem.

Commendat librorum non tantum eruditionem sed et perspicuitatem,

rerum sinceritati in opere concinnando imprimis consulis, apteque officia, quibus Ecclesia, pro natura ipsa societatis perfectae, luculenter regitur, ita prosequeris, ut illis potissimum, qui in sacrarum disciplinarum spem adolescunt, utilitas haud dubia afferatur acre atque impensum canonum studium in se vel excitandi vel fovendi. — Volumus igitur, ut debitae aliquod laudis testimonium hisce in litteris habeas ; pariterque optamus alacri te animo esse, Nostraque ex benevolentia vires concipere, quae tibi industriam exacuant ad novos ineundos eius generis labores, evulgandosque reliquos, quos innuisti, libros de Ecclesiae iuribus. — Uberem vero caelestium munerum copiam tibi, dilecte fili, enixe adprecamur a Deo, eorumque auspicem Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

8 OCTOB. 1898.

qua utilitas ipsorum augetur.

Laudatum Auctorem stimulat ad novos labores

atque benedicit.

Datum Romae apud S. Petrum die XVIII Octobris MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Cardinalem Krementz, Archiepiscopum Coloniensem.

DE LOCO DORMITIONIS DEIPARAE.

11 NOVEMB. 1898.

Laetatur Pontifex de eo quod locus Dormitionis catholicis fuerit attributus ab imperatore observantissimo,

nec non de studio catholicorum.

Optat ut piae peregrinationes instituantur.

Benedicit.

LITTERAS perlibenter accepimus, quibus Nos certiores fieri voluisti de loco Dormitionis Deiparae, quem nuper Hierosolymis acquisitum Imperator vester catholicis Germaniae hominibus dono attribuit. Id sane Nobis ab Imperatore ipso humanissime nunciatum iam fuerat, cui Nos debita grati animi sensa, prouti munus postulabat, directim aperire maturavimus. Nunc porro novisse oblectat valde, Germaniae catholicos meritam collato beneficio gratiam memori, ut par erat, mente et pluribus observantiae officiis certatim persolvere. Confidimus autem, adauctâ inde erga Virginem sanctissimam in dies pietate, fideles istos, piis susceptis peregrinationibus, locum rite frequentaturos, qui beatae Dei Matris obitu dedicatus traditur. Qua profecto ex pietate, quum sibi singuli propitiam augustissimae Parentis voluntatem largius demerebunt, tum assequi plane contendent, ut Ipsa Germanam gentem universam praesentior respiciat rebusque religionis et civilis societatis apud vos provehendis adsit summopere. — Tibi interea, dilecte fili Noster, ceterisque qui optime tecum de sacris Deiparae monumentis apud Palestinos mereri student nec non catholico Germaniae populo, caelestium munerum auspicem, praecipuaeque Nostrae benevolentiae testem, Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XI Novembris MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Archiepiscopum Aquilanum.

DE PRIMO CATHOLICORUM APRUSII COETU.

PRIMUM catholicorum Aprusii coetum, felici omnino eventu, Aquilae celebratum fuisse, iam Nobis nuntiatum erat, quum litterae ad Nos advenere tuae atque eorum qui in coetu simul adfuerunt. Magnam profecto ex ipsarum lectione iucunditatem percepimus; inde enim licuit arguere, quantus fidei ardor vigeat in istis populis quantaque spes adsit de re catholica in nobili regione vestra in melius provehenda. Qua in re id primum necesse est ut, ducibus ac moderatoribus Episcopis clerus omnis impigre assidueque adlaboret ad societates eas condendas promovendasque, quas saepe Nos commendavimus, praesertim vero postremis ad Italos litteris, quas dedimus die V augusti huius anni. Vobis etiam, Venerabilis Frater, qui regendis dioecesibus praeestis, haud exiguum adiumentum erit ex hac fidelium in coetus coitione ad religionis Ecclesiaeque rationes tuendas; si quidem, ut par est, suus auctoritati stet honos suaque obedientia. Id igitur ut quam primum secundeque eveniat, caelestium ubertatem munerum tibi ceterisque Aprutii Episcopis ac gregibus cuique creditis ex animo adprecamur; et Apostolicam benedictionem, Nostrae caritatis testem, amantissime impertimus.

14 NOVEMB. 1898.

Ex Catholicorum Aprusii coetus felici eventu Pontifex gaudium et spem concepit.

Optat ut clerus, moderantibus Episcopis, exsequatur instructiones pontificias de condendis societatibus

ex quibus uberes fructus expectare licet.

Benedicit.

Datum Romae apud S. Petrum die XIV Novembris MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Ministrum Generalem Ord. Fratrum Min.

UBI MONITA TRADUNTUR PRAESERTIM QUOAD STUDIA ET PRAEDICATIONEM.

25 NOVEMB. 1898.

Pro suo in Franciscanum ordinem meritissimum studio, Pontifex litteras scribit ut laus ipsius atque utilitas pergat crescatque.

NOSTRA erga Fratres Minores pridem sane suscepta ac multis iam testata rebus voluntas, quo modo fecit Nos ad ea cogitanda ac sancienda alacriores, quae vobis plurimum intelligebamus profutura, ita nunc permovet ut cursum rerum vestrarum rationemque universae disciplinae studioso sequamur animo. Nihil enim tam avemus, quam ut Franciscanus Ordo, tot praesertim meritis tantoque nomine, florere sine ulla temporis intermissione pergat, imo communium custodiâ legum, virtutumque et studiorum optimorum laude, Deo auxiliante, crescat : atque ita quidem, ut non sibi consulat uni, sed opes doctrinae, virtutis, sollertiae suae in communem hominum afferat fructum atque utilitatem. Quamobrem nonnulla visum est his litteris attingere utilia factu. Ad haec te, qui magistratum Ordinis maximum geris, volumus pro tua prudentia diligenter attendere.

Non improbat quidem studium modernae eruditionis, sed ducem proponit Aquinatem ne lapsus fiat in Rationalismum.

De studio maiorum disciplinarum satis commonstrant Litterae Nostrae Encyclicae *Aeterni Patris*, qua sit ingrediendum via. Discedere inconsulte ac temere a sapientia Doctoris angelici, res aliena est a voluntate Nostra eademque plena periculi. Perpetua quidem sunt humanae cogitationis itinera, augeturque accessionibus fere quotidianis scientia rerum ac doctrina : quis autem nolit his rebus sapienter uti, quas recentiorum pariat eruditio et labor ? Quin imo adsciscantur hinc libenter quae recta sunt, quae utilia, quae veritati divinitus traditae non repugnantia : sed qui vere philosophari volunt, velle autem potissimum debent religiosi viri, primordia ac fundamenta doctrinae in Thoma Aquinate ponant. Eo neglecto, in tanta ingeniorum licentia,

pronum esse in opinionum portenta delabi atque ipsa *rationalismi* peste sensim afflari, nimium iam res et facta testantur. Quid si eiusmodi aliquid in eos obrepat, quibus officium sit instituere cupidam religiosae professionis iuventutem? Sanctum itaque sit apud omnes beati Francisci alumnos Thomae nomen: vereanturque non sequi ducem, quem bene scripsisse de se IESUS CHRISTUS testabatur.

25 NOV. 1898.

Monet ut in explanandis divinis litteris caveant a novitatibus audacibus atque hostilibus.

Dein nihil esse vides, quod fidei christianae tam vehementer intersit, quam explanari probe ac fideliter, ut oportet, conscripta divino Spiritu afflante volumina. Habenda ratio et diligentia est in re tanti momenti, ne quid, non modo superbia, sed ne levitate quidem animi imprudentiave peccetur: in primisque ne plus aequo tribuatur sententiis quibusdam novis, quas metuere satius est, non quia novae sunt, sed quia plerumque fallunt specie quadam et simulatione veri. Adamari hac illac coeptum est, vel a quibus minime debuerat, genus interpretandi audax atque immodice liberum: interdum favetur etiam interpretibus catholico nomini alienis, quorum intemperantia ingenii non tam declarantur sacrae litterae, quam corrumpuntur. Cuiusmodi incommoda in malum aliquod opinione maius evasura sunt, nisi celeriter occurratur. Omnino postulant *eloquia Dei* a cultoribus suis iudicium sanum ac prudens: quod nullo modo poterit esse tale, nisi adiunctam habeat verecundiam modestiamque animi debitam. Id intelligant ac serio considerent, quicumque pertractant divinos libros: iidemque meminerint, utique habere se quod in his studiis tuto sequantur, si modo audiant Ecclesiam, ut debent. Nec silebimus, Nos ipsos per Litteras *Providentissimus Deus*, quid hac de re sentiat, quid velit Ecclesia, deditâ operâ docuisse. Praecepta vero et documenta Pontificis maximi negligere, catholico homini licet nemini.

Hortatur ad modestiam et submissionem erga Ecclesiam documentaque pontificia.

In praedicatione serventur quae de hac re statuta sunt.

Cum notitia rectaque intelligentia Scripturarum magnopere coniunctum illud est, versari sancte et utiliter *in ministerio verbi*. Tu vero in hoc genere, quantum vigilando conandoque potes, ne patiare quicquam vitii Sodalibus tuis adhaerescere: sed enitere et perfice, ut quae sacrum Consilium negotiis Episcoporum atque Ordinum religiosorum

propositum, non multos ante annos, datis in id litteris, monuit et praecepit, omnia inviolate serventur. Finis est eloquentiae sacrae, eorum salus qui audiunt; quare tradere praecepta morum, vitia coarguere, mysteria cognitu necessaria ad vulgi captum explanare, hoc munus, haec suprema lex est. Nihil in praeconibus Evangelii tam absonum, quam in aliena, dicendo, excurrere, materiamve ad explicandum sumere aut levioris momenti, aut otiosam, aut altius petitam: qua ratione obstrepitur quidem paulisper auribus, sed nihilo minus ieiuna, quam venerat, multitudo dimittitur. Erudire, permovere, convertere ad meliora animos velle debent, qui ad concionandum pro potestate sacra accedant: quod tamen assequi, nisi diligenti praeparatione adhibita, nullo pacto queunt. De Minoribus igitur tuis, quicumque id muneris malunt attingere, tu dabis operam ut instruant atque ornent singuli sese, priusquam aggrediantur, adiumentis praesidiisque necessariis, studio rerum atque hominum, cognitione theologiae, arte dicendi, et quod caput est, suorum observantia officiorum et innocentia vitae: is enim recte et cum fructu vocat alios ad officia virtutum, qui cum virtute vivat ipse, quique facile possit mores suos exponere, tamquam speculum, multitudini.

Qui sit finis eloquentiae sacrae, quique scopuli vitandi.

Quae apud concionatorem dotes requirantur.

Virtutem autem vestram beneficam valde velimus, quod alio loco idem diximus, coenobiorum praetervehi terminos, ac bono publico manare latius. De beato Francisco patre, deque alumnis eius praestantissimis memoriae est proditum, se totos populo dedere, et in salute publica operam ponere acri diligentia solitos. Circumspice nunc animo res atque homines: plane reperies, tempus vobis esse idem illud repetere institutum, et exempla moremque antiquorum animose imitari. Nam si alias unquam, certe quidem hoc tempore magna ex parte nititur in populo salus civitatum: ideoque nosse e proximo multitudinem, ac tam saepe non inopia tantummodo et laboribus, sed insidiis et periculis undique circumventam, amanter iuvare docendo, monendo, solando, officium est utriusque ordinis clericorum. Nosque ipsi si litteras encyclicas de Secta Massonum, de conditione opificum, de praecipuis civium christianorum officiis, alias-

Utinam virtus vestra benefica latius in populo dimanet.

Hoc postulat spiritus ordinis vestri,

hoc, necessitas temporis et praevalens populi potestas;

hoc, opera nostra in populi beneficium.

que generis eiusdem ad Episcopos dedimus, populi potissimum gratiâ dedimus, ut scilicet ex iis sua metiri iura et officia, sibique cavere et saluti suae recte consultum velle disceret. Bene autem de communibus rebus merendi non exiguam praebet facultatem Franciscanus Ordo Tertius: qui si excitare christianos olim spiritus, atque alere passim virtutis amorem et pietatis artes commode potuit: si saepe etiam ad mansuetudinem, concordiam, tranquillitatem per turbulenta tempora valuit; quid ni similium bonorum renovare queat ubertatem veterem? Certe studia hominum multo maiora movebit, si praecones atque adiutores industrios maiore numero habuerit: qui propagare sodalitium nitantur, qui naturam eius, mitesque leges ac sperata benefacta in conspicuo ponant: idque praedicatione, scriptis editis, conciliis identidem habendis, ratione denique omni, quaecumque e re esse videatur. In hoc certe nec unquam fuit iners opera vestra, nec est: verumtamen memineritis, requiri a vobis curam constantem studiumque progrediens: nam quorum e sinu effloruit salutare institutum, eos decet maxime omnium pro eius conservatione et propagatione contendere.

25 NOV. 1898.

Commendatur meritum tertii ordinis S. Francisci.

Fructus uberiores sperantur ex praedicatione et actione populari.

Talia decent ordinem vestrum.

Horum adipiscendorum bonorum, quae tibi diligentissime commendamus, copia vobis nunc maior est, quia coalito in unum velut corpus Ordini firmitas et robur accessit. Accedat munere beneficioque divino stabilitas concordiae, caritas mutuâ, servandaeque disciplinae communis summum in unoquoque studium. Dicto audientes praepositis suis, iuniores nitantur quotidie in virtute proficere: alteque defixum in mente gerant, nihil tam esse perniciosum religioso viro, quam vagari animo solute et oscitanter, vel cogitatione rapi e septis coenobii longius. Aetate provecti exemplum perseverantiae impertiant ceteris: nominatim ad ea, quae non ita pridem de Ordine Minoritico constituta sunt, flectant se libenter, non gravate: ea enim sunt a potestate legitima et suo ipsorum bono constituta: omnes autem in id toto pectore incumbite, *ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis.*

His bonis consequendis favet status ordinis in unum coadunati.

Monita traduntur: communia omnibus,

dein junioribus

nec non senioribus specialia.

Auspicem divinorum munerum, benevolentiaeque No-

Benedictio

strae testem, tibi universisque Minoribus Apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXV Novembris MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

ALLOCUTIO

Habita in consistorio die XXVIII novembris

anno MDCCCXCVIII.

DE CONFIRMANDA ELECTIONE
PATRIARCHAE ANTIOCHENI SYRORUM.

28 NOV. 1898.

Ecclesiae Antiochenae diu orbatae novus Patriarcha designatus est.

PRIUSQUAM referamus hodierno die ad amplissimum Collegium vestrum de aliorum creatione episcoporum, pro uno e Patriarchis Orientalibus interponenda apostolici muneris auctoritas est. Videlicet Antiochena Syrorum Ecclesia in orbitate Patriarchae sui mensibus plus duodecim fuit, e vivis sublato venerabili fratre Ignatio Benham Benni, cum annum quintum in ea dignitate ageret. Cum igitur designare Episcopos syriaci ritus oporteret quem vellent in ipsius locum succedere; cumque huius rei caussâ in templum patriarchale Mardense Virgini Mariae Immaculatae dedicatum, rite ad Synodum convenissent, die nono mensis Octobris proximi superioris, Patriarchalem dignitatem cunctis suffragiis contulere Venerabili Fratri Dionysio Ephraem Rahmani Archiepiscopo Aleppensi Syrorum, qui exemplo et consuetudine decessorum suorum Ignatius sibi nomen imposuit. Quod ubi fama vulgavit, gratulari palam catholici syriaco ritu, consentientibus et approbantibus ceteris : est quippe vulgo cognita viri pietas ac doctrina cum episcopali studio coniuncta. Mox episcopi qui ad Synodum ac suffragia coiverant, implorandum a Nobis curarunt, ut Patriarcham electum confirmare sacroque donare Pallio placeret. Quae Patriarcha ipse petiit eadem, cum fidem catholicam ex usitata orientalibus formula professus esset, sacramentumque, ut assolet, dixisset Nos quidem annuendum censuimus, quod petunt : multoque id facimus libentius, quod excellentem virum certo scimus functurum integre ac sapienter excelso munere, communi-

Pro merito suo laetanter exceptus fuit.

Episcopi electores necnon electus, confirmationem postulant.

Annuendum censuimus eoque libentius quod vir

spem affert optimam. tatique Syrorum, in his praesertim temporibus, plurimum consilio, plurimum opera profuturum.

Quid vobis videtur ?

Formula confirmationis. Auctoritate omnipotentis Dei, sanctorumque Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, electionem seu postulationem a Venerabilibus Fratribus Episcopis Syris factam de persona Venerabilis Fratris Dionysii Ephraem Rahmani, sanatis quatenus opus sit vitiis, quaecumque electioni ipsi potuerint officere, probamus ratamque habemus ; eumque solventes a vinculo, quo Ecclesiae Aleppensi Syrorum obstringitur, ad Patriarchalem Antiochenam Ecclesiam Syrorum, omnibus cum privilegiis, quibus decessores eius ab hac apostolica Sede ornari consueverunt, evehimus et promovemus, et Patriarcham ac Pastorem Syrorum, uti in decreto et schedula consistorialibus significabitur, constituimus et declaramus, contrariis non obstantibus quibuscumque.

In Nomine Patris ✠, et Filii ✠, et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

EPISTOLA

Ad Card. Perraud, Episcopum Augustodunensem.

DE CONSILIO MONUMENTI BOSSUETO PONENDI.

NIHIL fieri tam pulchrum tamque consentaneum arbitramur posse quam ut civitates honore praecipuo colant eorum virorum memoriam, a quibus ipsae ante alias nobilitatae sint. Inest in hoc vicissitudo quaedam decoris quod hinc accipitur, inde redditur. Nunc vero, quamquam is est Bossuetus, ut non unam aliquam civitatem, sed omnino Galliam totam illustrarit, tamen propter maiorem coniunctionem aliquanto plus contulisse splendoris in eam dioecesim videtur, quam episcopus rexit. Idcirco, ubi primum de Venerabili Fratre Episcopo Meldensium cognovimus cogitare se monumentum immortali decessori suo ponere in templo principe, magnopere consilium probavimus. Nam plane perspicimus clero populoque e Gallia catholico laudi futurum, grati animi monumentum tali viro posuisse qui ornamenta naturae suae in primis et maxime ad patrocinium tutelamque catholici nominis omnia transtulit ; lumen ingenii, altitudinem animi, doctrinae copiam, nominatimque oratoriam plenam gravitate et maiestate eloquentiam. Cum itaque tu et episcopus Meldensis ceterique monumenti perficiendi curatores exsequi propositum statueritis, vobis auctores sumus ut manum operi admoveatis alacres : non vos civium vestrorum assensus, non munificentia deficiet. Quidquid autem curae studiique in Bossueto honorando posueritis, id omne Ecclesiae potissimum tributum putatote.

29 NOV. 1898.

Merito in civitate sua Meldensi colitur Bossuetus, qui universam Galliam illustravit.

Idcirco consilium vestrum probamus.

Optime meruit de nomine catholico praesertim ex eloquentia sua.

Curatores sint alacres in consilio exsequendo; non desint cives.

Omnis Ecclesia ex eo honorabitur.

Auspicem divinorum munerum, benevolentiaeque Nostrae testem, tibi eisque omnibus Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus. *Benedictio.*

Datum Romae apud S. Petrum die IV Decembris MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

ALLOCUTIO

Ad S.R.E. Cardinales redeuntibus natalis Christi solemnibus.

DE STATU ECCLESIAE IN ITALIA.

23 DEC. 1898.

Gratiae referuntur S. Collegio.

È UN omaggio consueto, non per questo però men caro, quello che Ci vien reso oggi dal Sacro Collegio, di cui ella ha interpretato così bene, Signor Cardinale, gli amorevoli sensi. Ve ne ringraziamo, Venerabili Fratelli, e appena Ci è mestieri accennarvi la costante corrispondenza del Nostro affetto. — Quanto a Noi personalmente, adoriamo in umiltà di spirito riconoscenti e devoti la benigna provvidenza del Signore che degnasi di conservarci tuttora il prezioso dono della vita. Certo, il peso delle apostoliche sollecitudini si fa più grave per quello sopraggiunto degli anni. Ma nondimeno un pensiero di meraviglioso conforto va ripetendo alla stanca virtù che, se Noi siamo nulla, Iddio è tutto: nelle mani sue tanto può essere strumento di bene un uomo in piena virilità, quanto la fralezza di un vegliardo. E però Ci abbandoniamo interamente al suo potere e alla sua bontà col cuore disposto a spendere in servigio suo questo residuo, qualunque esso si sia de' Nostri giorni mortali.

Nonobstantibus aetate et sollicitudine, spes non deest.

Mala temporis nostri sunt removenda per spiritum timoris Dei.

Ebbe purtroppo le sue tristizie l'anno novantottesimo, e taluna sì truce che l'animo rifugge di ricordarla. Troppo giusto che i consigli della civile Europa si colleghino nell'intento di far argine ad appetiti di sterminio inauditi e selvaggi. Ma la pienezza dell' effetto che si cerca non sarà conseguibile insino a che non torni a rivivere nella coscienza dei popoli e nell' organamento degli Stati il santo timor di Dio, principio sovrano di ogni moralità. — Altri casi di non lieta memoria accompagnarono l'anno che s'invola, deplorati particolarmente nella Nostra Lettera all' episcopato ed al popolo italiano. Dall'altro canto, quello che sta per sorgere

Libertas Ecclesiae et Pontificii in Italia magis magisque violatur

è da presagirlo, a più d'un indizio, poco fausto anch' esso, massime alla libertà della Chiesa in Italia. Alludiamo a cose che voi già conoscete. La dura condizione imposta al Papa, lesiva della sua dignità e delle sacrosante ragioni sue, non basta. È fatta segno a odiosi sospetti quella parte della stampa più francamente propugnatrice di religiosi e morali interessi: e ciò che è vie più significativo, nuovi rigori son minacciati al clero, già vessato in cento guise. Il clero, per indole propria e per debito d' ufficio, è il ceto più alieno da ogni sedizioso proposito, e se n' ebbe argomenti irrepugnabili anche in recenti occasioni. Ma non importa: per lui il fatto d' ubbidire alla Sede Apostolica, sostenerne i diritti, secondarne gl' intendimenti, entrerà nel novero dei reati politici. Se non che della tempra dell' animo suo diede già il clero italiano prove non dubbie molteplici: ei comprende appieno la missione sua e gli obblighi che ne derivano: lusinghe e minacce non sarà mai vero che valgano a piegarne la costanza. E alla fermezza dei chierici risponde assai bene per divino favore quella del maggior numero dei laici. Poichè larghe e salde radici ha nella penisola l'amore al pontificato romano, non altrimenti che la fede al dogma cattolico, quivi custodito gelosamente in ogni tempo come sacro tesoro. E questa doppia virtù, fonte di gloria e di salute agli antenati, è serbata essa medesima, coll' aiuto di Dio e la cooperazione concorde del clero e del laicato, a redimere le generazioni novelle.

Clero insidiae calumniose parantur.

Cleri populique Italiae salus est in fide et devotione erga S. Sedem.

Auguriamo e preghiamo le più abbondanti grazie del cielo al sacro Collegio, e come pegno della Nostra benevolenza gl' impartiamo l'Apostolica benedizione, impartendola altresì ai Vescovi, ai Prelati e a quanti altri Ci fanno corona.

EPISTOLA

Ad Archiepiscopos et Episcopos ex America latina

DE CONVOCANDO ROMAE CONCILIO.

25 DEC. 1898

Nota sunt quae jam in vestram gratiam egerimus.

QUUM diuturnum recolimus Pontificatus Nostri cursum, nihil unquam praetermisisse videmur, quod ad constabiliendum in istis gentibus promovendumque Christi regnum pertineret. Rerum quidem, quas Deo opitulante adhuc vestra caussa gessimus, manet apud vos memoria et gratia, Venerabiles Fratres; quorum navitati diligentiaeque illa providentiae Nostrae officia haud frustra commendavimus. — Nunc vero Nostri erga vos animi novum extare documentum volumus; id quod iamdiu Nobis in optatis fuit. Etenim ex quo tempore saecularia solemnia agebantur quartum ob memoriam detectae Americae, sedulo cogitare coepimus, qua potissimum via communibus rationibus latini nominis, novum orbem plus dimidia parte obtinentis, prospicere possemus. Optimum autem ad eam rem fore perspeximus, si quotquot essetis ex istis civitatibus Episcopi consultum inter vos, invitatu et auctoritate Nostra, conveniretis. Siquidem conferendis consiliis sociandisque prudentiae fructibus, quos cuique vestrum usus rerum peperisset, apte per vos provisum iri intelligebamus, ut apud eas gentes, quas idem aut certe cognatum genus coniunctas teneret, unitas ecclesiasticae disciplinae salva consisteret, vigescerent digni catholica professione mores, atque concordibus bonorum studiis Ecclesia publice floreret. Illud etiam magnopere suadebat initum exequi consilium, quod vos, sententiam rogati, huiusmodi propositum ingenti cum assensu excepissetis. — Ut autem venit perficiendae rei maturitas, optionem vobis fecimus, Venerabiles Fratres, ut eligeretis locum, ubi id habendum esse concilium videretur. Porro autem vos maximam partem significastis coituros libentius Romam, ob eam quoque caussam, quod pluribus vestrum expeditior

Et nunc Americae utilitati prospicientes, concilium congregandum decrevimus.

Pro vestra experientia statuendum erit de disciplina, de moribus, de concordia.

Consilium hoc suadebat assensus vester.

Quem ipsi locum, eligistis Romam, comprobamus.

huc pateret aditus, quam propter difficillima istic itinera ad longinquam aliquam americanam urbem. Huic declarationi sententiae vestrae, quae non leve habebat indicium amoris in Apostolicam sedem, fieri non potuit, quin magna a Nobis comprobatio accederet. Quamquam moleste ferimus, qua nunc conditione sumus, ademptam Nobis facultatem, unde vos, Romae dum eritis, tam liberaliter honesteque tractemus, quam velimus. Igitur sacrum Consilium Tridentinis decretis interpretandis habet iam a Nobis in mandatis, ut consilium Episcoporum omnium e rebuspublicis Americae latinae Romam convocet in annum proximum, atque opportune praescribat, quas illud ad leges dirigi oporteat.

Dolet Pontifex ex eo quod non poterit ipsos, sicuti vellet tractare; denique mandat ut concilium indicatur

Interea caelestium munerum auspicem, testemque benevolentiae Nostrae vobis, Venerabiles Fratres, et clero populoque singulis concredito Apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

atque benedicit.

Datum Romae apud S. Petrum ipsa die natali D. N. Iesu MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

MOTU PROPRIO

DE NOVO COLLEGIO BEDANO IN URBE.

29 DEC. 1898.

Pontifex multum desiderat conversionem Angliae.

PARTEM multo maximam benevolentiae Nostrae Anglorum sibi gens vindicavit, quam et maiorum merita praeclarae et dotes, quibus ornatur ipsa, valde commendant. Praecipuam vero curam eo convertendam duximus, ut matrem amantissimam repeteret feliciter, a qua exordia pietatis hausit, quamque diuturno saeculorum spatio virtutis et sanctimoniae laude illustravit. Nec mediocrem industriae Nostrae cepimus fructum; gestitque animus profiteri haud paucos fuisse, qui ad oblatum matris complexum cupide properarint. — Quos inter eorum maxime suspicienda fides est ac voluntas, qui, cum religioso ministerio fungerentur publice, catholicae tamen professionis caussâ minime dubitarunt bonorum omnium iacturam facere. Horum porro quoniam plerique augeri sacerdotio malunt, ut populares videlicet suos studeant catholicis sacris restituere, suasit caritas Collegium in Urbe instituere, ubi, nullis expensis, et sacris possint instrui disciplinis, et iis ornari virtutibus, quibus sacerdotalis dignitas commendatur. Id vero Collegium a *Venerabili Beda* idcirco nuncupari placuit, ut eximium illud Ecclesiae Angliaeque lumen patronum simul atque exemplum propositum alumni habeant. Quibus autem constitutionibus Collegium vigeat quibusque regatur legibus, litteris hisce Nostris motu proprio datis Apostolica auctoritate edicimus et sancimus.

Gaudet de fructu jam obtento.

Iis qui, ministerio religioso relicto, omnium bonorum jacturam fecerunt, gratis aperitur collegium,

quod, " a Venerabili Beda " *nuncupatum, constitutionibus legibusque instituit.*

BEDANI COLLEGII CONSTITUTIONES

1. Collegium, cui *Bedano* esse cognomentum decrevimus, id praestitutum habeat, homines anglos, qui haeresi eiurata operam popularibus suis ad catholica sacra traducendis navare velint, ad sacerdotium instituere ac formare. Cooptari etiam in illud fas esto, item ex anglis, qui, sacerdotio suscepto, Romam conveniant doctrinae caussâ perfectius excolendae.

2. Quas aedes in Urbe Collegium anglicum sancti Thomae obtinet, eaedem cum Bedano Instituto communes sunto, ita tamen ut alterum ab altero seorsum sit, distinctis regimine, legibus, reditibus.

3. Unum Collegio utrique templum esto atque triclinium. Una eademque adeundae Bibliothecae utrique facultas.

4. Unus utrique Collegio regundo praesit ; attamen Bedano pro-rector constituatur a rectore designandus ; cui designationi accedat Antistitum anglorum suffragium ; horum demum sententiis cognitis, ius omne electionis penes Pontificem Romanum esto.

5. Pro-rectoris officium sit domesticae disciplinae curationem habere ; alumnos si e re fuerit, ordinaria lege, in peculiaribus casibus, solvere ; quae eorumdem utilitas postularit, generatim statuere. Maioris autem momenti res, ut quae reditus administrationem quaeve alumnorum cooptationem spectant, Rector ipse decernet.

6. Adsit in Collegio, quo alumni utantur magistro ad ea recolenda, quae publice in scholis audierint.

7. Praeter illos, qui, eiurato errore sese catholicos professi sint, alios etiam in Collegium cooptare liceat maturiore aetate ; nullus tamen sacerdotio non auctus admittatur, nisi quartum aetatis annum supra vicesimum praetergressus. E collegio vero anglico in Bedanum transitus nemini praebeatur, praeterquam emenso Theologiae curriculo, dataque conditione *contubernii* integrum per annum servandi.

8. Privilegium, quo alumni Collegii anglici sacris *extra tempora* initiari queunt neque *interstitiorum* lege incolumi, itemque quo litteras *dimissoriales* a Cardinali patrono repetere, alumnis Bedanis aequo iure impertitum esto. Similiter studiis confectis, facultates eas omnes a sacro Consilio christiano nomini propagando assequentur, quas alumnis anglicis dari mos est.

9. Cardinalem patronum utrumque Collegium unum eumdemque habeto.

10. Suppeditandis sumptibus, in praesens est constituta pecunia argenteorum italicorum CCCC millium, cuius pecu-

niae vim multo maximam ex aerario Nostro iam largiti sumus. Pecuniae administratio erit penes Archiepiscopum Westmonasteriensem.

11. Stipendia quotannis numeranda tum pro-rectori tum subdocenti, singulis erunt duodecies centena libellarum italicarum.

12. Fundorum reditus Bedani Collegii Rector curabit; cui tamen ne liceat eos in alienos usus traducere: Cardinali autem patrono procurationis ratio quotannis reddatur.

13. Qui impensis Collegii aluntur, absoluto studiorum curriculo ad proprias dioeceses, iuxta iuris dispositiones, redeant. Quod si rationabili aliqua de caussa impediantur, Cardinali patrono aperiant cui dioecesi adcenseri malint. Cardinalis vero, communicatis consiliis cum Angliae Episcopis annuum coetum habentibus, quid sit agendum decernet.

LEGES COLLEGII BEDANI

Cum aetatis conditionisque alumnorum ratio sit iure habenda, qui in Bedano Collegio versantur, minime esse opus videtur minutioribus legibus perpetuaque vigilantia; ipsorum enim voluntati fidendum est eos praescripto parituros libenter. Praeter illa vero quae hisce tabulis edicuntur id quisque faxit, quod moderatores, pro re nata, imperabunt. Horum vicissim erit, quae respondentia minus apostolico muneri in unoquoque deprehenderint, benigne notare, ut emendent.

§ I. QUAE AD DISCIPLINAM UNIVERSE ATTINENT

1. Alumni iis horis e lecto surgent, religionis officia obibunt, cibum capient, quibus mos est in Collegio anglico.

2. Ad quotidianum Sacrum statasque supplicationes proprio sacrario utantur. Qui studiorum caussâ in Collegio degunt caeremoniis sollemnibus, quae publice in templo fient, cum Collegio anglico intersint. Nulli alumnorum, sine Rectoris venia singulis vicibus expetenda, Collegium alterum adire liceat.

3. Fas nulli esto, nisi data a moderatoribus venia, iis

abstinere quae in communi aguntur. A prandio et a coena ad animos relaxandos universi omnes conveniant. *29 DECEMB. 1898.*

4. Etsi tempore studiis destinato domo egredi nulla etiam quaesita venia, minime prohibentur, cavendum tamen ne saepius absint aut diutius, quam officium sinat serio in studia incumbendi.

5. Prima hora noctis elapsa, nemini versari extra domum liceat.

6. A vespertinis precibus sileant universi, et in suo quisque conclavi maneto.

7. Annuente Pro-rectore, liceat interdum apud extraneos prandere ; id tamen ne fiat noctu, absque peculiari Rectoris venia.

8. Per ferias, quae quadragenarium ieiunium antevertunt item per paschales ferias et Pentecostes, moderatorum consensu ex Urbe, si lubet, discedant ; ea tamen lege ut adsint iterum quum in scholis doceri incipiet. Abscedendi caussa moderatori pateat, eidemque probetur.

9. Autumnales ferias extra Collegium transigere fas est, suis tamen ut quisque impensis vivat.

10. Qui sacerdotes sunt in templis per Urbem perlitentur, si velint : caveant modo ne quid inde studia detrimenti capiant neve impediantur quominus sacris intersint, quae diebus sollemnioribus in templo Collegii fiunt.

11. Alumni Bedani commentationes pias, quae per octiduum quotannis in Collegio anglico peraguntur, et ipsi peragant, statasque per annum conciones audiant.

12. Sacerdotem admissis expiandis quivis pro lubito eligito.

§ II. De ratione studiorum

13. Quibus quisque doctrinarum studiis det operam, moderatoribus insciis, nemo ipse decernat.

14. Athenaei Gregoriani doctores audient. Si tamen quid caussae fuerit, aliarum doctoribus scholarum, quae in Urbe probatae sunt, ne interdicantur. Qui publicas scholas celebrare nequeant, ii, permissu moderatorum, privatis utantur magistris.

15. Nemo, sine Rectoris consensu, coetibus abstineat in Collegio haberi solitis ad ea recolenda, quae publice in scholis fuerint praelecta.

16. Quibus, ad gradus academicos pericula in scholis subeunda non erunt, ii sub anni finem se sistant probandos doctoribus : theologiae quidem auditores de doctrina, quae ad fidem et mores pertinet ; ceteri prouti moderatores decreverint.

17. Alumni qui ad exercenda ecclesiastica munia informantur, in concionibus habendis tradendaque catechesi se exerceant sedulo.

18. Nemo, nisi secus valetudo postulet, Collegio discedat ante ferias autumnales, vel ante quam periculum studiorum fecerit, vel iam a lectionibus feriante Athenaeo Gregoriano.

§ III. Quid alumni Collegio pendant

19. Iis exceptis, qui aere Collegii aluntur, ceteri libellas anglicas quinquaginta quotannis pensitent in cibos, habitationem, lychnucum, vestimentorum munditiem ignemque in communi diaeta nutriendum. Ea de pecunia ne quid detrahatur, nisi quis solido mense a Collegio abfuerit. Vestes, libros, medici operam, medicinas, ignem in conclavi proprio quisque sibi aere suo prospiciat.

§ IV. De Victu

20. Eodem utentur victu atque alumni Collegii anglici Ad prandium et coenam in commune triclinium conveniant

Datum Romae apud S. Petrum die XXIX Decembris MDCCCXCVIII, Pontificatis Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Cardinalem Goossens, Archiepiscopum Mechliniensem.

DE CONCORDIA INTER BELGAS FOVENDA.

12 IAN. 1899.

Laus pacis, quam Christus intulit quasi ceterorum bonorum fontem, quamque Belgis semper suasimus.

NIHIL profecto optatius, nihil humano convictui utilius quam concordia et pax. Quam ob rem Unigenitus Dei Filius, vix in terris visus est, hoc primum humanis gentibus intulit donum, quo nimirum cetera, sua veluti sponte, progignerentur. Neque Nos, qui veteri constantique amore Belgarum nationem prosequimur, id ipsum catholicis istis hominibus suadere unquam destitimus. Usu etenim et ratione probatum est, animis in diversa abeuntibus, res, non modo haud crescere, sed dilabi ; divisis namque bonorum viribus, vires adversariorum augentur et confirmantur. — Quantum igitur patriae utilitas, quantum ecclesiae apud vos emolumentum cordi cuique est, esse autem debet cum maxime ; hortamur singulos et obsecramus, ut privatis sententiis commodisque posthabitis, idem omnes sentiant velintque idem. — Id ut facilius eveniat, optamus, dilecte fili Noster, ut e catholicis vestratibus, qui modo in binas partes distrahi videntur, delecti viri in coetum conveniant, in eoque de ineunda inter se concordia serio amanterque agant ; ne quod bene adhuc atque utiliter gesserunt contraria sectantes perdant ; atque ex dissidio ipsorum, prouti adaucta in dies pericula nimium portendunt, gravius rei quum religiosae tum civili detrimentum inferatur. Te vero ceterosque Episcopos collegas tuos, te adhortante, omnique animi haesitatione remotâ, coetui ipsi consilio ac benevolentiâ minime defuturos et summopere volumus et sine dubio confidimus. Ut porro omnia prospere ac pro votis cedant, tibi catholicisque Belgii universis Apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Discordia res bonae dilabuntur et malorum vis augetur.

Exhortatio ad unionem in bonum Patriae et Ecclesiae.

Constituatur coetus qui de concordia agat,

ne bona acquisita perdantur et graviora mala inferantur.

Vult Pontifex ut Episcopi strenue atque benevolenter coetui allaborent atque benedicit.

Datum Romae apud S. Petrum de XII Ianuarii MDCCCXCIX, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Cardinalem Gibbons Archiepiscopum Baltimorensem.

DE AMERICANISMO.

22 IAN. 1899.

INTRODUCTIO.

Pontifex eamdem benevolentiam quam in laude et admiratione professus est erga populum Americae,

TESTEM benevolentiae Nostrae hanc ad te epistolam mittimus, eius nempe benevolentiae, quam, diuturno Pontificatus Nostri cursu, tibi et Episcopis collegis tuis ac populo Americae universo profiteri nunquam destitimus, occasionem omnem libenter nacti sive ex felicibus Ecclesiae vestrae incrementis, sive ex utiliter a vobis recteque gestis ad catholicorum rationes tutandas et evehendas. Quinimo saepe etiam accidit egregiam in gente vestra indolem suspicere et admirari ad praeclara quaeque experrectam, atque ad ea prosequenda, quae humanitatem omnem iuvant splendoremque civitatis. — Quamvis autem non eo nunc spectet epistola ut aliâs saepe tributas laudes confirmet, sed ut nonnulla potius cavenda et corrigenda significet; quia tamen eâdem apostolica caritate conscripta est, qua vos et prosequuti semper et alloquuti saepe fuimus, iure expectamus, ut hanc pariter amoris Nostri argumentum censeatis; idque eo magis futurum confidimus quod apta nataque, ea sit ad contentiones quasdam extinguendas, quae, exortae nuper in vobis, etsi non omnium, ad multorum certe animos, haud mediocri pacis detrimento perturbant.

nunc in monitione caritatis exhibet

ad extinguendas contentiones.

Occasionem scribendi praebuit liber de Vita P. Hecker.

Compertum tibi est, dilecte fili Noster, librum de vita *Isaaci-Thomae Hecker*, eorum praesertim opera, qui aliena lingua edendum vel interpretandum susceperunt, controversias excitasse non modicas ob invectas quasdam de ratione christiane vivendi opiniones. Nos igitur, ut integritati fidei, pro supremo Apostolatus munere, prospiciamus et fidelium securitati caveamus, volumus de re universa fusiori sermone ad te scribere.

Scopus epistolae *est: prospicere fidei et moribus.*

PROPOSITIO:

Novarum igitur, quas diximus, opinionum id fere consti-

Fundamentum Americanismi *exhibetur : ad alliciendos dissidentes relaxetur regula credendi, et disciplina vivendi.*

tuitur fundamentum : quo facilius qui dissident ad catholicam sapientiam traducantur, debere Ecclesiam ad adulti saeculi humanitatem aliquanto propius accedere, ac, veteri relaxata severitate, recens invectis populorum placitis ac rationibus indulgere. Id autem non de vivendi solum disciplina, sed de doctrinis etiam, quibus *fidei depositum* continetur, intelligendum esse multi arbitrantur. Opportunum enim esse contendunt, ad voluntates discordium alliciendas, si quaedam doctrinae capita, quasi levioris momenti, praetermittantur, aut molliantur ita, ut non eumdem retineant sensum quem constanter tenuit Ecclesia. — Id porro, dilecte fili Noster, quam improbando sit consilio excogitatum, haud longo sermone indiget ; si modo doctrinae ratio atque origo repetatur, quam tradit Ecclesia. Ad rem Vaticana Synodus : « Neque enim fidei doctrina, quam Deus revela« vit,velut philosophicum inventum proposita est humanis « ingeniis perficienda, sed tamquam divinum depositum « Christi Sponsae tradita fideliter custodienda et infallibili« ter declaranda... Is sensus sacrorum dogmatum perpetuo « est retinendus, quem semel declaravit Sancta Mater « Ecclesia, nec unquam ab eo sensu altioris intelligentiae « specie et nomine recedendum (1). »

PRIMA PARS. *Americanismum esse perversum ostenditur :*

A *Quoad doctrinam fidei*

a/ *Ex Vaticano Conc. : fidei doctrina infallibilis et immutabilis est.*

b/ *Ex Scriptura et Conc. Vaticano : fidei doctrina in integritate sua omnibus aetatibus, gentibusque accommodata est.*

Neque omnino vacare culpa censendum est silentium illud, quo catholicae doctrinae principia quaedam consulto praetereuntur ac veluti oblivione obscurantur. — Veritatum namque omnium, quotquot christiana disciplina complectitur, unus atque idem auctor est et magister *Unigenitus Filius qui est in sinu Patris* (2). Easdem vero ad aetates quaslibet ac gentes accommodatas esse, perspicue ex verbis colligitur, quibus ipse Christus apostolos est alloquutus : *Euntes docete omnes gentes,... docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis ; et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi*(3). Qua propter idem Vaticanum Concilium : « Fide divina, inquit, et « catholica ea omnia credenda sunt, quae in verbo Dei « scripto vel tradito continentur, et ab Ecclesia, sive

1. *Const.* de Fid. cath. c. IV. — 2. *Ioan.*, I, 18. — 3. *Matth.*, XXVIII, 19-21.

« solemni iudicio sive ordinario et universali magisterio, « tamquam divinitus revelata credenda proponuntur ([1]). » — Absit igitur ut de tradita divinitus doctrina quidpiam quis detrahat vel consilio quovis praetereat ; id enim qui faxit, potius catholicos seiungere ab Ecclesia, quam qui dissident ad Ecclesiam transferre volet. Redeant, nil enim Nobis optatius, redeant universi, quicumque ab ovili Christi vagantur longius; non alio tamen itinere, quam quod Christus ipse monstravit.

22 IAN. 1899.

c/ *Itaque, qui de doctrina fidei quid detrahit vel praeterit, haereseos fautor potius quam corrector est.*

Disciplina autem vivendi, quae catholicis hominibus datur, non eiusmodi est, quae, pro temporum et locorum varietate, temperationem omnem reiiciat. — Habet profecto Ecclesia, inditum ab Auctore suo, clemens ingenium et misericors; quam ob caussam, inde a sui exordio, id praestitit libens, quod Paulus Apostolus de se profitebatur : *Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos* ([2]). — Aetatum vero praeteritarum omnium historia testis est. Sedem hanc Apostolicam, qui, non magisterium modo, sed supremum etiam regimen totius Ecclesiae tributum est, constanter quidem *in eodem dogmate, eodem sensu eademque sententia* ([3]) haesisse; at vivendi disciplinam ita semper moderari consuevisse, ut, divino incolumi iure, diversarum adeo gentium, quas amplectitur, mores et rationes nunquam neglexerit. Id si postulet animorum salus, nunc etiam facturam quis dubitet? — Non hoc tamen privatorum hominum arbitrio definiendum, qui fere specie recti decipiuntur; sed Ecclesiae iudicium esse oportet : in eoque acquiescere omnes necesse est, quicumque Pii VI decessoris Nostri reprehensionem cavere malunt. Qui quidem propositionem LXXVIII synodi Pistoriensis « Ecclesiae ac Spiritui Dei quo « ipsa regitur iniuriosam *edixit*, quatenus examini subiiciat « disciplinam ab Ecclesia constitutam et probatam, quasi « Ecclesia disciplinam constituere possit inutilem et onero- « siorem quam libertas christiana patiatur. »

B. *Quoad disciplinam vivendi :*

a/ *Non omnis temperatio excluditur ut constat ex indole et historia Ecclesiae ;*

b/ *at, non privatorum, sed ipsius Ecclesiae iudicio, facienda est.*

In caussa tamen de qua loquimur, dilecte fili Noster, plus affert periculi estque magis catholicae doctrinae discipli-

C. *In summa, scl. quatenus*

1. *Const.* de Fid. cath., c. III. — 2. *I Cor.*, IX, 22. — 3. *Conc.* Vatic. ibid., c. IV.

largior actuosae virtuti indulgentia permittitur,

naeque infestum consilium illud, quo rerum novarum sectatores arbitrantur libertatem quamdam in Ecclesiam esse inducendam, ut, constricta quodammodo potestatis vi ac vigilantia, liceat fidelibus suo cujusque ingenio actuosaeque virtuti largius aliquanto indulgere. Hoc nimirum requiri affirmant ad libertatis eius exemplum, quae, recentius invecta, civilis fere communitatis ius modo ac fundamentum est. — De qua Nos fuse admodum loquuti sumus in iis Litteris, quas de civitatum constitutione ad Episcopos dedimus universos; ubi etiam ostendimus, quid inter Ecclesiam, quae iure divino est, intersit ceterasque consociationes omnes, quae libera hominum voluntate vigent. — Praestat igitur quamdam potius notare opinionem, quae quasi argumentum affertur ad hanc catholicis libertatem suadendam. Aiunt enim, de Romani Pontificis infallibili magisterio, post solemne iudicium de ipso latum in Vaticana Synodo, nihil iam oportere esse sollicitos: quam ob rem, eo iam in tuto collocato, posse nunc ampliorem cuivis ad cogitandum atque agendum patere campum. — Praeposterum sane arguendi genus: si quid enim ex magisterio Ecclesiae infallibili suadet ratio, hoc certe est, ut ab eo ne quis velit discedere, imo omnes eidem se penitus, imbuendos ac moderandos dent, quo facilius a privato quovis errore serventur immunes. Accedit, ut ii, qui sic arguunt, a providentis Dei sapientia discedant admodum; quae, quum Sedis Apostolicae auctoritatem et magisterium affirmata solemniore iudicio voluit, idcirco voluit maxime, ut pericula praesentium temporum animis catholicorum efficacius caveret. Licentia quae passim cum libertate confunditur; quidvis loquendi obloquendique libido; facultas denique quidlibet sentiendi litterarumque formis exprimendi, tenebras tam alte mentibus obfuderunt, ut maior nunc quam ante sit magisterii usus et necessitas, ne a conscientia quis officioque abstrahatur. — Abest profecto a Nobis ut quaecumque horum temporum ingenium parit, omnia repudiemus; quin potius quidquid indagando veri aut enitendo boni attingitur, ad patrimonium doctrinae augendum publicaeque prosperitatis fines proferendos, libentibus sane Nobis, accedit. Id tamen omne, ne solidae

a/ Americanismus in genere alibi confutatus est.

b/ Ipsius argumentum speciale, evertitur, nempe: quod dogma infallibilitatis licentiae favet.

Hujusmodi assertum

1) pervertit veram notionem magisterii infallibilis;

2) ipsiusque beneficium nunc temporis maxime opportunum e medio tollit.

Conclusio primae partis.

Non nova quaevis repudianda sunt, dummodo Ecclesiae Auctoritas salva sit.

utilitatis sit expers, esse ac vigere nequaquam debet, Ecclesiae auctoritate sapientiaque posthabita.

Sequitur ut ad ea veniamus quae ex his, quas attigimus, opinionibus consectaria veluti proferuntur; in quibus si mens, ut credimus, non mala, at certe res carere suspicione minime videbuntur. — Principio enim externum magisterium omne ab iis, qui christianae perfectioni adipiscendae studere velint tamquam superfluum, immo etiam minus utile, reiicitur : ampliora, aiunt, atque uberiora nunc quam elapsis temporibus, in animos fidelium Spiritus Sanctus influit charismata, eosque, medio nemine, docet arcano quodam instinctu atque agit. — Non levis profecto temeritatis est velle modum metiri, quo Deus cum hominibus communicet ; id enim unice ex eius voluntate pendet, estque ipse munerum suorum liberrimus dispensator. *Spiritus ubi vult spirat* [1]. *Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi* [2]. — Ecquis autem repetens Apostolorum historiam, exordientis Ecclesiae fidem, fortissimorum martyrum certamina et caedes, veteres denique plerasque aetates sanctissimorum hominum fecundissimas, audeat priora tempora praesentibus componere eaque affirmare minore Spiritus Sancti effusione donata ? Sed, his omissis, Spiritum Sanctum secreto illapsu in animis iustorum agere eosque admonitionibus et impulsionibus excitare, nullus est qui ambigat ; id ni foret, externum quodvis praesidium et magisterium inane esset. « Si quis... salutari, id est evan-« gelicae praedicationi consentire posse confirmat, absque « illuminatione Spiritus Sancti, qui dat omnibus suavitatem « in consentiendo et credendo veritati, haeretico fallitur « spiritu [3]. » Verum, quod etiam experiendo novimus, hae Sancti Spiritus admonitiones et impulsiones plerumque, non sine quodam externi magisterii adiumento ac veluti comparatione, persentiuntur. « Ipse, ad rem Augustinus, in a bonis arboribus cooperatur fructum, qui et forensecus rigat « atque excolit per quemlibet ministrum, et per se dat in-« trinsecus incrementum [4]. » Scilicet ad communem

22 IAN. 1899.

SECUNDA PARS.

Americanismum in consectariis *suis perversum esse ostenditur.*

1^m *Consectarium : Rejecto magisterio externo, internus Spiritus Sancti instinctus, nunc temporis amplior, sequendus est.*

Confutatur A Falsum est *assertum.*

a/ *Non constat de ampliore instinctu Spiritus Sancti*

b) *ex historia constat de contrario.*

c) *Magisterium internum et externum ab invicem sejungi nefas esse definivit Ecclesia, docet experientia, Augustinus,*

1. *Joan.*, III, 8. — 2. *Eph.*, IV, 7. — 3. *Conc.* Arausic. II., can. VII. — 4. *De Grat. Christi*, c. XIX.

legem id pertinet, qua Deus providentissimus, uti homines plerumque fere per homines salvandos decrevit, ita illos, quos ad praestantiorem sanctimoniae gradum advocat, per homines eo perducendos constituit, « ut nimirum, quem- « admodum Chrysostomus ait, per homines a Deo disca- « mus (1). » Praeclarum eius rei exemplum, ipso Ecclesiae exordio, positum habemus : quamvis enim Saulus, *spirans minarum et caedis* (2), Christi ipsius vocem audivisset ab eoque quaesivisset : *Domine, quid me vis facere;* Damascum tamen ad Ananiam missus est : *Ingredere civitatem, et ibi dicetur tibi quid te oporteat facere.* — Accedit praeterea, quod qui perfectiora sectantur, hoc ipso quod ineunt intentatam plerisque viam, sunt magis errori obnoxii, ideoque magis quam ceteri doctore ac duce indigent. — Atque haec agendi ratio iugiter in Ecclesia obtinuit ; hanc ad unum omnes doctrinam professi sunt, quotquot, decursu saeculorum, sapientia ac sanctitate floruerunt ; quam qui respuant, temere profecto ac periculose respuent.

Chrysostomus, ipsa Scriptura.

d/ *Qui perfectionem anhelant magis doctore indigent.*

e/ *Haec est praxis Ecclesiae.*

Rem tamen bene penitus consideranti, sublato etiam externo quovis moderatore, vix apparet in novatorum sententia quorsum pertinere debeat uberior ille Spiritus Sancti influxus, quem adeo extollunt. — Profecto maxime in excolendis virtutibus Spiritus Sancti praesidio opus est omnino : verum qui nova sectari adamant, naturales virtutes praeter modum efferunt, quasi hae praesentis aetatis moribus ac necessitatibus respondeant aptius, iisque exornari praestet, quod hominem paratiorem ad agendum ac strenuiorem faciant. — Difficile quidem intellectu est, eos, qui christiana sapientia imbuantur, posse naturales virtutes supernaturalibus anteferre, maioremque illis efficacitatem ac fecunditatem tribuere. Ergone natura, accedente gratia, infirmior erit, quam si suis ipsa viribus permittatur? Num vero homines sanctissimi, quos Ecclesia observat palamque colit, imbecilles se atque ineptos in naturae ordine probavere quod christianis virtutibus excelluerunt? Atqui, etsi naturalium virtutum praeclaros quandoque actus mirari

B Absurdum est *assertum; nam, ex alia parte contendunt hominem, ex naturae viribus potius quam ex Spiritu Sancto, haurire virtutem debere.*

Haec ipsa assertio sustineri nequit, nam:

a/ *Repugnat quod natura cum gratia infirmior sit quam natura sine gratia.*

1. *Hom.* I, in Inscr. altar. — 2. *Act. Ap.*, c. IX.

licet, quotus tamen quisque est inter homines qui naturalium virtutum habitu reapse polleat? Quis enim est, qui animi perturbationibus, iisque vehementibus non incitetur? Quibus constanter superandis, sicut etiam universae legi in ipso naturae ordine servandae, divino quodam subsidio iuvari hominem necesse est. Singulares vero actus, quos supra innuimus, saepe, si intimius perspiciantur, speciem potius virtutis quam veritatem prae se ferunt. — Sed demus tamen esse: si *currere in vacuum* quis nolit aeternamque oblivisci beatitatem, cui nos benigne destinat Deus, ecquid naturales virtutes habent utilitatis, nisi divinae gratiae munus ac robur accedat? Apte quidem Augustinus: « Magnae vires et cursus celerrimus, sed praeter viam (1). » Sicut enim praesidio gratiae natura hominum, quae, ob communem noxam, in vitium ac dedecus prolapsa erat, erigitur novaque nobilitate evehitur ac roboratur; ita etiam virtutes, quae non solis naturae viribus, sed eiusdem ope gratiae exercentur, et fecundae fiunt beatitatis perpetuo mansurae et solidiores ac firmiores existunt.

22 IAN. 1899.

b/ *Natura ex se moraliter incapax est ad totam legem servandam.*

c/ *Actus naturae non habent nisi speciem virtutis: gratia enim debet erigere naturam prolapsam atque ejus facultates evehere et roborare in ordine ad beatitudinem.*

Cum hac de naturalibus virtutibus sententia, alia cohaeret admodum, qua christianae virtutes universae in duo quasi genera dispertiuntur, in *passivas*, ut aiunt, atque *activas;* adduntque, illas in elapsis aetatibus convenisse melius, has cum praesenti magis congruere. — De qua quidem divisione virtutum quid sentiendum sit, res est in medio posita; virtus enim, quae vere *passiva* sit, nec est nec esse potest. « Virtus, sic sanctus Thomas, nominat quamdam « potentiae perfectionem; finis autem potentiae actus est; « et nihil est aliud actus virtutis, quam bonus usus liberi « arbitrii » (2); adiuvante utique Dei gratia, si virtutis actus supernaturalis sit. — Christianas autem virtutes, alias temporibus aliis accommodatas esse, is solum velit, qui Apostoli verba non meminerit: *Quos praescivit, hos et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui* (3). Magister et exemplar sanctitatis omnis Christus est; ad cuius regulam aptari omnes necesse est, quotquot avent beatorum sedibus inseri.

2m *Consectarium: Virtutes, quas passivas vocant, nunc magis quam activae opportunae sunt.*

Confutatur.

a/ *Ex S. Thoma ostenditur hujusmodi virtutes non existere.*

b/ *Sicut nec Christus, ita nec virtus Christiana mutatur.*

1. In Ps. XXXI, 4. — 2. I. II. a. 1. — 3. *Rom.*, VIII, 29.

Iamvero, haud mutatur Christus progredientibus saeculis; sed *idem heri, et hodie, et in saecula* (1). Ad omnium igitur aetatum homines pertinet illud : *Discite a me quia mitis sum et humilis corde* (2); nulloque non tempore Christus se nobis exhibet *factum obedientem usque ad mortem* (3); valetque quavis aetate Apostoli sententia : *Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis suis* (4). —

Conclusio hujus argumenti : Excellentia virtutum praedicatur.

Quas utinam virtutes multo nunc plures sic colerent, ut homines sanctissimi praeteritorum temporum! Qui demissione animi, obedientia, abstinentia, *potentes* fuerunt *opere et sermone*, emolumento maximo nedum religiosae rei sed publicae ac civilis.

3m Consectarium : Religiosa vita despicitur.

1° Contendunt vota esse libertati opposita, fortibus indigna et perfectioni christianae noxia.

Ex quo virtutum evangelicarum veluti contemptu, quae perperam *passivae* appellantur, pronum erat sequi, ut religiosae etiam vitae despectus sensim per animos pervaderet. Atque id novarum opinionum fautoribus commune esse, coniicimus ex eorum sententiis quibusdam circa vota quae Ordines religiosi nuncupant. Aiunt enim, illa ab ingenio aetatis nostrae dissidere plurimum, utpote quae humanae libertatis fines coërceant; esseque ad infirmos animos magis quam ad fortes apta; nec admodum valere ad christianam perfectionem humanaeque consociationis bonum, quin potius utrique rei obstare atque officere. —

Hoc evellitur

a) ex praxi Ecclesiae,

b) ex indole vitae religiosae,

c) ex genuina notione libertatis christianae.

Verum haec quam falso dicantur, ex usu doctrinaque Ecclesiae facile patet, cui religiosum vivendi genus maxime semper probatum est. Nec sane immerito : nam qui, a Deo vocati, illud sponte sua amplectantur, non contenti communibus praeceptorum officiis, in evangelica euntes consilia, Christo se milites strenuos paratosque ostendunt. Hocne debilium esse animorum putabimus? aut ad perfectiorem vitae modum inutile aut noxium? Qui ita se votorum religione obstringunt, adeo sunt a libertatis iactura remoti, ut multo pleniore ac nobiliore fruantur, ea nempe *qua Christus nos liberavit* (5).

2° Dicunt

Quod autem addunt, religiosam vivendi rationem aut

1. *Hebr.*, XIII, 8. — 2. *Matth.*, XI, 29. — 3. *Philip.*, II, 8. — 4. *Galat.*, V, 24. — 5. *Galat.*, IV, 31.

non omnino aut parum Ecclesiae iuvandae esse, praeterquamquod religiosis Ordinibus invidiosum est, nemo unus certe sentiet, qui Ecclesiae annales evolverit. Ipsae vestrae foederatae civitates num non ab alumnis religiosarum familiarum fidei pariter atque humanitatis initia habuerunt? quorum uni nuper, quod plane vobis laudi fuit, statuam publice ponendam decrevistis. — Nunc vero, hoc ipso tempore, quam alacrem, quam frugiferam catholicae rei religiosi coetus, ubicumque ii sunt, navant operam! Quam pergunt multi novas oras Evangelio imbuere et humanitatis fines propagare; idque per summam animi contentionem summaque pericula! Ex ipsis, haud minus quam e clero cetero, plebs christiana verbi Dei praecones conscientiaeque moderatores, iuventus institutores habet, Ecclesia denique omnis sanctitatis exempla. — Nec discrimen est laudis inter eos qui actuosum vitae genus sequuntur, atque illos, qui, recessu delectati, orando afflictandoque corpori vacant. Quam hi etiam praeclare de hominum societate meruerint, mereant, ii norunt profecto qui, quid ad placandum conciliandumque Numen possit *deprecatio iusti assidua* [1], minime ignorant, ea maxime quae cum afflictatione corporis coniuncta est.

22 IAN. 1899.

religiosam vitam esse inutilem Ecclesiae. *Assertio refellitur* 1° *Quoad ordines* activos : a/ *ex historia civilisationis ipsius Americae,* b/ *ex testimonio zeli multiplicis religiosorum per orbem.* 2° *Quoad ordines* contemplativos : *ex efficacia orationis et mortificationis.*

Si qui igitur hoc magis adamant, nullo votorum vinculo, in coetum unum coalescere, quod malint, faxint; nec novum id in Ecclesia nec improbabile institutum. Caveant tamen ne illud prae religiosis Ordinibus extollant; quin potius, cum modo ad fruendum voluptatibus proclivius, quam ante, sit hominum genus, longe pluris ii sunt habendi, qui, *relictis omnibus, sequuti sunt Christum.*

Conclusio hujus argumenti : Ecclesia non improbat consociationes absque votis, sed ordines religiosos potiores aestimat.

Postremo, ne nimiis moremur, via quoque et ratio, qua catholici adhuc sunt usi ad dissidentes revocandos, deserenda edicitur aliaque in posterum adhibenda. — Qua in re hoc sufficit advertisse, non prudenter, dilecte fili Noster, id negligi quod diu experiendo antiquitas comprobavit, apostolicis etiam documentis erudita. — Ex Dei verbo habemus [2], omnium officium esse proximorum saluti iuvandae

TERTIA PARS

Americanismus damnandus est quoad modum *religionis propagandae.* a/ *Anti-*

1. *Jac.*, V,. 16. — 2. *Eccli.*, XVII, 12.

qua ratio experientia et auctoritate commendatur.

b/ " Deus mandavit illis unicuique de proximo suo "; sed aliter populo fideli, aliter clero.

c/ Nova praxis spargendae doctrinae servari poterit ab iis qui deputantur ab Episcopis.

Conclusio hujus partis: aliquid indulgendum est propter circumstantias.

operam dare, ordine graduque quem quisque obtinet. Fideles quidem hoc sibi a Deo assignatum munus utillime exequentur morum integritate, christianae caritatis operibus, instante ad Deum ipsum assiduaque prece. At qui e clero sunt idipsum praestent oportet sapienti Evangelii praedicatione, sacrorum gravitate et splendore, praecipue autem eam in se formam doctrinae exprimentes, quam Tito ac Timotheo Apostolus tradidit. — Quod si, e diversis rationibus verbi Dei eloquendi, ea quandoque praeferenda videatur, qua ad dissidentes non in templis dicant sed privato quovis honesto loco, nec ut qui disputent sed ut qui amice colloquantur; res quidem reprehensione caret: modo tamen ad id muneris auctoritate Episcoporum ii destinentur, qui scientiam integritatemque suam antea ipsis probaverint. — Nam plurimos apud vos arbitramur esse, qui ignoratione magis quam voluntate a catholicis dissident; quos ad unum Christi ovile facilius forte adducet, qui veritatem illis proponat amico quodam familiarique sermone.

Conclusio generalis: *Qua ratione Americanismus damnabilis sit:*

idem est injuriosus ipsi populo Americae,

utpote adversans unitati Ecclesiae.

Ex his igitur, quae huc usque disseruimus, patet, dilecte fili Noster, non posse Nobis opiniones illas probari, quarum summam *Americanismi* nomine nonnulli indicant. — Quo si quidem nomine peculiaria animi ornamenta, quae, sicut alia nationes alias, Americae populos decorant, significare velint; item si statum vestrarum civitatum, si leges moresque quibus utimini, non est profecto cur ipsum reiiciendum censeamus. At si illud usurpandum ideo est, ut doctrinae superius allatae, non indicentur modo, immo vero etiam cohonestentur; quodnam est dubium, quin Venerabiles Fratres Nostri Episcopi Americae, ante ceteros, repudiaturi ac damnaturi sint utpote ipsis totique eorum genti quam maxime iniuriosum? Suspicionem enim id iniicit esse apud vos, qui Ecclesiam in America aliam effingant et velint, quam quae in universis regionibus est. — Una, unitate doctrinae sicut unitate regiminis, eaque catholica est Ecclesia: cuius quoniam Deus in Cathedra Beati Petri centrum ac fundamentum esse statuit, iure Romana dicitur; *ubi* enim *Petrus, ibi Ecclesia* (1). Quam ob rem quicumque catholico

1. S. Ambr. in Ps. XI, 57.

nomine censeri vult, is verba Hieronymi ad Damasum Pontificem usurpare ex veritate debet : « Ego nullum primum, « nisi Christum, sequens, beatitudini tuae, idest Cathedrae « Petri communione consocior : super illam petram aedifi- « catam Ecclesiam scio; quicumque tecum non colligit, « spargit ». *22 IAN. 1899.*

Haec, dilecte fili Noster, quae, singularibus litteris, officio muneris ad te damus, ceteris etiam foederatarum civitatum Episcopis communicanda curabimus : caritatem iterum testantes, qua gentem vestram universam complectimur; quae sicut elapsis temporibus multa pro religione gessit, maiora etiam in posterum, Deo feliciter opitulante, praestituram portendit. — Tibi autem et fidelibus Americae omnibus Apostolicam benedictionem, divinorum subsidiorum auspicem, amantissime impertimus.

FINIS. *Pontifex communicabit has litteras coeteris episcopis; profitetur suam caritatem et spem bonam atque benedicit.*

Datum Romae apud S. Petrum die XXII Ianuarii MDCCCXCIX, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

LITTERAE APOSTOLICAE

QUIBUS ABBATI PRIMATI MONACHORUM O. S. B. PECULIARE HONORIS INSIGNE CONCEDITUR.

16 FEBR. 1899.

Quinam sit mos Pontificis in insignibus decernendis.

Ratione meritorum Personae,

ordinisque

tribuitur Primati O. S. B. usus cappae magnae.

ECCLESIASTICOS viros, qui in religiosis familiis ad quas pertinent amplissimo funguntur munere, honoris insignibus augere de more institutoque Romanorum Pontificum solemus, ut iis induti non modo populi reverentiam facilius sibi concilient, verum etiam in ampliore dignitate magis ac magis ad Deum honorandum animum intendant. Quare cum sint Nobis comperta praeclara in Ecclesiam merita dilecti Filii Hildebrandi de Hemptinne, Abbatis sancti Anselmi ac Primatis Ordinis sancti Benedicti, neque minus prae oculis habeamus quanta et quam insignia in religionem illustris hic Ordo contulerit beneficia, omnes et singulos, quibus hae Litterae Nostrae favent, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis, si quas forte incurrerint, huius tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, Motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque Apostolicae potestatis Nostrae plenitudine volumus ac praesentium tenore decernimus, ut deinceps sive quem supra memoravimus dilectus Filius Hildebrandus de Hemptinne, sive Primates omnes Ordinis sancti Benedicti eius successores, Cappa Magna intra limina sacrarum eiusdem Ordinis Aedium perpetuo uti ac frui licite possint ac valeant. Decernentes has Nostras Litteras firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et spectare poterit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate,

scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die XVI Februarii MDCCCXCIX, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

A. CARD. MACCHI.

EPISTOLA

Ad Antoninum Pagès, Praesidem Ceterosque e supremo consilio societatis S. Vincentii a Paulo, Parisiis.

DE EXTENSIONE CONSOCIATIONIS AD OPERARIOS.

16 FEBR. 1899.

Pontifex laudat eorum solertiam in regimine societatis, gaudetque de amplificato fructu,

QUO essemus animo affecti in Societatem vestram, dilecti filii, satis erat vobis superque cognitum. Quam porro vos diligenti sollertia in regimine optimi instituti versaremini, exploratum Nobis erat non minus. Auxit autem opinionem in Nobis tum utilissimae societatis tum virtutis vestrae acceptum nuper a vobis volumen, quod res, vobis auspicibus, per universos sodales anno ante proximum gestas, summatim exhibet. Amplificatum enim pro temporum iniquitate numerum coetuum, perceptosque fructus actuosae caritatis non mediocres libenter cognovimus. Illud nominatim gratulamur, operam vestram sic probari coeptam multitudini, ut vel inter tenuiores homines, qui manu et arte vitam tolerant, iam socios participesque eiusdem propositi non paucos nacti sitis. Quae res cum latissime pateat in commune bonum, facile intelligitis quanti facienda, quantoque sit studio promovenda. Nam si christiana caritas, fortunatorum excitata exemplis, inferioris sortis homines semel pervaserit, spes non inanis se ostendet de reconcilianda gratia inter varios civitatum ordines, quorum scilicet dissidio nihil cogitari formidolosius reipublicae potest. — Ceterum navitati vestrae commendatio potius Nostra, quam hortatio congruit : tantum restat ut aeque elaboretis in reliquum tempus, atque adhuc elaborastis. Caelestium munerum auspicem ac benevolentiae Nostrae testem vobis, dilecti filii, universaeque Societati vestrae Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

praesertim de eo quod ipsi operarii coetui adsociantur.

Hoc consilium enixe commendat utpote spe plenum ad pacificationem socialem.

Eos ad perseverandum hortatur

et benedicit.

Datum Romae apud S. Petrum die XVI Februarii MDCCCXCIX, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad scriptores ephemeridis: "La civiltà cattolica".

NON UNA LAUS IPSIS DECERNITUR OCCASIONE ERECTIONIS QUINQUAGENARIAE.

COMMENTARIORUM editio, quibus vulgo nomen *La Civiltà cattolica*, quinquagesimum propediem annum attinget feliciter. Quo diuturno plane temporis cursu, et decessor Noster plus simplici vice, et Nos ipsi, datis in hoc peculiaribus litteris, Collegio eruditorum virorum, qui Commentariis eisdem componendis atque edendis elaborabant, perhonorifica praebuimus testimonia, inque eo firmando perpetuandoque caritatem ac benevolentiam ostendimus. — Iam libet vobis, dilecti filii, impensam utiliter egregieque operam gratulari, et, occasione ultro arrepta, promeritam impertiri laudem, quod Sedis Apostolicae consilio et expectationi optime respondistis. Praeterquam enim quod Collegium vestrum scriptoribus ingenio doctrinaque illustribus perpetuo floruit, quorum plerorumque nomen vigebit ad posteros; hoc sane praecipue praestitit, quod religiosae rei vindicandae, Sedis Apostolicae iuribus adserendis et humanitati proferendae, quae cum fide et ex fide est, vires omnes constanter impenderit. Neque eam praeterire laudem volumus, quam, iussa Nostra perficientes, amplissime promeruistis, quum videlicet Thomae Aquinatis doctrinas toto nisu provehere atque illustrare studuistis. — Ex gratulatione igitur Nostra animos sumite; nullisque fracti laboribus pergite Nobis et Ecclesiae vestram probare alacritatem. Ut autem perfecti adhuc operis laetitia benevolentiae Nostrae testimonio augeatur, Apostolicam benedictionem, munerum divinorum auspicem, vobis universis et singulis amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XVIII Martii MDCCCXCIX, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

LEO PP. XIII.

18 MARTII 1899.

Per 50 annos collegium vestrum summis laudibus dignum fuit

et nunc est;

illustratur enim ex suis membris egregiis, ex studio defensionis Ecclesiae,

ex docilitate quoad doctrinas S. Thomae provehendas.

Pergite modo constantes

et sitis Benedicti.

EPISTOLA

Ad Episcopum Nanceiensem et Tullensem, qui volumen circa coetum catholicorum nec non propria scripta S. P. obtulerat.

19 APRILIS 1899.

Pontifex gratulatur auctori operis oblati, tum doctrina, tum opportunitate insignis.

GRATO Nos munere affecisti, oblatis quatuor voluminibus, quorum uno rerum seriem in solemni catholicorum coetu, te praesidente, consultarum, reliquis tua ipsius scripta complexus es. In quo, praeter novam significationem voluntatis, Nobis imprimis deditae, placuit nova documenta excipere ingenii, doctrinae, sollertiae tuae. Materiam autem scribendi sumpsisti his valde temporibus accommodatam ; eamque sic exequeris, ut, cum luculento studio religionis, incensam patriae caritatem ostendas. Quae vero in communi deliberatione tractata sunt, conceptaque tum vota, ea magnopere ad christianum vitae cultum in ordinibus tuendum fovendumque faciunt. Nec minus tuam aut vigilantiam probamus, qui delectis diligentiorum comitatibus certam cuique provinciam in procuratione boni publici demandaris, aut navitatem ad praescripta Nostra laudamus, in eo praesertim quod sublevare opificum aerumnas eorumque studes damna prohibere. Restat ut alacriter instituta consilia insistas, quod minime dubitamus, coeptaque feliciter perficias, quod vehementer cupimus ; opemque et operam in id ipsum ii conferant maxime, qui sunt de sacro ordine, quorum praecipua laus illa debet esse, Episcopum audire magistrum, sequi ducem.

Laudat deliberationes communes,

nec non vigilantiam et navitatem personalem Praesulis.

Optat ut, adjuvante clero, consilia sua perficere possit.

Benedicit.

Auspicem caelestium munerum, eamdemque testem benevolentiae Nostrae, Apostolicam benedictionem tibi, venerabilis Frater, et clero populoque tuo peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XIX Aprilis MDCCCXCIX, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Archiepiscopum Ferrariensem.

DE COETU CATHOLICORUM FERRARIIS HABITO.

QUAE, dimisso catholicorum coetu, litterae ab Episcopis et fidelibus in ipso coetu adstantibus allatae sunt, eo fuerunt Nobis gratiores, quod non modo observantiae officium exhibebant, verum etiam hortationes Nostras de concordia servanda virtuteque in agendo, prudenter sed impigre, exerenda, prompto volentique animo acceptas esse monebant. Si qui enim fructus, non temporarii quidem sed stabiles, ex catholicorum labore sperandi sunt, ii non aliunde quam ex concordibus sententiis concordique actione progignuntur, genitique servantur. Hanc igitur voluntatem optimam, quam ex conventu discedentes retulerunt, confirmet Deus, suique Spiritus caritate tueatur. — Tibi vero, Venerabilis Frater, uti de aliis egregiis dotibus, quibus commendaris, ita nunc de studio, quo egregium coetus exitum procurasti, gratulamur et laudem deferimus. Eadem porro laude nobilissimam cultissimamque civitatem Ferrariensium prosequimur, quae tanta laetitia tantaque honestate convenientes excepit, et insignia fidei observantisque in Nos voluntatis praebuit testimonia. — Nostrae demum benevolentiae pignus, et auspicem divinorum munerum, tibi, episcopis et fidelibus qui in conventu adfuerunt universaeque isti civitati Apostolicam benedictionem amantissime impertimns.

8 MAII 1899.

Catholici in coetu congregati laudantur propter docile studium concordiae; sine illa nullum stabile bonum efficitur;

hanc Deus confirmet.

Laudatur ipse Praesul et populus Ferrariensis propter cooperationem ad coetum,

et Benedictio impertitur.

Datum Romae apud S. Petrum die VIII Maii MLCCCXCIX, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

LEO PP. XIII.

LITTERAE APOSTOLICAE

DE INDICENDO ANNO SANCTO 1900.

11 MAII 1899.

Pontifex cupit, indicere Jubilaeum, rite vocatum : Annum Sanctum.

PROPERANTE ad exitum saeculo, quod annuente Deo Nos ipsi prope totum emensi vivendo sumus, animum volentes induximus rem ex instituto maiorum decernere, quae saluti populo christiano sit, ac simul curarum Nostrarum, qualescumque in gerendo Pontificatu maximo fuerint, extremum velut vestigium ostendat. IUBILAEUM MAGNUM dicimus, iam inde antiquitus in christianos mores inductum, decessorumque Nostrorum providentia sancitum : quem tradita a patribus consuetudo *Annum sanctum* appellat, tum quod solet esse caeremoniis sanctissimis comitatior, tum maxime quod castigandis moribus renovandisque ad sanctitatem animis adiumenta uberiora suppeditat. Testes Ipsi sumus quanto opere is ad salutem valuit qui postremo actus est ritu solemni, Nobis videlicet adolescentibus, Leone XII pontifice maximo : quo tempore magnum tutissimumque religioni publicae theatrum Roma praebuit. Memoria tenemus ac videre propemodum etiam nunc videmur peregrinorum frequentiam : circumeuntem templa augustissima disposito agmine, multitudinem : viros apostolicos concionantes in publico : celeberrima Urbis loca divinis laudibus personantia : pietatis caritatisque exempla edentem in oculis omnium, magno Cardinalium comitatu, pontificem. Cuius recordatione memoriae ex temporibus iis ad ea, quae nunc sunt, mens acerbius revocatur. Earum quippe rerum quas diximus, quaeque si in luce civitatis, nulla re impediente, peragantur, mire alere atque incitare pietatem popularem solent, nunc quidem, mutato Urbis statu, aut nulla facultas est, aut in alieno posita arbitrio.

Jubilaei splendor antiquus,

mutatis circumstantiis, exhiberi nequit ;

attamen fructus speratur uberrimus.

Utcumque sit, fore confidimus ut salubrium consiliorum adiutor Deus voluntati huic Nostrae, quam in eius gratiam gloriamque suscepimus, cursum prosperum ac sine offensione largiatur. Quo enim spectamus, aut quid volumus?

Hoc nempe unice, efficere homines, quanto plures nitendo possumus, salutis aeternae compotes, huiusque rei gratiâ morbis animorum ea ipsa, quae IESUS CHRISTUS in potestate Nostra esse voluit, adhibere remedia. Atque id a Nobis non modo munus apostolicum, sed ipsa ratio temporis plane videtur postulare. Non quod recte factorum laudumque christianarum sit sterile saeculum; quin imo abundant, adiuvante Deo, exempla optima, nec virtutum genus est ullum tam excelsum tamque arduum, in quo non excellere magnum numerum videamus: vim namque procreandi alendique virtutes habet christiana religio divinitus insitam, eamque inexhaustam ac perpetuam. Verum si circumspiciendo quis intuetur in partem alteram, quae tenebrae, quantus error, quam ingens multitudo in interitum ruentium sempiternum! Angimur praecipuo quodam dolore, quotiescumque venit in mentem quanta pars christianorum, sentiendi cogitandique licentia deliniti, malarum doctrinarum veneno sitienter hausto, fidei divinae in se ipsi grande munus quotidie corrumpant. Hinc christianae taedium vitae, et late fusa morum labes: hinc illa rerum, quae sensibus percipiantur, acerrima atque inexplebilis appetentia, curaeque et cogitationes omnes aversae a Deo, humi defixae. Ex quo fonte teterrimo dici vix potest quanta iam in ea ipsa, quae sunt civitatum fundamenta, pernicies influxit. Nam contumaces vulgo spiritus, motus turbidi popularium cupiditatum, caeca pericula, tragica scelera, nihil denique sunt aliud, si libet caussam introspicere, nisi quaedam de adipiscendis fruendisque rebus mortalibus exlex atque effrenata decertatio.

Tempus nostrum, etsi non sterile, remedio indiget

propter multorum corruptum intellectum,

depravatam voluntatem,

ipsiusque societatis pericula.

Ergo interest privatim et publice, admoneri homines officii sui, excitari consopita veterno pectora, atque ad studium salutis revocari quotquot in singulas prope horas discrimen temere adeunt pereundi, perdendique per socordiam aut superbiam caelestia atque immutabilia bona, ad quae sola nati sumus. Atqui huc omnino pertinet annus sacer: etenim per id tempus totum Ecclesia parens, non nisi lenitatis et misericordiae memor, omni qua potest ope studioque contendit ut in melius humana consilia referantur,

Christiana plebs salutis suae sollicita reddenda est.

Huc pertinet annus sanctus, in quo aperi-

untur thesauri veniae.

et quod quisque deliquit, luat emendatrix vitae poenitentia. Hoc illa proposito, multiplicata obsecratione auctâque instantia, placare nititur violatum Dei numen, arcessere e caelo munerum divinorum copiam: lateque reclusis gratiae thesauris, qui sibi sunt ad dispensandum commissi, vocat ad spem veniae universitatem christianorum, tota in eo ut reluctantes etiam voluntates abundantia quadam amoris indulgentiaeque pervincat. Quibus ex rebus quid ni expectemus fructus uberes, si Deo placet, ac tempori accommodatos?

Altera ratio indicendi jubilaei est: futura orbis consecratio J.C. Servatori,

Augent opportunitatem rei extraordinaria quaedam sollemnia de quibus iam, opinamur, satis notitia percrebuit: quae quidem sollemnia excessum undevicesimi saeculi vicesimique ortum quodam modo consecraverint. Intelligi de honoribus volumus IESU CHRISTO Servatori medio eo tempore ubique terrarum habendis. Hac de re excogitatum privatorum pietate consilium laudavimus libentes ac probavimus: quid enim fieri sanctius aut salutarius queat? Quae genus humanum appetat, quae diligat, quae speret, ad quae tendat, in unigenito Dei Filio sunt omnia: is enim est *salus, vita, resurrectio nostra*: quem velle deserere, est velle funditus interire. Quamobrem etsi numquam silet, imo perpetua viget omnibus locis ea, quae Domino nostro IESU CHRISTO debetur, adoratio, laus, honos, gratiarum actio, tamen nullae gratiae nullique honores possunt esse tanti, quin longe plures ei debeantur longeque maiores. Praeterea num paucos saeculum tulit immemori ingratoque animo, qui divino servatori suo pro pietate contemptum, pro beneficiis iniurias referre consueverint? Certe ipsa ab eius legibus praeceptisque vita discrepans plurimorum argumento est flagitiosae ingratissimaeque voluntatis. Quid quod de ipsa IESU divinitate Arianum scelus non semel renovatum nostra vidit aetas? Macti itaque animo, quotquot populari incitamentum pietati consilio isto novo pulcherrimoque praebuistis; quod tamen ita efficere oportet, nihil ut Iubilaei curriculum, nihil statuta solemnia impediat. In proxima ista catholicorum hominum significatione religionis ac fidei id quoque propositum inerit, detestari quaecumque impie

utpote qui est omnia in omnibus,

major omni laude

et a multis justo honore spoliatus.

Laudabiliter, si debito modo fit, incitatur populus ad publicam satisfactionem,

dicta patratave memoriâ nostrâ sint, deque iniuriis, augustissimo IESU CHRISTI numini praesertim publice illatis, publicę satisfacere. Nunc autem, si vera quaerimus, genus satisfactionis maxime optabile et solidum et expressum et inustum notis veritatis illud omnino est, deliquisse poenitere, et pace a Deo veniaque implorata, virtutum officia aut impensiús colere aut intermissa repetere. Cui quidem rei cum tantas habeat annus sacer opportunitates, quantas initio attigimus, rursus apparet oportere atque opus esse ut populus christianus accingat se plenus animi ac spei.

11 MAII 1899.

quae maxime perhibetur in emendatione.

Quapropter sublatis in caelum oculis, divitem in misericordia Deum enixe adprecati, ut votis inceptisque Nostris benigne annuere, ac virtute sua illustrare hominum mentes itemque permovere animos pro bonitate sua velit; romanorum Pontificum decessorum Nostrorum vestigia sequuti, de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium assensu, universale maximumque Iubilaeum in hac sacra Urbe a prima vespera Natalis Domini anno millesimo octingentesimo nonagesimo nono inchoandum, et ad primam vesperam Natalis Domini anno millesimo noningentesimo finiendum, auctoritate omnipotentis Dei, beatorum apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, quod gloriae divinae, animarum saluti, Ecclesiae incremento bene vertat, indicimus per has litteras et promulgamus, ac pro indicto promulgatoque haberi volumus.

Itaque jubilaeum indicitur in Urbe.

Quo quidem Iubilaei anno durante, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus et confessis sacraque Communione refectis, qui beatorum Petri et Pauli, item Sancti Ioannis Lateranensis et Sanctae Mariae Maioris de Urbe Basilicas semel saltem in die per viginti continuos aut interpolatos dies sive naturales sive ecclesiasticos, nimirum a primis vesperis unius diei ad integrum subsequentis diei vespertinum crepusculum computandos, si Romae degant cives aut incolae: si vero peregre venerint, per decem saltem eiusmodi dies, devote visitaverint, et pro Ecclesiae exaltatione, haeresum extirpatione, catholicorum Principum concordia, et christiani populi salute pias ad Deum preces effuderint, plenissimam peccatorum suorum indulgentiam,

Conditiones statuuntur ad lucrandum jubileaum pro incolis Romae,

pro peregrinis.

remissionem et veniam misericorditer in Domino concedimus et impertimus,

Conditiones relaxantur pro impeditis.

Quoniamque potest usuvenire nonnullis ut ea, quae supra praescripta sunt, exequi, etsi maxime velint, tamen aut nullo modo aut tantummodo ex parte queant, morbo scilicet aliaque caussa legitima in Urbe aut ipso in itinere prohibiti; idcirco Nos piae eorum voluntati, quantum in Domino possumus, tribuimus ut vere poenitentes et confessione rite abluti et sacra communione refecti, indulgentiae et remissionis supra dictae participes perinde fiant, ac si Basilicas, quas memoravimus, diebus per Nos definitis reipsa visitassent.

Peregrinatio sit sacra;

Quotquot igitur ubique estis, dilecti filii, quibus commodum est adesse, ad sinum Roma suum vos amanter invitat. Sed tempore sacro decet catholicum hominem, si consentaneus sibi esse velit, non aliter versari Romae, nisi fide christiana comite. Propterea posthabere nominatim oportet leviorum profanarumve rerum intempestiva spectacula, ad ea converso potius animo quae religionem pietatemque suadeant. Suadet autem imprimis, si alte consideretur, nativum ingenium Urbis, atque eius impressa divinitus effigies, nullo mortalium consilio, nulla vi mutabilis. Unam enim ex omnibus romanam urbem ad munera excelsiora atque altiora humanis delegit, sibique sacravit servator humani generis IESUS CHRISTUS. Hic domicilium imperii sui non sine diuturna atque arcana praeparatione constituit: hic sedem Vicarii sui stare iussit in perpetuitate temporum: hic caelestis doctrinae lumen sancte inviolateque custodiri, atque hinc tamquam a capite augustissimoque fonte in omnes late terras propagari voluit, ita quidem ut a Christo ipso dissentiat quicumque a fide romana dissenserit. Augent sanctitudinem avita religionis monumenta, singularis templorum maiestas, principum Apostolorum sepulcra, hypogea martyrum fortissimorum. Quarum rerum omnium qui probe sciat excipere voces, sentiet profecto non tam peregrinari se in civitate aliena, quam versari in sua, ac melior, adiuvante Deo, discessurus est quam venerit.

hoc suadet praedestinatio Urbis,

quae est centrum Religionis

et plena monumentis sacris.

Hae lit-

Ut autem praesentes Litterae ad omnium fidelium noti-

tiam facilius perveniant, volumus earum exemplis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eamdem prorsus adhiberi fidem, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae vel ostensae. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae indictionis, promulgationis, concessionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

11 MAII 1899.

terae promulgandae mandantur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo nonagesimo nono, quinto Idus Maii, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

C. CARD. ALOISI MASELLA PRO-DAT. — A. CARD. MACCHI.

VISA

DE CVRIA I. DE AQVILA E VICECOMITIBVS

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Secret. Brevium

I. CVGNONIVS

Earum publicatio rite facta est.

Anno a Nativitate Domini millesimo octingentesimo nonagesimo nono, die undecimo Maii, festo Ascensionis Domini nostri IESU CHRISTI, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Leonis divina providentia Papae XIII anno vicesimo secundo, praesentes litteras apostolicas in atrio sacrosanctae Basilicae Vaticanae de Urbe, adstante populo, legi et solemniter publicavi.

Ego Ioseph De Aquila e Vicecomitibus
Abbreviator de Curia.

LITTERAE ENCYCLICAE

DE HOMINIBUS SACRATISSIMO CORDI JESU DEVOVENDIS.

25 MAII 1899.

Anno Sacro indicto, nova celebritas instituitur, Ecclesiae, statuique, si rite peragitur, saluberrima.

ANNUM Sacrum, more institutoque maiorum in hac alma Urbe proxime celebrandum, per apostolicas Litteras, ut probe nostis, nuperrime indiximus. Hodierno autem die, in spem auspiciumque peragendae sanctius religiosissimae celebritatis, auctores suasoresque sumus praeclarae cuiusdam rei, ex qua quidem, si modo omnes ex animo, si consentientibus libentibusque voluntatibus paruerint, primum quidem nomini christiano, deinde societati hominum universae fructus insignes non sine caussa expectamus eosdemque mansuros.

Cultum SS. Cordis, a se, decessoribusque provectum, quasi perficere cupit Pontifex.

Probatissimam religionis formam, quae in cultu Sacratissimi Cordis IESU versatur, sancte tueri ac maiore in lumine collocare non semel conati sumus, exemplo Decessorum Nostrorum Innocentii XII, Benedicti XIII, Clementis XIII, Pii VI eodemque nomine VII ac IX: idque maxime per Decretum egimus die XXVIII Iunii mensis an. MDCCCLXXXIX datum, quo scilicet Festum eo titulo ad ritum primae classis eveximus. Nunc vero luculentior quaedam obsequii forma obversatur animo, quae scilicet honorum omnium, quotquot Sacratissimo Cordi haberi consueverunt, velut absolutio perfectioque sit: eamque IESU CHRISTO Redemptori pergratam fore confidimus. Quamquam haec, de qua loquimur, haud sane nunc primum mota res est. Etenim abhinc quinque ferme lustris, cum saecularia sollemnia imminerent iterum instauranda postea quam mandatum de cultu divini Cordis propagando beata Margarita Maria de Alacoque divinitus acceperat, libelli supplices non a privatis tantummodo, sed etiam ab Episcopis ad Pium IX in id undique missi complures, ut communitatem generis humani devovere augustissimo Cordi Iesu vellet. Differri placuit rem quo decerneretur maturius: interim devovendi sese singil-

Res, jam alias postulata et aliquatenus permissa, nunc ad maturitatem venit.

latim civitatibus data facultas volentibus, praescriptaque devotionis formula. Novis nunc accedentibus caussis, maturitatem venisse rei perficiendae iudicamus.

Universalis consecratio, tum fidelium tum infidelium, convenit Christo.

a) jure nativo, *ut ratio theologica et ipsa Scriptura probant ex eo quod sit Filius Dei.*

Atque amplissimum istud maximumque obsequii et pietatis testimonium omnino convenit IESU CHRISTO, quia ipse princeps est ac dominus summus. Videlicet imperium eius non est tantummodo in gentes catholici nominis, aut in eos solum, qui sacro baptismate rite abluti, utique ad Ecclesiam, si spectetur ius, pertinent, quamvis vel error opinionum devios agat, vel dissensio a caritate seiungat : sed complectitur etiam quotquot numerantur christianae fidei expertes, ita ut verissime in potestate IESU CHRISTI sit universitas generis humani. Nam qui Dei Patris Unigenitus est, eamdemque habet cum ipso substantiam, *splendor gloriae et figura substantiae eius* (1), huic omnia cum Patre communia esse necesse est, propterea que quoque rerum omnium summum imperium. Ob eam rem Dei Filius de se ipse apud Prophetam, *Ego autem*, eftatur, *constitutus sum rex super Sion montem sanctum eius. — Dominus dixit ad me : Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, et dabo Tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae* (2). Quibus declarat, se potestatem a Deo accepisse cum in omnem Ecclesiam quae per Sion montem intelligitur, tum in reliquum terrarum orbem, qua eius late termini proferuntur. Quo autem summa ista potestas fundamento nitatur, satis illa docent, *Filius meus es tu.* Hoc enim ipso quod omnium Regis est Filius, universae potestatis est heres : ex quo illa, *dabo Tibi gentes hereditatem tuam.* Quorum sunt ea similia, quae habet Paulus apostolus : *Quem constituit heredem universorum* (3).

Ipse Christus jus suum asseruit et exercuit.

Illud autem considerandum maxime, quid affirmaverit de imperio suo IESUS CHRISTUS non iam per apostolos aut prophetas, sed suis ipse verbis. Quaerenti enim romano Praesidi : *ergo rex es tu ?* sine ulla dubitatione respondit : *tu dicis quia rex sum ego* (4). Atque huius magnitudinem potestatis et infinitatem regni illa ad Apostolos apertius

1. *Hebr.* I, 3. — 2. Ps., II. — 3. *Heb.*, I, 2. — 4. *Joann.*, XVIII, 37.

confirmant : *Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra* (1). Si Christo data potestas omnis, necessario consequitur, imperium eius summum esse oportere, absolutum, arbitrio nullius obnoxium, nihil ut ei sit nec par nec simile: cumque data sit in caelo et in terra, debet sibi habere caelum terrasque parentia. Re autem vera ius istud singulare sibique proprium exercuit, iussis nimirum Apostolis evulgare doctrinam suam, congregare homines in unum corpus Ecclesiae per lavacrum salutis, leges denique imponere, quas recusare sine salutis sempiternae discrimine nemo posset.

b) Jure quaesito : 1) *Quoad fideles; hoc patet ex Scriptura et ex S. Augustino.*

Neque tamen sunt in hoc omnia. Imperat Christus non iure tantum nativo, quippe Dei Unigenitus, sed etiam quaesito. Ipse enim eripuit nos *de potestate tenebrarum* (2), idemque *dedit redemptionem semetipsum pro omnibus* (3). Ei ergo facti sunt *populus acquisitionis* (4) non solum et catholici et quotquot christianum baptisma rite accepere, sed homines singuli et universi. Quam in rem apte Augustinus : *quaeritis*, inquit, *quid emerit? Videte quid dederit, et invenietis quid emerit. Sanguis Christi pretium est. Tanti quid valet? quid, nisi totus mundus? quid, nisi omnes gentes? Pro toto dedit, quantum dedit* (5).

2) *Quoad infideles; ostenditur ex S. Thoma.*

Cur autem ipsi infideles potestate dominatuque *Iesu Christi* teneantur, caussam sanctus Thomas rationemque, edisserendo, docet. Cum enim de iudiciali eius potestate quaesisset, num ad homines porrigatur universos, affirmassetque : *iudiciaria potestas consequitur potestatem regiam*, plane concludit : *Christo omnia sunt subiecta quantum ad potestatem, etsi nondum sunt ei subiecta quantum ad executionem potestatis* (6). Quae Christi potestas et imperium in homines exercetur per veritatem, per iustitiam, maxime per caritatem.

Non obstante jure suo, pro sua bonitate, sinit Christus, imo petit ut nos

Verum ad istud potestatis dominationisque suae fundamentum duplex benigne ipse sinit ut accedat a nobis, si libet, devotio voluntaria. Porro IESUS CHRISTUS, Deus idem ac Redemptor, omnium est rerum cumulata per-

1. *Matth.*, XXVIII, 18. — 2. *Coloss.*, I, 13. — 3. *I Tim.*, II, 6. — 4. *I Petr.*, I, 9. — 5. Tract. 120 in Ioan. — 6. 3ª P. q. 59, a. 4.

25 MAII 1899.

nostraque Ipsi devoveamus.

fectaque possessione locuples: nos autem adeo inopes atque egentes ut, quo eum munerari liceat, de nostro quidem suppetat nihil. Sed tamen pro summa bonitate et caritate sua minime recusat quin sibi, quod suum est, perinde demus, addicamus, ac iuris nostri foret: nec solum non recusat, sed expetit ac rogat: *Fili, praebe cor tuum mihi.* Ergo gratificari illi utique possumus voluntate atque affectione animi. Nam ipsi devovendo nos, non modo et agnoscimus et accipimus imperium eius aperte ac libenter: sed re ipsa testamur, si nostrum id esset quod dono damus, summa nos voluntate daturos; ac petere ab eo ut id ipsum, etsi plane suum, tamen accipere a nobis ne gravetur. Haec vis rei est, de qua agimus, haec Nostris subiecta verbis sententia. — Quoniamque inest in Sacro Corde symbolum atque expressa imago infinitae IESU CHRISTI caritatis, quae movet ipsa nos ad amandum mutuo, ideo consentaneum est dicare se Cordi eius augustissimo: quod tamen nihil est aliud quam dedere atque obligare se IESU CHRISTO, quia quidquid honoris, obsequii, pietatis divino Cordi tribuitur vere et proprie Christo tribuitur ipsi.

Mutua caritas exigit ut nos SS. Cordi, h. e. Ipsi Christo obligemus.

Optat Pontifex ut omnes fideles seipsos simul voveant;

Itaque ad istiusmodi devotionem voluntate suscipiendam excitamus cohortamurque quotquot divinissimum Cor et noscant et diligant: ac valde velimus, eodem id singulos die efficere, ut tot millium idem voventium animorum significationes uno omnes tempore ad caeli templa pervehantur. — Verum numne elabi animo patiemur innumerabiles alios, quibus christiana veritas nondum affulsit? Atqui eius persona geritur a Nobis, qui venit salvum facere quod perierat, quique totius humani generis saluti addixit sanguinem suum. Propterea eos ipsos qui in umbra mortis sedent, quemadmodum excitare ad eam, quae vere vita est, assidue studemus, Christi nuntiis in omnes partes ad erudiendum dimissis, ita nunc, eorum miserati vicem, Sacratissimo Cordi IESU commendamus maiorem in modum et, quantum in Nobis est, dedicamus. — Qua ratione haec, quam cunctis suademus, cunctis est profutura devotio. Hoc enim facto, in quibus est IESU CHRISTI cognitio et amor, ii facile sentient sibi fidem amoremque crescere. Qui, Christo

ipse, quantum in se est, infideles dedicat.

Saluberrima est haec devotio, tum fidelibus, sive piis

sive peccatoribus ; tum infidelibus ;

cognito, praecepta tamen eius legemque negligunt, iis fas erit e Sacro Corde flammam caritatis arripere. Iis demum longe miseris, qui caeca superstitione conflictantur, caeleste auxilium uno omnes animo flagitabimus, ut eos IESUS CHRISTUS, sicut iam sibi habet subiectos *secundum potestatem*, subiiciat aliquando *secundum executionem potestatis*, neque solum *in futuro saeculo, quando de omnibus voluntatem suam implebit, quosdam quidem salvando, quosdam puniendo* (1), sed in hac etiam vita mortali, fidem scilicet ac sanctitatem impertiendo; quibus illi virtutibus colere Deum queant, uti par est, et ad sempiternam in caelo felicitatem contendere.

imo ipsis civitatibus, in quibus jus divinum spernitur impie,

Cuiusmodi dedicatio spem quoque civitatibus affert rerum meliorum, cum vincula instaurare aut firmius possit adstringere, quae res publicas naturâ iungunt Deo. — Novissimis hisce temporibus id maxime actum, ut Ecclesiam inter ac rem civilem quasi murus intersit. In constitutione atque administratione civitatum pro nihilo habetur sacri divinique iuris auctoritas, eo proposito ut communis vitae consuetudinem nulla vis religionis attingat. Quod huc ferme recidit, Christi fidem de medio tollere, ipsumque, si fieri posset, terris exigere Deum. Tanta insolentia elatis animis, quid mirum quod humana gens pleraque in eam inciderit rerum perturbationem iisque iactetur fluctibus, qui metu et periculo vacuum sinant esse neminem? Certissima incolumitatis publicae firmamenta dilabi necesse est, religione posthabita. Poenas autem Deus de perduellibus iustas meritasque sumpturus, tradidit eos suae ipsorum libidini, ut serviant cupiditatibus ac sese ipsi nimia libertate conficiant.

quaeque pro insolentia sua et cupiditate, permittente Deo, propriam ruinam conficiunt.

Remedium malorum et perturbationum in eo est ut redeant ad viam, veritatem et vitam.

Hinc vis illa malorum quae iamdiu insident, quaeque vehementer postulant, ut unius auxilium exquiratur, cuius virtute depellantur. Quisnam autem ille sit, praeter IESUM CHRISTUM Unigenitum Dei? *Neque enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri* (2). Ad illum ergo confugiendum, qui est *via, veritas et vita*. Erratum est; redeundum in viam: obductae mentibus tene-

1. S. Thom., *l. c.* — 2. *Act.*, IV, 12.

brae; discutienda caligo luce veritatis: mors occupavit; apprehendenda vita. Tum denique licebit sanari tot vulnera, tum ius omne in pristinae auctoritatis spem revirescet, et restituentur ornamenta pacis, atque excident gladii fluentque arma de manibus, cum Christi imperium omnes accipient libentes eique parebunt, *atque omnis lingua* confitebitur *quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris* (1).

25 MAII 1899.

Cor Jesu est labarum spei et salutis.

Cum Ecclesia per proxima originibus tempora caesareo iugo premeretur, conspecta sublime adolescenti imperatori crux, amplissimae victoriae, quae mox est consecuta, auspex simul atque effectrix. En alterum hodie oblatum oculis auspicatissimum divinissimumque signum: videlicet Cor IESU sacratissimum, superimposita cruce, splendidissimo candore inter flammas elucens. In eo omnes collocandae spes: ex eo hominum petenda atque expectanda salus.

Hac devotione, pontifex de restituta sanitate gratias agit.

Denique, id quod praeterire silentio nolumus, illa quoque caussa, privatim quidem Nostra, sed satis iusta et gravis, ad rem suscipiendam impulit, quod bonorum omnium auctor Deus Nos haud ita pridem, periculoso depulso morbo, conservavit. Cuius tanti beneficii, auctis nunc per Nos Sacratissimo Cordi honoribus, et memoriam publice extare volumus et gratiam.

Ritus peragendi describuntur.

Itaque edicimus ut diebus nono, decimo, undecimo proximi mensis Iunii, in suo cuiusque urbis atque oppidi templo principe statae supplicationes fiant, perque singulos eos dies ad ceteras preces Litaniae Sanctissimi Cordis adiiciantur auctoritate Nostra probatae: postremo autem die formula Consecrationis recitetur: quam vobis formulam, Venerabiles Fratres, una cum his litteris mittimus.

Divinorum munerum auspicem benevolentiaeque Nostrae testem vobis et clero populoque, cui praeestis, Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXV Maii MDCCCXCIX, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

LEO PP. XIII.

---

1. *Phil.*, II, 11.

EPISTOLA

Ad Archiepiscopum Bituricensem.

DE CATHOLICORUM IN GALLIIS AGENDI RATIONE.

25 Maii 1899.

Contendere nos consilia nostra mutasse, res est lugenda, quia falsa, funesta et bonis injuriosa.

HAUD levi sane moerore cognovimus, e quibusdam actis ab Apostolica Sede nuperrime evulgatis nonnullos occasionem perperam omnino nancisci publice edicendi : mutasse Nos consilia circa illam de re vel politica vel sociali rationem agendi catholicorum in Galliis, quam et Ipsi primum indicavimus et pro opportunitate deinceps inculcare nunquam destitimus. Eo autem magis hoc indoluimus, Venerabilis Frater, quod et animos dubio percellere a rectoque itinere obturbatos possit revocare, ac notam iis vestratum inurat, qui hortationibus Nostris sese praecipue audientes exibere, et, vitâ ad earumdem hortationum normam exactâ, pro religione et patria agere passim contendunt. — At enim quae a Nobis documenta recenter prodiere, ea quidem qua dogma qua christianam disciplinam unice respiciunt, nulloque aliquando pacto praescriptiones attingunt, quae, uti diximus, de ratione, apud vos, agendi catholicorum sunt, inque Epistolâ, Februario mense MDCCCXCII, ad Gallos datâ, et in Encyclicis Litteris *Rerum novarum* dilucide continentur. De quibus, nihil prorsus immutatum esse, cunctaque satius integro robore vigere, pronum est intelligere. — Non enim deceret Apostolicae Sedis sapientiam a consiliis decedere, quae omni ita maturitate cepit et continenti studio inculcavit, ut ei, si quis aliter sentiret, iniuriam haud exiguam temere irrogare existimaretur. — Haec, Venerabilis Frater, ex caritate, qua gentem vestram complectimur, rursus significanda censuimus, atque iterum Galliarum catholicos hortamur summopere, ut quae ad communem utilitatem consilia ac monita et saepius dedimus et nunc instaurare vel maxime optamus, ea faciant oppido, eisque, animo et factis in unum

Recentiora documenta non tangunt agendi rationem alibi dilucide descriptam.

Mutasse consilium indignum est Sedi apostolicae.

Utinam Catholici in Galliis directionem Pontificiam sequantur concordes.

concordes, libenter regi, moveri et inter se coalescere, nullo non tempore, adlaborent. — Quod ut e votis cedat, benevolentiae Nostrae testem et munerum divinorum auspicem, Apostolicam benedictionem tibi ac Dioecesi tuae peramanter in Domino impertimus. *Benedictio.*

Datum Romae apud S. Petrum die XXV Maii MDCCCXCIX, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Reginam Hollandiae.

DE CONVENTU PACIS FOVENDAE CAUSA COACTO.

Majesté,

29 MAII 1899.

Gratum est de conventu nos certiorari necnon invitari ut auctoritate non absimus.

Laudandus consilii auctor; laudanda fautrix; laudandus finis;

NOUS ne pouvons qu'avoir pour agréable la lettre par laquelle Votre Majesté, Nous faisant part de la réunion, dans la Capitale de son royaume, de la Conférence pour la paix, a eu l'attention de solliciter pour cette assemblée Notre appui moral.

Nous Nous empressons d'exprimer Nos vives sympathies, soit pour l'Auguste initiateur de la Conférence et pour Votre Majesté, qui s'est empressée de donner à celle-ci une honorable hospitalité, soit pour le but éminemment moral et bienfaisant auquel tendent les travaux qui déjà y sont inaugurés.

At, hujusmodi coeptis, non auctoritate solum sed vera cooperatione juvare, apprime Pontificis officium est.

Pour de telles entreprises Nous estimons qu'il entre tout spécialement dans Notre rôle, non seulement de prêter un appui moral, mais d'y coopérer effectivement, car il s'agit d'un objet souverainement noble de sa nature, et intimement lié avec Notre Auguste ministère, lequel, de par le divin Fondateur de l'Église, et en vertu de traditions bien des fois séculaires, possède une sorte de haute investiture comme médiateur de la paix. En effet, l'autorité du Pontificat suprême dépasse les frontières des nations, elle embrasse tous les peuples, afin de les confédérer dans la vraie paix de l'Évangile; son action pour promouvoir le bien général de l'humanité s'élève au-dessus des intérêts particuliers qu'ont en vue les divers chefs d'États, et mieux que personne elle sait incliner à la concorde tant de peuples au génie si divers.

Hoc officium pontifices exer-

L'histoire à son tour vient témoigner de tout ce qu'ont fait Nos Prédécesseurs pour adoucir par leur influence les

lois malheureusement inévitables de la guerre, arrêter même, quand surgissaient des conflits entre peuples ou entre princes, tout combat sanguinaire, terminer à l'amiable les controverses les plus aiguës entre nations, soutenir courageusement le droit des faibles contre les prétentions des forts. Et Nous aussi, malgré l'anormale condition où Nous sommes réduits pour l'heure, il Nous a été donné de mettre fin à de graves différends entre des nations illustres, comme la Germanie et l'Espagne ; et aujourd'hui même Nous avons la confiance de pouvoir bientôt rétablir l'harmonie entre deux nations de l'Amérique du sud qui ont soumis à Notre arbitrage leur contestation.

cuisse et exercere historia testatur.

Malgré les obstacles qui puissent surgir, Nous continuerons, puisque le devoir Nous en incombe, à remplir cette traditionnelle mission, sans aspirer à d'autre but que le bien public, sans convoiter d'autre gloire que celle de servir la cause sacrée de la civilisation chrétienne.

Quidquid sit, manebimus in hoc officio intuitu boni communis.

Nous prions Votre Majesté de vouloir bien agréer les sentiments de Notre particulière estime et l'expression sincère des vœux que Nous formons pour Sa prospérité et celle de Son royaume.

Du Vatican, le 29 Mai 1899.

LEO PP. XIII.

ALLOCUTIO

Habita in Consistorio.

DE CONSTITUTIONE PATRIARCHARUM MARONITARUM ET COPTORUM.

19 IUNII 1899

Electionem Novi Patriarchae Maronitarum, rite factam, de more confirmat.

ALLOQUENDI initium a negotiis orientalibus hodie sumimus, idque eo magis libentes, quia res agitur duarum Ecclesiarum, quas gloriosae origines atque illustrium fama meritorum consecravere. Antiochenam dicimus atque Alexandrinam: quarum altera Patriarcham Maronitarum, altera Coptorum desiderat.

Cum in pace Christi quievisset superiore mense Decembri Venerabilis Frater Iohannes Petrus Hagg, qui Patriarchatum Antiochenum Maronitarum annos plus octo gesserat, Episcopi maronitico ritu, in Synodo legitima, consentientibus omnium suffragiis, in demortui locum sublegerunt Venerabilem Fratrem Eliam Huayek, Archiepiscopum titularem Arcae, qui Elias Petrus sibi nomen imposuit. Subinde cum Episcopi qui ad suffragia coiverant, tum is qui renuntiatus Patriarcha est, dedere ad Nos litteras, quae rem gestam exponerent, unâque peterent, ut auctoritate apostolica electionem confirmare, sacrumque Pallium electo tribuere vellemus. Totius cognitionem negotii permisimus, uti mos est, Venerabilibus Fratribus S. R. E. Cardinalibus e sacro Consilio fidei christianae propagandae negotiis orientalis ritus praeposito: qui, deliberatione diligenter habita, supplicandum Nobis censuerunt ut, senato si quid forte actum vitio, Episcoporum supra dictorum precibus annuere vellemus. Omnino Nobis inclinavere animum cognitae viri virtutes, quae efficiunt ut optime in eo patriarchalis locata dignitas videatur, neque dubitari sinunt fore ut res Maroniticae gentis catholica magis in dies, eo rectore, floreat. Quapropter eius electionem seu postulationem ad Patriarchatum Antiochenum Maronitarum probandam

ratamque habendam existimavimus, eumdemque Venerabilem Fratrem sacro Pallio de corpore beati Petri sumpto ornandum iudicavimus.

Quid vobis videtur?

Auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli et Nostra, electionem seu postulationem a Venerabilibus Fratribus Episcopis Maronitis factam de persona Venerabilis Fratris Eliae Petri Kuayek, sanatis, quatenus opus sit, quibusve vitiis quae electioni ipsi potuerint officere, probatam ratamque habemus: eumque ab Archiepiscopatu titulari Arcae ad Patriarchalem Antiochenam Ecclesiam Maronitarum cum omnibus privilegiis, quibus decessores eius ab hac Apostolica Sede ornari consueverunt, evehimus et promovemus, et Patriarcham ac Pastorem Maronitarum fidelium, ut in decreto et schedula consistorialibus significabitur, constituimus et declaramus, contrariis quibuscumque non obstantibus.

In Nomine Patris ✠ et Filii ✠ et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Ipse Pontifex, iure suo designare potest titularem sedis Patriarchalis Alexandrinae Coptorum;

Quod autem ad Coptos pertinet, non estis nescii, Venerabiles Fratres, quartum ante annum per Litteras Nostras Apostolicas *Christi Domini* constitutum ac rite fundatum Coptis esse Patriarchatum Alexandrinum, Episcopis suffraganeis assignatis duobus, adiectaque lege ut primum ab instituto Patriarcham non nisi ab Apostolica Sede designari creárique ius esset. Interea aucto catholicorum e gente Coptica numero, futurorumque incrementorum excitata expectatione, Episcopi et primores e Clero, decus insimul ac firmamentum Ecclesiae suae expetentes, rogare atque orare ut Patriarcha sibi suus Sedis Apostolicae auctoritate detur. — Eos e Venerabilibus Fratribus S. R. E. Cardinalibus, qui dissidentium cum Ecclesia reconciliandorum negotio praesunt, quid ea de re censerent, rogavimus. Faciendum censuere: de persona autem videri, Patriarchali praeficiendum officio et muneri, cum usu sacri Pallii, Venerabilem Fratrem Cyrillum Macaire, Episcopum titularem Caesareae Paneadis, qui eumdem Patriarchatum vicaria potestate

itaque Personam exoptatam a S. R. E. Cardinalibus approbat

apostolica administrat. Probavimus quidem non modo de re, sed etiam de persona sententiam. Nam Venerabilis Frater Cyrillus floret dignis Episcopo virtutibus, doctrina praesertim, pietate, rerum quoque agendarum prudentia, quam Nosmetipsi experiendo cognovimus. Eum igitur dignitate Patriarchali, quam supra memoravimus, augendum censemus.

Quid vobis videtur?

atque confirmat.

Auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli et Nostra, Venerabilem Fratem Cyrillum Macaire ab episcopatu titulari Ecclesiae Caesariensis Paneadis ad Patriarchatum Alexandrinum Coptorum, cum omnibus privilegiis, quibus Patriarchae ceteri utuntur, fruuntur, nominatimque cum usu sacri Pallii, evehimus et promovemus, et Patriarcham ac Pastorem Coptorum fidelium constituimus et declaramus, uti in decreto et schedula consistorialibus significabitur, contrariis quibuscumque non obstantibus.

In nomine Patris ✠ et Filii ✠ et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Undecim lectos viros in Collegium Cardinalium cooptat.

Ad amplissimum Ordinem vestrum, Venerabiles Fratres, cogitatione curaque conversa, consilium cepimus sacrae honore Purpurae honestare lectos viros undecim, sua quemque virtute praeditos: quippe qui vel doctrinae fructu, vel episcopalium sedulitate officiorum, vel aliter deditâ Ecclesiae operâ laudem meritorum non vulgarium sibi singuli pepererunt. Hi sunt:

IOANNES BAPTISTA CASALI DEL DRAGO, Patriarcha Constantinopolitanus:

FRANCISCVS DE PAVLA CASSETTA, Patriarcha Antiochenus, vice sacra Antistes alter Urbis:

IANVARIVS PORTANOVA, Archiepiscopus Rheginensis:

IOSEPHVS FRANCICA NAVA DI BONTIFÈ, Archiepiscopus Cataniensis, Noster in Hispania Nuntius Apostolicus:

AVGVSTINVS CIASCA, Sodalis Augustinianus Archiepiscopus titularis Larissensis, Adiutor sacri Consilii christiano nomini propagando: 19 IUNII 1899.

FRANCISCVS DESIDERATVS MATHIEU, Archiepiscopus Tolosanus:

PETRVS RESPIGHI, Archiepiscopus Ferrariensis:

AVGVSTINVS RICHELMY, Archiepiscopus Taurinensis:

IACOBVS MISSIA, Archiepiscopus Goritiensis:

ALOISIVS TROMBETTA, Adiutor sacri Consilii Episcoporum atque Ordinum Religiosorum negotiis praepositi:

IOSEPHVS CALASANTIVS VIVES, Sodalis Franciscalis capulatus.

Praeter hos, qui nominati sunt, adlegere in Collegium vestrum decrevimus praestantes alios viros duos: quos tamen in pectore reservamus.

Quid vobis videtur?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra creamus et declaramus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales

Ex Ordine Presbyterorum

IOANNEM BAPTISTAM CASALI DEL DRAGO,
FRANCISCVM DE PAVLA CASSETTA,
IANVARIVM PORTANOVA,
IOSEPHVM FRANCICA NAVA DI BONTIFÈ,
AVGVSTINVM CIASCA.
FRANCISCUM DESIDERATVM MATHIEU.
PETRVM RESPIGHI,
AVGVSTINVM RICHELMY,
IACOBVM MISSIA.

Ex Ordine Diaconorum

ALOISIVM TROMBETTA,
IOSEPHVM CALASANTIVM VIVES.

Item duos alios, ut supra diximus, Cardinales creamus, et in pectore reservamus, quandocumque arbitrio Nostro renuntiandos.

Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis. In Nomine Patris ✠ et Filii ✠ et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Sequitur, ut Venerabilium Fratrum Episcoporum Ordinem suppleamus.

EPISTOLA

Ad Archiepiscopos et Episcopos Americae latinae qui Romae in Concilio plenario adsunt.

SUAM SPEM ET BENEVOLENTIAM PROFITETUR PONTIFEX.

23 IUNII 1899.

CONCILIUM plenarium vestrum, dudum exoptatum diutinisque curis dispositum, coactum demum esse et vos iure laetamini et Nos cummaxime gratulamur. Eadem autem Nobis vobisque laetitiae capiundae ratio: de coetu enim vestro spem optimam portendimus universi, quod uberrimas utilitates Americae latinae populis sit pariturus. Qua quidem spe eo Nos firmius tenemur quod et alacritatem perspeximus, qua, licet tam longe dissiti, Romam quisque vestrum libens convenit, et concordiam summam mirati sumus, qua, diversitate gentium posthabita, operam laboremque Concilii tractationibus unanimes impenditis. Acceditporro ad fiduciam Nostram firmandam studium et obsequium in Apostolicam Sedem, quae in ipso Concilii exordio testari placuit, datis ad Nos litteris, officii observantiaeque plenis. Ex qua profecto coniunctione vestra cum Cathedra beati Petri amplissima divinae gratiae subsidia coetui vestro demeretis, ut quae secundis adeo auspiciis sunt coepta, secundissimis etiam eventibus absolvantur. De benevolentia autem Nostra, VenerabilesFratres, nihil plane est quod dubitetis: eam praestitimus, quum, magna animi iucunditate, singulos alloquuti sumus; praestitimus etiam, quum, ad augendam conventui vestro dignitatem aliquot e Cardinalium Collegio in publicis comitiis praeesse ad honorem permisimus. Eius praeterea testem, Apostolicam benedictionem esse volumus, quam, munerum caelestium auspicem, vobis universis amantissime in Domino impertimus.

Laetatur Pontifex de coacto Concilio.

Ex ipso tanto maiores fructus sperat quanto sint animi magis alacres, concordes et Sedi Romanae obsequiosi.

Mutuam suam benevolentiam profitetur

et benedicit.

Datum Romae apud S. Petrum die XXIII Iunii MDCCCXCIX, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

LEO PP. XIII.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE LEGIBUS CONGREGATIONIS

ANGLO-BENEDICTINAE NOVANDIS.

29 IUNII 1899.

Pergit Pontifex Anglo-Benedictinis curam impendere,

DIU quidem est, cum Sodales Anglo-Benedictini studia Nostra primum excitavere: ex eoque tempore, quid apud ipsos disciplinae vitaeque communi in praesens prodesse usquequaque posset, respicere et cogitare amanter perreximus. In quo non propensionem modo quamdam animi sequimur, verum etiam vim officii. Etenim Ordinum religiosorum in Apostolicae Sedis tutela conquiescit universum genus: proptereaque Nobis potissimum illorum est omnium custodienda salus, augenda virtus. Id profecto, ne repetamus vetustiora, spectavimus, id voluimus cum de variis membris Ordinis Minorum legem haud ita pridem fecimus ut una coirent, restitutâque ad morem priscum communione viverent: quod sane fructuosum ac salutare Ordini universo futurum iam res et eventa confirmant. Eadem Nos caussa impulit ut partem curarum Nostrarum non postremam in iis magni Benedicti alumnis, quos diximus, collocaremus: quamquam de istis valde quoque permovit Nos rerum praeteritarum fama, gloria, memoria. Attigimus alio loco sane perbreviter, sed animo libenti, quam egregie apud Anglos de nomine catholico, de humanitate christiana mereri, nec brevi annorum, sed longo saeculorum spatio consueverint. Atqui vis illa in Sodalitio insita, diligentissime a maioribus conservata, privatarum parens virtutum, eademque salutis hominum sempiternae potens pollensque adiutrix, nequaquam certe diuturnitate consenuit: dubitari tamen non potest, longe maiores edituram fructus, si disciplina vitae accesserit ea, quam et conditio temporum et nativa Ordinis instituta magnopere desiderant.

quod quidem sui officii est.

Quae de unione Ordinis Minorum decrevit utiliter,

haec et apud Benedictinos inducere cupit.

Movetur ex antiquis ipsorum meritis quae, nedum consenuerunt, augebuntur si disciplina opportune mutatur.

Re mature perpensa,

Quae Nos omnia diligenti consideratione complexi, nullaque ex iis rebus praetermissa quae ad recte iudicandum

29 IUNII 1899.

sapienterque providendum prudentia praescribat, explorate cognovimus, omnino Congregationem Anglo-Benedictinam eo, quo nunc est, statu diutius manere non oportere. Quamobrem per Litteras Apostolicas *Religiosus Ordo* Constitutioni Urbanianae *Plantata* derogavimus in ea parte quae regimen Congregationis attingeret: sublatoque officio ac munere Praepositorum duorum provincialium, binisque extinctis missionalibus Provinciis, ius novum in forma ac ratione regiminis introduximus: atque huius consilii caussas abunde eo ipso loco explicavimus.

Pontifex regimen Congregationis innovandum esse jusserat.

Nec mora ulla fuit, quin Sodales decreta ac iussa Nostra perficere ingrederentur, atque id quidem tanta cum alacritate parendi, quantam expectari par erat a viris religiosis, quibus nihil sit prius officio, nec quidquam romani Pontificis voluntate sanctius. Una in re sola expectationem fefellit exitus. Nimirum refigere veteres vivendi leges magnam partem necesse erat, novasque inducere praescriptis mandatisque Nostris consentaneas. Huius rei gratiâ, cum placuisset Nobis, quod olim Paulo V decessori Nostro idem placuerat in caussa non multum dissimili, ut novum Constitutionum codicem designati quidam ex ipsa Congregatione viri meditarentur suaque ipsi manu describerent, id quidem minus cessit e sententia. Infecta quippe ad hanc diem res est: quamquam non ob eam caussam quod quempiam e Sodalibus sincera fides aut voluntas honesta deficiat, sed quia mentem Nostram alii aliter interpretantur, ita ut quas leges condere oporteat novas, quas retinere iam conditas, non modo non convenerit inter eos, sed nec verisimile sit, facile conventurum. Ex quo illud consequitur primum, ut quod earum Nostrarum litterarum caput est, quodque ad Congregationem ordinandam convenienter tempori moribusque maiorum maxime pertinet, id plane careat effectu. Secundo loco periculum est ne eiusmodi sententiarum discrepantia, si longius insederit, detrimentum afferat caritati mutuae, quod in omni societate virorum religiosorum princeps atque optimum est vinculum incolumitatis.

Obsequiosi, ut par erat, se praebuere Sodales;

at expectationem fefellit exitus.

Novae constitutiones, iis dissentientibus qui ad hoc designati fuere, describi non potuerunt;

itaque, quum litterae apostolicae effectu carent

et periculum imminet caritati mutuae,

His igitur incommodis occurrendum rati, rem totam ad auctoritatem Nostram revocavimus: volumusque et prae-

re ad se vocata, ipse

Pontifex constitutiones condit. cipimus, ut in Constitutionibus ad usum Congregationis Anglo-Benedictinae conficiendis haec legum capita, quae infra scripta sunt, inscribantur perpetuo inviolateque servanda.

I

Monasteriorum duo genera sunto: unum, Abbatiae: alterum, Prioratus.

Abbatiae monachos minimum viginti singulae numeranto: ex eisque saltem duodecim intra septa monasterii degant.

Abbatiam is regat Abbas potestate perpetua, quem monachi delegerint. Deligendi hae leges sunto, quae sequuntur.

Coenobio cum orbitas accidit, Praeses Congregationis electores certum in locum ad suffragia vocet intra mensem.

Electores in coetu adesse omnes, lex esto. Si qui impediatur, excuset caussam scripto: simulque aut abstinere se suffragio testetur, aut procuratorem sibi adsciscat, qui mandatum ad legum praescripta exequatur.

Is Abbas esto, qui punctorum partes duas e tribus tulit. Si nemo tulerit, tum inita sextum suffragatione, is Abbas esto qui mediam partem tulit plus uno.

Si nec ita convenerit, rursus ineunto sextum suffragationem: si nondum convenerit, Abbatem Praeses eligito.

Praeesse coetui suffragiis ferendis Praesidem, ius esto. Sin impediatur, vices suas supplere priorem Assistentem iubeat. Suffragium ne ferat. Abbatem electum Sedis apostolicae nomine confirmet, atque ut is semestri spatio Episcopo loci, vel, eo impedito, Episcopo alteri se sistat auctoritate apostolica benedicendus, provideto.

Prioratus singuli monachos saltem sex numeranto. Prioratum regat Prior ab Abbate fundatore ad nutum institutus.

Utroque in genere monasteriorum vitam communem ad iussa legum degunto: monasticum psalmodiae institutum religiose servanto.

II

29 IUNII 1899.

Concilium Praepositis conventualibus duplex esto : unum maximum, id est ex universa familia monastica : alterum minus, id est e Senioribus.

Concilium ex familia universa saltem quotannis Abbas cogat. Monachos interesse omnes, ius esto. Si qui impediatur, sese scripto excuset. In deliberationem adducantur quaecumque e re communi videantur esse, ut admissio iuvenum initialium ad vota simplicia : opus perenne a monachis suscipiendum : alienatio fundorum aut redituum : pecunia mutuo danda : si quod coenobium aperiendum novum : cooptatio Seniorum, et qui ad Capitulum generale delegandi.

Concilium Seniorum partem dimidiam antistes coenobii, dimidiam reliqui legant.

Seniores duo sunto, ubi monachi decem : quatuor, ubi monachi sexdecim, aut ne plures quam viginti. Ubi plures quam viginti, ad singulas decades singuli addantur Seniores. Senarius monachorum numerus pro decade habeatur.

Ubi Seniorum numerus impar, supra numerum parem Abbas Seniorem eligito. In Senioribus deligendis eorum praecipue monachorum habeatur ratio, qui sint in Missionum muneribus exercitati.

Praepositus monasterii singulis saltem mensibus Concilium Seniorum cogat : quibus de negotiis, cautum esto in Constitutionibus. Iudicium Seniorum, tametsi is eo non adstringitur, nihilominus ne temere negligat, maxime ubi omnium consenserint sententiae : omninoque ei iudicio pareat cum de sumptibus agitur extraordinariis, qui aureorum Britannicorum centum et viginti summam exsuperent.

III

Praeses Congregationis ex eorum numero legatur, qui monasteria regant, vel, quousque Congregatio quinque saltem Abbatiis coaluerit, ex eorum qui rexerint.

Ad suffragia coire ius esto omnes Abbates *regiminis*,

Priorem Cathedralis Ecclesiae Neoportensis, Delegatos a singulis familiis monasticis, Procuratorem in Curia.

Praeses potestatem quadriennio gerat: monasteria pro potestate obeat altero quoque anno: missiones, quotiescumque censuerit oportere: Capitulo generali, Abbatum creationi praeesto: appellationes accipiat, lites componat, negotia de quibus cautum in Litteris apostolicis *Religiosus Ordo*, aliaque per Constitutiones definienda, expediat.

Idem Congregationem universam nulla temporis intermissione gubernet: ita tamen ut Abbatum potestas in monasterium proprium ne minuatur. Principem locum ubivis obtineat.

IV

Ad Capitulum generale convenire ius esto

I. Praesidem Congregationis.
II. Abbates *regiminis*.
III. Priorem Ecclesiae Cathedralis Neoportensis.
IV. Delegatos a singulis familiis.
V. Procuratorem in Curia.
VI. Magistrum Scholarum.
VII. Assessorem in rebus iudiciariis.
VIII. Inspectorem rei familiaris.

Quaecumque de ratione studiorum rite iussum decretumque sit, ea Magister Scholarum religiose exequatur. Idem scholas circumeat frequenter: ingenia, doctrinam alumnorum coram periclitetur; at si quid emendandum novandumque sit, Coenobii Praepositum aut Praesidem Congregationis moneat: nihil ipse auctoritate ordiatur sua.

Assessor in caussis legitimis ac iudiciariis adstet Praesidi a latere.

Inspector rei familiaris de re familiari convenienter legibus quaerat: a monasteriis singulis singulisque Missionibus tabulas expensi et accepti sibi iubeat exhiberi.

Praeses designet generalium conventuum habendorum tempus, locum: negotia ab iis, qui convenerint, ita pertractentur ut in caussis definiendis aequa sit omnibus suffragii ferendi facultas.

Transactis negotiis, alio secedant Magister Scholarum, Assessor, Inspector rei familiaris quippe quos omnes suffragia ferre in muneribus mandandis non est ius. Tum eligatur Magister Scholarum, item Assessor itemque Inspector rei familiaris. Dein creetur Praeses : mox e Praefectis monasteriorum assumantur Assistentes. Horum alter eligatur a Praeside, huiusque vices, ubi fuerit opus, gerito : alter a Capitulo generali per suffragia, isque, quando vita aut gradu cesserit Praeses, in locum Praesidis succedat, potestatemque ad Capitulum generale proximum administret.

29 IUNII 1899.

Sub extrema Capituli eligatur e tribus, quos Praeses designarit, Procurator in Curia. Sin Praeses abfuerit, tum, dimisso coetu, Praesidem per litteras docere liceat, quem quisque maxime idoneum iudicat.

V

A Concilio Praesidis unice sunto Assistentes, Procurator in Curia, Magister Scholarum, Assessor, Inspector rei familiaris.

Praesidem Assistentes consilio operaque iuvanto in Congregatione universa administranda : reliqui iis in rebus, quae ipsorum cuiusque officii ac muneris sint.

Quibus in caussis exquirere Praesidem a Consultoribus sententiam necesse sit, Constitutionibus statuatur.

VI

Si qui sedem suam Abbas honestâ caussâ reliquerit, is Abbatiae alicuius veteris titulum assumat. Idem ius esto, si Praeses eligatur ex iis qui monasterio cum potestate praefuerint, nec sit Abbas.

VII

De unica tirocinii domo quod iam sancitum est, id iussum ratumque esto ad octennium.

VIII

Sublato iureiurando de missione suscipienda, in formula professionis post verba « secundum regulam sancti Patris

« Benedicti » addantur ista « et Constitutiones Congrega-
« tionis Anglicae. Itidem promitto, annuente Sede aposto-
« lica, me a Superiore iussum pastorale ministerium susce-
« pturum, vel dimissurum sub Rmo Domino N. N. etc. ».

IX

Qui vota simplicia recens professi sint, ii in monasterio sancti Michaelis apud Belmont philologiam, philosophiam aptasque ad theologiam disciplinas addiscant. Exin in monasterio proprio Theologiae dogmaticae, moralis et pastoralis, item iuris pontificii, sacrarum Litterarum studiis triennio operentur. Sacrae theologiae alumnos erudiendis ephebis destinari, nisi necessitas coegerit, ne liceat : ad horas plus quam octo in hebdomada destinari numquam liceat. Monachos adolescentes ingenio bono Romam Praepositi ad Collegium Anselmianum mittendos curent.

X

Missionariorum annuus, potioris pietatis caussâ, secessus, quem extrahi ad mensem Litterae apostolicae *Religiosus Ordo* iusserant, diebus quindecim finiatur.

Ubi Missionarii plures una considunt, ibi commune aerarium esto, unde quantum cuique necesse est, singuli sumant.

XI

Praepositus Coenobii semel in hebdomada de adipiscenda perfectione virtutum ad suos concionetur : idque ni per se ipse fecerit, per alium faciat. Idem diligenter provideat, ne desit qui semel in hebdomada sacras Litteras scientiamque morum christianam ad fratres exponat.

Semel in hebdomada habeatur Capitulum, quod vocant *culparum*.

Quibus ita constitutis, volumus ac praecipimus ut dilecti filii Franciscus Aidanus Gasquet, Edmundus Ford Prior Sancti Gregorii apud Downside, Oswaldus Smith Prior Sancti Laurentii apud Ampleforth, Oswaldus O'Neill Prior Sancti Edmundi Duacensis, Wilfridus Raynal Prior Ecclesiae Cathedralis Neoportensis, Benedictus Mackey Procurator in Curia, collatis inter se consiliis, Constitutio-

num codicem conficiendum curent, et quaecumque a Nobis sive per praesentes sive per superiores Litteras apostolicas statuta decretaque sunt, omnia in eum coniiciant, partesque eius reliquas ad praescripta Nostra accommodent, ita sane ut declaratio quaedam sanctae Regulae esse videantur.

29 IUNII 1899.

Priusquam tamen admoveatur operi manus, iubemus ad Capitulum generale vocari Praesidem Congregationis, Priores qui nunc sunt, Procuratorem in Curia, delegatos a singulis familiis. Cuiusmodi Capituli hoc propositum atque hae partes, sunto, Congregationis negotia expedire, deque rebus in Constitutiones introducendis verba facere, ita tamen ut quaestiones dirimere, remque totam mandare litteris, eorum sit unice, quos antea nominavimus.

Constitutionum novum codicem ad Nos mitti iubemus ut cognoscere ac probare, si visum fuerit, possimus.

Demum, quo magis appareat voluntas ac benevolentia Nostra prope singularis erga Congregationem tanta meritorum praestantia ac tot virtutibus nobilitatam, monasteriis Sancti Gregorii de Downside, Sancti Laurentii de Ampleforth, Sancti Edmundi Duacensis auctoritate Nostra apostolica Abbatialis dignitatis titulum assignamus, attribuimus, ita ut iuribus ac privilegiis utantur, fruantur, quae lex ei titulo aut consuetudo coniunxit : nominatim ut Abbates in posterum rectores habeant, quos monachi sui, ut supra constitutum est, elegerint. Verumtamen, cum primum electuri sunt, scilicet probatis Constitutionibus novis, ultro sinimus ut eligant ad octennium.

Igitur quaecumque his litteris decreta, declarata, ac sancita sunt, ab omnibus ad quos pertinet servari volumus ac mandamus, nec ea notari, infringi et in controversiam vocari posse ex quavis, licet privilegiata, caussa, colore et nomine : sed plenarios et integros effectus suos habere, non obstantibus praemissis et, quatenus opus sit, Nostris et Cancellariae apostolicae regulis, Urbani VIII aliisque apostolicis, etiam in provincialibus ac generalibus Conciliis editis Constitutionibus, nec non quibusvis etiam confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis statutis, consuetudinibus ac praescriptionibus : quibus omnibus ad praemis-

sorum effectum specialiter et expresse derogamus et derogatum esse volumus, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo nonagesimo nono, tertio Calendas Iulii, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

C. CARD. ALOISI MASELLA PRO-DAT. — A. CARD. MACCHI.

VISA

DE CURIA I. DE AQUILA E VICECOMITIBUS

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Secret. Brevium

I. CUGNONIUS.

EPISTOLA

Ad Episcopum Massiliensem.

DE DEVOTIONE ERGA SS. COR JESU.

VIX quicquam Nobis afferri potuit optabilius, quam quod attulere proximae litterae tuae de publica Massiliensium tuorum erga sacrosanctum Cor IESU religione: quam quidem, aliis antea testatam significationibus, superiore mense scribis toto illo triduo apparuisse mirifice. Periucunda Nobis ea res ad cognoscendum fuit, quia nihil sanctius fieri, nihil magis consentaneum saluti potest. Ceterum, si res et facta spectentur, non inepte dixeris, videri provisum divinitus ut necessitudine quadam singulari cum Sacratissimo Corde coniuncta Gallia teneatur. Vestra enim civis est femina sanctissima, cuius potissimum praedicatione atque opera propagari latius cultum Cordis sui IESUS CHRISTUS voluit. Atque is postea cultus florere praecipuoque in honore apud vos esse numquam desiit, ita sane ut tum quoque, cum ad contradicendum vis inimica surrexit, consentiens populi pietas magnifice triumpharit. Quid de aede, quam non multos ante annos Sanctissimo Cordi in rebus trepidis Gallia voverat? Susceptum suadente fide votum, pietate exsolvistis munificentiaque mirabili. Istas gentis vestrae verissimas laudes eo commemoramus libentius, quia et praesentium rerum solatium quoddam continent et spem laetam futurarum. Anceps est temporum iter: sed cernimus animo, quam diu civitas religionem augustissimi Cordis IESU retinuerit, retinebit autem, si Deo placet, perpetuo, magnum hoc ipso velut pignus salutis habituram. Caelestium munerum auspicem, benevolentiaeque Nostrae testem, tibi, Venerabilis Frater, Clero populoque tuo universo Apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

6 IULII 1899.

Religionem Massiliensium in SS. Cor Jesu Pontifex diserte probat.

Haec devotio singulari titulo alligata est Galliae,

in qua et originem sumpsit

et, invitis inimicis, publica munificentia floret.

Haec religio, si retinetur, spes erit salutis.

Datum Romae apud S. Petrum die VI Iulii MDCCCXCIX, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo. LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Sebastianum Georgium Schaeffer, Canonicum Coloniensem, Praesidem consociationis juvenum opificum.

DE OPERE KOLPINGIANO.

7 IULII 1899.

Opus a Kolping opportune excitatum,

BENIGNO Dei numine factum putamus ut, quum, studiis commutationum ubique excitatis, tempora conditioni artificum periculosa esse inciperent, Adolphus Kolping, rerum impendentium prudens, condendae iuvenum opificum consociationis consilium iniverit ad se mutuo iuvandum et avitam religionem erecto animo profitendam. Quod vix dum sacerdos egregius perficere est aggressus, mirus ubique ardor excitatus ; institutum porro, continenti experientia magnisque utilitatibus probatum, adeo increvit ut et in Germania qui nomen darent ad multa millia censerentur, et ad finitimas quoque gentes propagatum egregie floreret. Quae vero nuper, natalem quinquagesimum Kolpingiani operis celebrantes, communibus datis litteris enarrastis, hanc quidem laudem amplissime confirmabant, animumque Nostrum iucunditate maxima perfuderunt. Nos enim, qui in iuvanda opificum conditione plurimum elaboravimus, laetari profecto decet quod, quae docuimus et inculcavimus, tanta animorum alacritate apud vos perficiantur. Consociationi igitur vestrae uberius usque obsecundet Deus, ut quae hactenus incrementa cepit amplioribus cumulentur. Nos autem, ut stimulos volentibus adiiciamus, Apostolicam benedictionem, paternae Nostrae benevolentiae testem, iuvenibus singulis, qui in consociationem sunt cooptati, tibique, qui universis cum laude praees, amantissime in Domino impertimus.

pro sua utilitate, mirifice excrevit.

Inde gaudet Pontifex de conditione opificum summopere sollicitus ;

optat nova incrementa,

et benedicit.

Datum Romae apud S. Petrum die VII Iulii MDCCCXCIX, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

LEO PP. XIII.

LITTERAE
DE CULTU SS. CORDIS IESU
AMPLIFICANDO.

ETSI gratum semper mihi fuit officium communicandi cum Ecclesiae Praesulibus ea, quae supremus eiusdem Pastor illis significanda praescripserit; gratissimum modo accidit patefacere singulis Sacrorum Antistitibus suavissimam animi voluptatem, quam Ssmus D. N. Leo PP. XIII percepit ex promulgatione novissimae suae Epistolae Encyclicae, qua universum humanum genus Sacratissimo Cordi D. N. IESU CHRISTI solemni ritu devovendi auctor fuit. Novit enim quanta animi propensione, quo consensu voluntatum fuerint eae litterae ab omnibus tum pastoribus tum fidelium gregibus receptae, et quam prompte ac studiose fuerit illis ubique obsecundatum.

21 IULII 1899.

Praescriptis Pontificiis studiose obsecundatum est.

Ipsemet sane Summus Pontifex cunctis exemplo praeivit; et ad suas Vaticanas Aedes, in sacello, cui a Paulo V nomen est, institutâ per Ipsum supplicatione, universum terrarum orbem divino IESU Cordi obtulit et devovit. Cuius exemplum secutus romanus populus, magna frequentiâ convenit in patriarchales et minores Basilicas, in templa quaelibet curialia, in aedes sacras prope singulas: ibique solemnem consecrationis formulam iteravit, unoque veluti ore confirmavit.

Describitur quid Romae,

Protinus allatae sunt undique litterae, et quotidie afferuntur, nuntiantes, eumdem consecrationis ritum, pari studio ac pietate, peractum fuisse in unaquaque dioecesi, imo in singulis ferme ecclesiis; neque Italiae solum et Europae, sed et regionum maxime dissitarum. Cuius universi catholici populi consensus in obsecundando votis et voluntati supremi omnium Patris, profecto laus maxime debetur sacris Praesulibus qui suis gregibus eiusmodi in re auctores fuerunt ac duces. Quapropter, Summi Pontificis obsequens desiderio, Tibi et singulis, qui tuae subiacent

quid ubique factum sit

atque debitae laudes solvuntur.

potestati, animarum regimen gerentibus, Eius nomine, magnopere gratulor et gratias ago.

Fructus erunt: extensio Regni Christi,

Siquidem, ut in iisdem encyclicis litteris Beatissimus Pater edicit, uberes iucundissimosque fructus, nedum in singulos christifideles, verum et in universam christianam familiam, imo et in omne genus hominum, ex hac solemni oblatione derivaturos confidit, et nos cum eo confidimus. Omnes enim intime persentiunt quam necessarium sit, ut languescens nimium fides vividius excitetur; ut sincerae caritatis ardor ignescat; ut exsultantibus nimium cupiditatibus frena iniiciantur, moribusque in dies contabescentibus medicaminis nonnihil afferatur. Omnium in votis esse debet, ut humana societas suavissimo Christi imperio subiiciatur, eiusque regium ius, divinitus ei in omnes gentes collatum, civiles etiam potestates cognoscant et revereantur; quo fiat ut Ecclesia Christi, quae regnum Ipsius est, magis magisque amplificetur et ea perfruatur libertate et quiete, quae ad novos usque triumphos comparandos prorsus est ei necessaria. Ad hoc denique ab omnibus enitendum est, ut innumeras gravissimasque iniurias, quae quotidie, in universo orbe, divinae maiestati ab ingratissimis hominibus inferuntur, compensare piis operibus ac reparare studeamus.

reparatio pro iniuriis illatis.

Ad quos fructus augendos necessaria est perseverantia,

Verum ut concepta spes novas in dies vires acquirat, ac bonum eiusmodi semen affluenter germinet, uberioremque afferat messem, necesse est ut iam excitata pietas erga sacratissimum divini Redemptoris Cor stabilis perseveret, imo alatur indesinenter. Constans enim perseverantia in precibus quamdam, ut sic loquar, vim afferet dulcissimo IESU Cordi, ut earum recludat fontes gratiarum, quas ipsemet cupidissime elargiri desiderat, quemadmodum beatae Margaritae Alacoque, amantissimae suae, significavit non semel.

ad quam hortatur S. Pontifex.

Quamobrem Summus Pontifex, me usus suae voluntatis interprete, Amplitudinem Tuam et universi catholici orbis sacrorum Antistites vehementer hortatur, ut, coeptis alacres insistentes, ea excogitent et constituant, quae, pro varia locorum ac temporum conditione, ad optatum finem assequendum magis conducibilia videantur.

21 IULII 1899.

Itaque commendat opera pietatis per mensem junii

Ipse vero Beatissimus Pater commendat quam maxime eum morem, qui iam in pluribus ecclesiis obtinuit, ut per integrum mensem Iunium varia pietatis obsequia divino Cordi publice praestentur: quod ut lubentius perficiatur, thesauros Ecclesiae reserans, tercentorum dierum indulgentiam christifidelibus impertit, toties lucrandam quoties sacris eiusmodi exercitiis interfuerint; plenariam vero iis qui saltem decem in mense vicibus idipsum praestiterint.

et 1ª feria sexta cujusque mensis peracta,

Magnopere etiam in votis habet Sanctissimus Dominus, ut praxis, alte commendata, ac pluribus iam in locis usurpata, qua, prima qualibet sexta feria cuiusvis mensis nonnulla obsequia peraguntur in honorem sanctissimi Cordis, largius assidue propagetur : recitatis publice Litaniis, quas nuper ipse probavit, et iterata consecrationis formula a se proposita. Quae praxis si in christiano populo augescat, et quasi in morem transeat, iugis erit et frequens affirmatio divini illius et regii iuris, quod Christus in omne humanum genus a Patre accepit, et effuso sanguine acquisivit. Quibus obsequiis ipse lenitus, utpote qui dives est in misericordia, mireque propensus ad homines beneficiis cumulandos, et eorum nequitiae obliviscetur et ipsos nedum ut fideles subditos, verum ut amicos et filios carissimos amplectetur.

optatque ut sodalitia a S. Iesu Corde pro juvenibus instituantur.

Praeterea Beatissimus Pater vehementer exoptat ut adolescentes, ii maxime qui litteris scientiisque dant operam, in eas societates congregentur, quae pii *coetus* vel *sodalitia a sacro Iesu Corde* nuncupantur. Constant nimirum ex illo delectorum adolescentium agmine, qui, dato sponte nomine, statutâ per hebdomadam die et hora, in aediculas aut templa aut ipsorum litterariorum ludorum sacella conveniunt, ibique, alicuius sacerdotis ductu, pia quaedam in honorem sacri Cordis IESU exercitia devote peragunt. Si gratum acceptumque divino Redemptori pium quodvis accidit obsequium, quod ipsis a suis fidelibus exhibeatur, iucundissimum profecto illud est, quod e iuvenili pectore elicitur. Nec vero sermone assequi possumus quantopere id ipsum iuvenili eidem aetati sit profuturum. Assidua enim divini Cordis contemplatio, et penitior virtutum eis et

Hoc Deo maxime gratum erit

necnon ipsi juventuti perutile.

ineffabilis amoris cognitio nequit fervescentes iuvenum cupiditates non frangere, et virtuti sectandae stimulos non adiicere. — Qui pariter coetus iniri ac frequentari poterunt inter adultos, in iis quae, varii generis, *Societates catholicae* nuncupantur.

Res tamen relinquitur arbitrio ordinariorum.

Ceterum piae eiusmodi exercitationes, quas memoravimus, nullimode a Sanctissimo Patre indicuntur ; sed omnia ipse episcoporum prudentiae et sagacitati permittit, in quorum studiosa propensissimaque voluntate plane confidit ; illud unice exoptans, ut in populis christianis pietas erga sacratissimum Cor Domini IESU indesinenter floreat et virescat.

Interim Amplitudini Tuae diuturnam ex animo felicitatem adprecor.

Amplitudinis Tuae uti Frater

Romae, ex Secretaria SS. Rituum Congregationis die XXI Iulii, anno MDCCCXCIX.

C. EPISCOPVS PRAENESTINVS CARD. MAZELLA.
S. R. C. Praefectus.

D. PANICI *S. R. C. Secretarius.*

EPISTOLA

Ad Episcopum Anglonensem-Tursiensem.

DE ABUSU DIFFERENDI BAPTISMATIS.

GRATAE vehementer, Venerabilis Frater, tuae Litterae, titulo « Mali e Rimedi », ad istum clerum et populum elapso mense martio datae, Nobis fuerunt, quibus pastorali sollicitudine paternoque affectu inveteratum lamentaris abusum sancti Baptismatis in hebdomadas, in menses, imo et in annos, pueris differendi, atque ad eum ab ista tibi concredita dioecesi exterminandum totus incumbis. Nil sane hac mala consuetudine iniquius, nil ecclesiasticis sanctionibus magis contrarium : utpote quae non solum tot animarum aeternam salutem, inexcusabili temeritate, in manifestum periculum infert ; sed eas insuper intra id temporis certo fraudat ineffabilibus gratiae sanctificantis charismatibus, quae per regenerationis lavacrum infunduntur ; resque aliquoties eo usque deducere potest ut, quod proprio tempore omissum fuit, nunquam amplius in posterum sit faciendum. Dum igitur tibi, Venerabilis Frater, ut incoeptum opus strenue perficias, ultro vires addimus ; non possumus quin tam detestabilem usum, in Deum simul impium ac in homines, ubicumque infeliciter invaluerit, ex animo improbemus et exsecremur.

22 IULII 1899.

Merito exterminatur ille abusus

tot nominibus damnabilis.

Atque ut, Deo adiuvante, prospere tibi res cedant, tibimet, Venerabilis Frater, tibique subdito gregi Apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Benedictio.

Datum Romae apud S. Petrum die XXII Iulii MDCCCXCIX, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

LEO PP. XIII.

LITTERAE APOSTOLICAE

Ad Archiepiscopum Acheruntinum et Matheranensem.

DE DELEGATO APOSTOLICO PRO ECCLESIIS CANADENSIBUS.

3 Augusti 1899.

Secundum morem agendi in dissitis regionibus,

ANTIQUISSIMI moris in Ecclesia est, ut Romani Pontifices, quo recte fungantur commisso sibi supremi Apostolatus officio, habeant in dissitis locis longo terrarum marisque tractu a Romana Cathedra seiunctis sub variis nominibus ecclesiasticos viros aut ex provinciae Episcopis selectos aut ab hac Alma Urbe missos, qui ea qua par est iurisdictione muniti suas illic vices obeant, et fidei incremento, morum puritati, Canonum observantiae, Cleri populique disciplinae solerter advigilent. Itaque cum res ecclesiasticae in Canadae regionibus eo in statu versentur, ut peculiarem Sanctae huius Sedis sollicitudinem omnino expostulent, Nos cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis communicata re seduloque perpensa, in eam sententiam devenimus, ut Delegatum Apostolicum in eas regiones mittamus, qui earum statum cognoscere accurate valeat, controversias et quaestiones sua prudentia et arbitrio componere satagat ; quae vero graviora videantur, et medica Sanctae huius Sedis manu omnino egeant, ad Nos diligenter referre maturet. Quae cum ita sint, a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis, si quas forte incurreris, huius tantum rei gratia te absolventes et absolutum fore censentes, te, Venerabilis Frater, qui religionis dilatandae studio, pietate, doctrina, et in gerendis rebus prudentia egregie praeter ceteros commendaris, de Venerabilium, quos memoravimus, Fratrum Nostrorum consilio, Auctoritate Nostra Apostolica, tenore praesentium Delegati Apostolici pro

Pontifex in Ecclesiis Canadae delegatum apostolicum instituit,

virum dignum,

regione Canadensi ad Nostrum et Sanctae huius Sedis beneplacitum titulo, iuribus, honoribus, ac privilegiis augemus et decoramus, itemque singulas atque universas tibi facultates necessarias et opportunas tribuimus atque impertimus, quibus praeditus, Ecclesiarum Canadae quas descripsimus necessitatibus ac bono consulere possis et valeas. Verumtamen volumus, ut officium tuum exerceas iuxta mandata, quae eorumdem Venerabilium Fratrum Nostrorum Congregatio tibi dederit, ac non modo dioecesibus Inferioris et Superioris Canadae, sed etiam totius Dominationis Canadae, Nostro et Sanctae huius Sedis nomine atque auctoritate praesis. Ceterum non dubitamus quin Venerabiles Fratres Archiepiscopi atque Episcopi, item Clerus populusque earum regionum te Nostrum et Sanctae huius Sedis Delegatum debita reverentia et obsequio sint prosequuturi ; atque in Delegato Delegantis auctoritatem respicientes, illius consiliis, monitis, mandatis prompta animi voluntate obtemperaturi. Haec volumus, mandamus, praecipimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et spectare poterit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus, quatenus opus sit, Benedicti XIV Praedecessoris Nostri r. m. supra Divisione Materiarum, aliisque Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut praesentium Litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

debitis facultatibus instructum,

cui omnes reverentiam et obedientiam debent.

Praesentes litteras confirmat

et publicandas mandat.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die III Augusti MDCCCXCIX, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

A. CARD. MACCHI.

LITTERAE

DE INDICE INDULGENTIARUM CONFRATERNITATIS SANCTISSIMI ROSARII.

30 AUGUSTI 1899.

Index Indulgentiarum ad votum Pontificis confectus Episcopis mittitur.

In ea, quam Summus Pontifex Leo PP. XIII de *Rosarii Marialis* sodalitatibus anno superiore Constitutionem edidit, haec, praeter cetera, edicebantur : « Magistri Generalis Ordinis Praedicatorum cura et studio, absolutus atque accuratus, quamprimum fieri potest, conficiatur index indulgentiarum omnium, quibus Romani Pontifices Sodalitatem Sacratissimi Rosarii ceterosque fideles illud pie recitantes cumularunt, a Sacra Congregatione Indulgentiis et SS. Reliquiis praeposita expendendus et Apostolica auctoritate confirmandus. » — Quod igitur imperatum erat, iam demum exequutioni mandatum est ; mihique, grato quidem officio, a Beatissimo Patre commissum, ut praedictum Indicem, diligentissimis curis confectum, supremaque Sua auctoritate approbatum, Episcopis universis, ceterisque, quorum interest, mitterem.

Extollitur Summi Pontificis in B. M. V. pietas.

Hanc vero Sanctissimi Domini voluntatem dum obsequens facio, nil sane dubito, quin Amplitudo tua constans illud studium mirabitur nec sine Dei instinctu esse aestimabit, quo Summus Pontifex, multos iam annos, ad augustam Dei Matrem confugere Sanctissimi Rosarii ritu fideles omnes hortatur.

Ipse multam spem concipit ex recitatione Rosarii,

a se indulgentiis aucta.

Kalendis primum Septembribus anni MDCCCLXXXIII Litteris Encyclicis *Supremi Apostolatus*, beneficia per Marialis Rosarii preces in christianum nomen collata recolens, in spem certam se adduci professus est, hanc eamdem precandi rationem, hisce etiam difficillimis Ecclesiae temporibus, contra errorum vim late serpentium exundantemque morum corruptionem ac potentium adversariorum impetum profuturam. Quamobrem, additis Indulgentiarum praemiis, edixit ut a catholicis ubique terrarum magna

Dei Mater, Rosarii ritu, toto Octobri mense coleretur.

Ex illo Beatissimus Pater, quotannis fere, hortari populos christianos haud destitit, ut Rosarii consuetudine validum Deiparae patrocinium demereri Ecclesiae perseverarent. Ad studium vero fidelium augendum quidquid Marialis Rosarii dignitatem commendaret, datis a se litteris, sapientissime illustravit; seu naturam precationis eius rimando, seu vim extollendo qua pollet ad christianas virtutes fovendas, seu demum maternam ad opitulandum Virginis miserationem scite amanterque explicando.

Itaque fideles excitat ad hanc devotionem praecellentem.

Quem modo sacrarum Indulgentiarum Indicem ad te mitto, is veluti constantis operis fastigium est; hoc etenim Beatissimus Pater et fidem promissi praestat, et quae huc usque egit ad promovendam Rosarii religionem luculenter confirmat.

Index Indulgentiarum est fastigium operis pontificii.

Bifariam Index dispescitur: pars altera Indulgentias exhibet, quae unis Sodaliciis a Mariali Rosario conceduntur; altera, quae fidelibus universis communes sunt.

Ostenditur ejus divisio.

Haec Apostolicae largitatis munera ut commissus tibi populus norit proque merito aestimet Amplitudo tua curabit. Qua occasione Beatissimus Pater sollicite te usurum confidit ad fideles ipsos efficacius incitandos, ut reflorentem Rosarii consuetudinem studiose pieque servent, tum nomen Sodaliciis dantes, tum Octobrem mensem Reginae a Rosario dicantes, tum etiam in sua quisque domo et familia pium Rosarii officium quotidie peragentes.

Monita traduntur Episcopis.

Assidua hac imploratione mota, miseros Hevae filios Regina caelestis gloriosissima audiet clemens et exaudiet; quamque opem afflictis Ecclesiae rebus efflagitamus uberrime sine dubio impertiet.

Sit B. Virgo clemens in nos.

Amplitudini Tuae diuturnam ex animo felicitatem adprecor.

Romae, die XXX Augusti anno MDCCCXCIX.

Amplitudinis Tuae uti Frater addictissimus L. ✠ S.

Fr. H. M^{a}. CARD. GOTTI,

S. C. Indulgentiis et SS. Reliquiis praepositae Praefectus.

† A. SABATVCCI, *Archiep. Antinoensis*, Secretarius.

EPISTOLA

Ad Episcopum Passaviensem.

DE EVELLENDO VITIO EBRIOSITATIS.

2 SEPT. 1899.

Laudabiliter instituuntur sodalitia adversus vitium pessimum ebriositatis.

DELECTATI admodum sumus litteris a te nuper datis, quibus consilium a te initum manifestabas et a ceteris Bavariae Episcopis commendatum pia in dioecesi tua sodalicia instituendi ad ebriositatis vitium in istis regionibus evellendum. Iure quidem dolebas id vitii genus istic invalescere; quum non modo qui eo inficiuntur regnum Dei minime assequuturi in Scripturis dicantur; verum etiam, ratione experientiaque magistra, exploratum sit nihil esse animis aeque ac corporibus domesticaeque fortunae ac paci perniciosius. Quamobrem consilium tuum probamus omnino, utpote efficacissimum sive ad corrigendos qui hoc intemperantiae genere peccent sive ad reliquos in officio retinendos. Curiones omnes ceterumque clerum tibi in perutili opere strenue adlaborare exoptamus. Nos vero, qui fideles istos incitemus ut in instituenda sodalicia alacri voluntate cooptari curent, tributas eiusmodi sodalitatibus indulgentias libentes concedimus. Accedit autem Apostolica benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater, universis qui praedictis sodaliciis accensebuntur, totique dioecesi tuae amantissime impertimus.

Non desint adjutores; Indulgentiae conceduntur

nec non benedictio.

Datum Romae apud S. Petrum die II Septembris MDCCCXCIX, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Cardinalem Langénieux, Archiepiscopum Rhemensem.

DE COETU EUCHARISTICO LOURDENSI.

MISISTI ad Nos litteras, quas de exitu Lourdensis coetus Eucharistici Episcopus Leodiensium dabat. Gratae eae quidem fuerunt; gratiores vero quod testimonio tuo confirmabantur. Coetum quidem feliciter processurum sine ulla dubitatione expectabamus; spem optimam iniiciebat quum studium Episcoporum ceterorumque fidelium qui aderant, tum Virginis sanctissimae praesidium, qua auspice coetus ipse celebrabatur. Quod fides in Sacramentum augustum praeclaris adeo argumentis sese manifestaverit, nimium quantum Nostrum animum laetitia obfudit! Faxit benignissima Christi Mater, cuius implorationi id acceptum referimus, ut quod tam iucundis initiis est coeptum, iucundiore processu augescat. Quo enim magis Eucharistiae religio atque amor pervadet animos, eo caritate fervebunt acrius, factisque abundabunt nomine christiano dignis. — De coetu igitur secunde acto gratulamur libentes. Benevolentiae vero Nostrae testem Apostolicam benedictionem, munerum divinorum auspicem, tibi, Episcopo Leodiensi, ceterisque, qui in coetu adfuerunt, amantissime impertimus.

6 SEPT. 1899.

Gratae fuere litterae a Cardinali datae.

Spem non fefellit exitus;

gaudemus, et coeptorum optamus processum ex protectione Mariae et cultu S. Eucharistiae

et Benedicimus.

Datum Romae apud S. Petrum die VI Septembris MDCCCXCIX, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA ENCYCLICA

Ad Episcopos, et clerum in Galliis,

in qua praesertim

DE EDUCATIONE CLERI.

8 SEPT. 1899.

Speciali studio afficimur in Galliam speciali missione a Deo dignatam.

DEPUIS le jour où nous avons été élevé à la Chaire pontificale, la France a été constamment l'objet de Notre sollicitude et de Notre affection toute particulière. C'est chez elle, en effet, que, dans le cours des siècles, mu par les insondables desseins de sa miséricorde sur le monde, Dieu a choisi de préférence les hommes apostoliques destinés à prêcher la vraie foi jusqu'aux confins du globe, et à porter la lumière de l'Évangile aux nations encore plongées dans les ténèbres du paganisme. Il l'a prédestinée à être le défenseur de son Église et l'instrument de ses grandes œuvres : *Gesta Dei per Francos.*

Huic missioni respondent officia de quibus vos monuimus,

A une si haute mission correspondent évidemment de nombreux et graves devoirs. Désireux, comme nos prédécesseurs, de voir la France accomplir fidèlement le glorieux mandat dont elle a été chargée. Nous lui avons plusieurs fois déjà, durant Notre long Pontificat, adressé Nos conseils, Nos encouragements, Nos exhortations. Nous l'avons fait tout spécialement dans Notre Lettre Encyclique du 8 Février 1884, *Nobilissima Gallorum gens*, et dans Notre Lettre du 16 Février 1892,publiée dans l'idiome de la France et qui commence par ces mots : *Au milieu des sollicitudes.*

et quidem non infructuose ;

Nos paroles ne sont pas demeurées infructueuses, et Nous savons par vous, Vénérables Frères, qu'une grande partie du peuple français tient toujours en honneur la foi de ses ancêtres et remplit avec fidélité les devoirs qu'elle impose.

attamen pericula manent.

D'autre part, Nous ne saurions ignorer que les ennemis de cette foi sainte ne sont pas demeurés inactifs, et qu'ils sont parvenus à bannir tout principe de religion d'un grand nombre de familles, qui, par suite, vivent dans une lamentable ignorance de la vérité révélée, et dans une complète indiffé-

rence pour tout ce qui touche à leurs intérêts spirituels et au salut de leurs âmes.

8 SEPT. 1899.

Si donc, et à bon droit, Nous félicitons la France d'être pour les nations infidèles un foyer d'apostolat, Nous devons encourager aussi les efforts de ceux de ses fils qui, enrôlés dans le sacerdoce de JÉSUS-CHRIST, travaillent à évangéliser leurs compatriotes, à les prémunir contre l'envahissement du naturalisme et de l'incrédulité, avec leurs funestes et inévitables conséquences. Appelés par la volonté de Dieu à être les sauveurs du monde, les prêtres doivent toujours, et avant tout, se rappeler qu'ils sont, de par l'institution même de JÉSUS-CHRIST, « le sel de la terre (1) », d'où S. Paul, écrivant à son disciple Timothée, conclut avec raison « qu'ils « doivent être l'exemple des fidèles dans leurs paroles et « dans leurs rapports avec le prochain, par leur charité, leur « foi et leur pureté (2) ».

Sermo dirigitur ad eos sacerdotes qui propriam patriam evangelizant.

Qu'il en soit ainsi du Clergé de France, pris dans son ensemble, ce Nous est toujours, Vénérables Frères, une grande consolation de l'apprendre, soit par les relations quadriennales que vous nous envoyez sur l'état de vos diocèses conformément à la constitution de Sixte-Quint ; soit par les communications orales que Nous recevons de vous, lorsque nous avons la joie de Nous entretenir avec vous et de recevoir vos confidences. Oui, la dignité de la vie, l'ardeur de la foi, l'esprit de dévouement et de sacrifice, l'élan et la générosité du zèle, la charité inépuisable envers le prochain, l'énergie dans toutes les nobles et fécondes entreprises qui ont pour but la gloire de Dieu, le salut des âmes, le bonheur de la patrie ; telles sont les traditionnelles et précieuses qualités du clergé français, auxquelles Nous sommes heureux de pouvoir rendre ici un public et paternel témoignage.

Generatim apud illos floret zelus, ut constat ex multis argumentis;

Toutefois, en raison même de la tendre et profonde affection que Nous lui portons ; tout à la fois pour satisfaire au devoir de Notre ministère apostolique, et pour répondre à Notre vif désir de le voir demeurer toujours à la hauteur de

non nulla in ipsorum gratiam tractanda sunt.

1. *Matth.*, V, 13. — 2. *I Tim.*, IV, 12

sa grande Mission, Nous avons résolu, Vénérables Frères, de traiter dans la présente Lettre quelques points que les circonstances actuelles recommandent de la façon la plus instante à la consciencieuse attention des premiers Pasteurs de l'Église de France, et des Prêtres qui travaillent sous leur autorité.

PRIMA PARS. *De cura iis impendenda qui ad sacerdotium vocantur.*

C'est d'abord chose évidente que, plus un office est relevé, complexe, difficile, plus longue et plus soignée doit être la préparation de ceux qui sont appelés à le remplir. Or, existe-t-il sur la terre une dignité plus haute que celle du sacerdoce, et un ministère imposant une plus lourde responsabilité que celui qui a pour objet la sanctification de tous les actes libres de l'homme ? N'est-ce pas du gouvernement des âmes que les Pères ont dit avec raison, que c'est « l'art des arts », c'est-à-dire le plus important et le plus délicat de tous les labeurs auxquels un homme puisse être appliqué au profit de ses semblables « ars artium regimen animarum (1) » ? Rien donc ne devra être négligé pour préparer à remplir dignement et fructueusement une telle mission, ceux qu'une vocation divine y appelle.

A. *Praeparatio in scholis presbyteralibus laude digna est.*

Avant toute chose, il convient de discerner, parmi les jeunes enfants, ceux en qui le Très-Haut a déposé le germe d'une semblable vocation. Nous savons que, dans un certain nombre de diocèses de France, grâce à vos sages recommandations, les prêtres des paroisses, surtout dans les campagnes, s'appliquent avec un zèle et une abnégation que Nous ne saurions trop louer, à commencer eux-mêmes les études élémentaires des enfants dans lesquels ils ont remarqué des dispositions sérieuses à la piété et des aptitudes au travail intellectuel. Les Écoles presbytérales sont ainsi comme le premier degré de cette échelle ascendante qui, d'abord par les petits, puis par les grands Séminaires, fera monter jusqu'au sacerdoce les jeunes gens auxquels le Sauveur a répété l'appel adressé à Pierre et à André, à Jean et à Jacques : « Laissez vos filets ; suivez-moi ; je veux faire de vous des pêcheurs d'hommes (2). »

1. S. Greg. M., Lib. *Regulae Past.*, p. I, c. 1. — 1. *Matth.*, IV, 19.

Quant aux petits Séminaires, cette très salutaire institution a été souvent et justement comparée à ces pépinières, où sont mises à part les plantes qui réclament des soins plus spéciaux et plus assidus, moyennant lesquels seuls elles peuvent porter des fruits et dédommager de leurs peines ceux qui s'appliquent à les cultiver. Nous renouvelons à cet égard la recommandation que, dans son Encyclique du 8 Décembre 1849, notre prédécesseur Pie IX adressait aux Évêques. Elle se référait elle-même à une des plus importantes décisions des Pères du S. Concile de Trente. C'est la gloire de l'Église de France, dans le siècle présent, d'en avoir tenu le plus grand compte, puisqu'il n'est pas un seul des 94 diocèses dont elle se compose, qui ne soit doté d'un ou de plusieurs petits Séminaires.

8 SEPT. 1899

B. *Praeparatio in Minoribus Seminariis:*

Hujusmodi instituta apprime necessaria sunt;

nec apud vos desunt,

Nous savons, Vénérables Frères, de quelles sollicitudes vous entourez ces institutions si justement chères à votre zèle pastoral, et Nous vous en félicitons. Les prêtres qui, sous votre haute direction, travaillent à la formation de la jeunesse appelée à s'enrôler plus tard dans les rangs de la milice sacerdotale, ne sauraient trop souvent méditer devant Dieu l'importance exceptionnelle de la mission que vous leur confiez. Il ne s'agit pas pour eux, comme pour le commum des maîtres, d'enseigner simplement à ces enfants les éléments des lettres et des sciences humaines. Ce n'est là que la moindre partie de leur tâche. Il faut que leur attention, leur zèle, leur dévouement soient sans cesse en éveil et en action, d'une part pour étudier continuellement sous le regard et dans la lumière de Dieu, les âmes des enfants et les indices significatifs de leur vocation au service des autels ; de l'autre, pour aider l'inexpérience et la faiblesse de leurs jeunes disciples, à protéger la grâce si précieuse de l'appel divin contre toutes les influences funestes soit du dehors, soit du dedans. Ils ont donc à remplir un ministère humble, laborieux, délicat, qui exige une constante abnégation. Afin de soutenir leur courage dans l'accomplissement de leurs devoirs, ils auront soin de le retremper aux sources les plus pures de l'esprit de foi. Ils ne perdront jamais de vue, qu'ils n'ont point à pré-

nec vestra sollicitudine carent.

Hoc magistri praeprimis spectent scl. vocationem,

ideoque spiritu fidei ducantur.

parer pour des fonctions terrestres, si légitimes et honorables soient-elles, les enfants dont ils forment l'intelligence, le cœur, le caractère. L'Église les leur confie pour qu'ils deviennent capables un jour d'être des prêtres, c'est-à-dire des missionnaires de l'Évangile, des continuateurs de l'œuvre de Jésus-Christ, des distributeurs de sa grâce et de ses sacrements. Que cette considération toute surnaturelle se mêle incessamment à leur double action de professeurs et d'éducateurs, et soit comme ce levain qu'il faut mélanger au meilleur froment, suivant la parabole évangélique, pour le transformer en un pain savoureux et substantiel [1].

Normae publicarum legum non sint obstaculo,

Si la préoccupation constante d'une première et indispensable formation à l'esprit et aux vertus du sacerdoce doit inspirer les maîtres de vos petits Séminaires dans leurs relations avec leurs élèves, c'est à cette même idée principale et directrice que se rapporteront le plan des études, et toute l'économie de la discipline. Nous n'ignorons pas, Vénérables Frères, que, dans une certaine mesure, vous êtes obligés de compter avec les programmes de l'État et les conditions mises par lui à l'obtention des grades universitaires, puisque, dans un certain nombre de cas, ces grades sont exigés des prêtres employés soit à la direction des collèges libres, placés sous la tutelle des Évêques ou des Congrégations religieuses, soit à l'enseignement supérieur dans les Facultés catholiques que vous avez si louablement fondées.

sed potius emolumento.

Il est d'ailleurs d'un intérêt souverain, pour maintenir l'influence du clergé sur la société, qu'il compte dans ses rangs un assez grand nombre de prêtres ne le cédant en rien pour la science, dont les grades sont la constatation officielle, aux maîtres que l'État forme pour ses lycées et ses Universités.

At, quantum fieri potest, servetur methodus traditionalis,

Toutefois, et après avoir fait à cette exigence des programmes la part qu'imposent les circonstances, il faut que les études des aspirants au sacerdoce demeurent fidèles aux méthodes traditionnelles des siècles passés. Ce sont elles

1. *Matth.*, XIII, 33.

qui ont formé les hommes éminents dont l'Église de France est fière à si juste titre, les Pétau, les Thomassin, les Mabillon et tant d'autres, sans parler de votre Bossuet, appelé l'aigle de Meaux, parce que, soit par l'élévation des pensées, soit par la noblesse du langage, son génie plane dans les plus sublimes régions de la science et de l'éloquence chrétienne. Or, c'est l'étude des belles lettres qui a puissamment aidé ces hommes à devenir de très vaillants et utiles ouvriers au service de l'Église, et les a rendus capables de composer des ouvrages vraiment dignes de passer à la postérité et qui contribuent encore de nos jours à la défense et à la diffusion de la vérité révélée. En effet, c'est le propre des belles lettres, quand elles sont enseignées par des maîtres chrétiens et habiles, de développer rapidement dans l'âme des jeunes gens tous les germes de vie intellectuelle et morale, en même temps qu'elles contribuent à donner au jugement, de la rectitude et de l'ampleur, et au langage, de l'élégance et de la distinction.

8 SEPT. 1899.

tot viris praeclaris illustrata, necnon educationi aptissima.

Cette considération acquiert une importance spéciale quand il s'agit des littératures grecque et latine, dépositaires des chefs-d'œuvre de science sacrée que l'Église compte à bon droit parmi ses plus précieux trésors. Il y a un demi-siècle, pendant cette période trop courte de véritable liberté, durant laquelle les Évêques de France pouvaient se réunir et concerter les mesures qu'ils estimaient les plus propres à favoriser les progrès de la religion et, du même coup, les plus profitables à la paix publique, plusieurs de vos Conciles provinciaux, Vénérables Frères, recommandèrent de la façon la plus expresse la culture de la langue et de la littérature latines. Vos collègues d'alors déploraient déjà que, dans votre pays, la connaissance du latin tendît à décroître [1].

Monitum praesertim respicit litteras latinas apud vos aliquatenus obsoletas ;

Si, depuis plusieurs années, les méthodes pédagogiques

non irrepat

1. Porro linguam latinam apud nos obsolescere nec quisquam est qui nesciat, et viri prudentes conqueruntur. Discitur tardissime, celerrime dediscitur (Litt. Synod. Patrum Conc. Paris. ad clericos et fideles, an. 1849. in *Collectio Lacensis*, tom. IV, Col. 86).

utilitarismus ;

en vigueur dans les établissements de l'État réduisent progressivement l'étude de la langue latine, et suppriment des exercices de prose et de poésie que nos devanciers estimaient à bon droit devoir tenir une grande place dans les classes des collèges, les petits Séminaires se mettront en garde contre ces innovations inspirées par des préoccupations utilitaires, et qui tournent au détriment de la solide formation de l'esprit. A ces anciennes méthodes, tant de fois justifiées par leurs résultats, Nous appliquerions volontiers le mot de S. Paul à son disciple Timothée, et avec l'Apôtre, Nous vous dirions, Vénérables Frères, « Gardez en le dépôt (1) » avec un soin jaloux. Si un jour, ce qu'à Dieu ne plaise, elles devaient disparaître complètement des autres écoles publiques, que vos petits Séminaires et collèges libres les gardent avec une intelligente et patriotique sollicitude. Vous imiterez ainsi les prêtres de Jérusalem qui, voulant soustraire à de barbares envahisseurs le feu sacré du Temple, le cachèrent de manière à pouvoir le retrouver et à lui rendre toute sa splendeur, quand les mauvais jours seraient passés (2).

sed custodite traditum depositum.

C. Praeparatio in majoribus seminariis.

Un fois en possession de la langue latine, qui est comme la clef de la science sacrée, et les facultés de l'esprit suffisamment développées par l'étude des belles-lettres, les jeunes gens qui se destinent au sacerdoce passent du petit au grand Séminaire. Ils s'y prépareront, par la piété et l'exercice des vertus cléricales, à la réception des saints Ordres, en même temps qu'ils s'y livreront à l'étude de la Philosophie et de la Théologie.

1/ In philosophia caveatur ab inani fallaciâ,

Nous le disions dans Notre Encyclique *Aeterni Patris*, dont Nous recommandons de nouveau la lecture attentive à vos séminaristes et à leurs maîtres, et Nous le disions en Nous appuyant sur l'autorité de S. Paul : c'est par les vaines subtilités de la mauvaise philosophie, « *per philosophiam et inanem fallaciam* (3) », que l'esprit des fidèles se laisse le plus souvent tromper, et que la pureté de la foi se corrompt parmi les hommes. Nous ajoutions, et les

1. *I Tim.*, VI, 20. — 2. *II Mach.*, I, 19-22, — 3. *Col.*, II, 8.

événements accomplis depuis vingt ans ont bien tristement confirmé les réflexions et les appréhensions que Nous exprimions alors : « Si l'on fait attention aux conditions « critiques du temps où nous vivons, si l'on embrasse par « la pensée l'état des affaires tant publiques que privées, « on découvrira sans peine que la cause des maux qui nous « oppriment, comme de ceux qui nous menacent, consiste « en ceci que des opinions erronées sur toutes choses, divi« nes et humaines, des écoles des philosophes se sont peu à « glissées dans tous les rangs de la société et sont arri« vées à se faire accepter d'un grand nombre d'esprits(1). »

8 SEPT. 1899.

quae omnes civitates ordinesque pervasit.

Philosophia Kantiana penitus rejicienda est.

Nous réprouvons de nouveau ces doctrines qui n'ont de la vraie philosophie que le nom, et qui, ébranlant la base même du savoir humain, conduisent logiquement au scepticisme universel et à l'irréligion. Ce Nous est une profonde douleur d'apprendre que, depuis quelques années, des catholiques ont cru pouvoir se mettre à la remorque d'une philosophie qui, sous le spécieux prétexte d'affranchir la raison humaine de toute idée préconçue et de toute illusion, lui dénie le droit de rien affirmer au delà de ses propres opérations, sacrifiant ainsi à un subjectivisme radical toutes les certitudes que la métaphysique traditionnelle, consacrée par l'autorité des plus vigoureux esprits, donnait comme nécessaires et inébranlables fondements à la démonstration de l'existence de Dieu, de la spiritualité et de l'immortalité de l'âme, et de la réalité objective du monde extérieur. Il est profondément regrettable que ce scepticisme doctrinal, d'importation étrangère et d'origine protestante, ait pu être accueilli avec tant de faveur dans un pays justement célèbre par son amour pour la clarté des idées et pour celle du langage. Nous savons, Vénérables Frères, à quel point vous partagez là-dessus Nos justes préoccupations, et Nous comptons que vous redoublerez de sollicitude et de vigilance pour écarter de l'enseignement de vos Séminaires cette fallacieuse et dangereuse philosophie, mettant plus que jamais en honneur les méthodes que Nous recommandions dans Notre Encyclique précitée du 4 Août 1879.

1. Encyclique *Aeterni Patris.*

Scientiis naturalibus incumbendum est moderate.

Moins que jamais à notre époque, les élèves de vos petits et de vos grands Séminaires ne sauraient demeurer étrangers à l'étude des sciences physiques et naturelles. Il convient donc qu'ils y soient appliqués, mais avec mesure et dans de sages proportions. Il n'est donc nullement nécessaire que, dans les cours de sciences, annexés à l'étude de la philosophie, les professeurs se croient obligés d'exposer en détail les applications presque innombrables des sciences physiques et naturelles aux diverses branches de l'industrie humaine. Il suffit que leurs élèves en connaissent avec précision les grands principes et les conclusions sommaires, afin d'être en état de résoudre les objections que les incrédules tirent de ces sciences contre les enseignements de la Révélation.

Philosophiae rationali danda est opera.

Par-dessus tout, il importe que, durant deux ans au moins, les élèves de vos grands Séminaires étudient avec un soin assidu la philosophie *rationnelle*, laquelle, disait un savant bénédictin, l'honneur de son ordre et de la France, D. Mabillon, leur sera d'un si grand secours, non seulement pour leur apprendre à bien raisonner et à porter de justes jugements, mais pour les mettre à même de défendre la foi orthodoxe contre les arguments captieux et souvent sophistiques des adversaires (1).

2/ Sequuntur monita quoad ipsas scientias sacras.

Viennent ensuite les sciences sacrées proprement dites, à savoir la Théologie dogmatique et la Théologie morale, l'Écriture Sainte, l'Histoire ecclésiastique et le Droit Canon. Ce sont là les sciences propres au prêtre. Il en reçoit une première initiation pendant son séjour au grand Séminaire ; il devra en poursuivre l'étude tout le reste de sa vie.

Theologiae fontes indigitantur,

La Théologie, c'est la science des choses de la foi. Elle s'alimente, nous dit le Pape Sixte-Quint, à ces sources toujours jaillissantes qui sont les Saintes Écritures, les décisions des Papes, les décrets des Conciles (2).

describitur campus,

Appelée positive et spéculative, ou scolastique, suivant la méthode qu'on emploie pour l'étudier, la Théologie ne se

1. *De studiis Monasticis*, Part. II, c. 9. — 2. Const. Apost. *Triumphantis Ierusalem.*

borne pas à proposer les vérités à croire ; elle en scrute le fond intime, elle en montre les rapports avec la raison humaine, et à l'aide des ressources que lui fournit la vraie philosophie, elle les explique, les développe, et les adapte exactement à tous les besoins de la défense et de la propagation de la foi. A l'instar de Béléséel, à qui le Seigneur avait donné son esprit de sagesse, d'intelligence et de science, en lui confiant la mission de bâtir son Temple, le théologien « taille les pierres précieuses des divins dogmes, « les assortit avec art, et par l'encadrement dans lequel « il les place, en fait ressortir l'éclat, le charme et la « beauté [1]. »

8 SEPT. 1899.

C'est donc avec raison que le même Sixte-Quint appelle cette théologie (et il parle spécialement ici de la théologie scolastique) un don du ciel et demande qu'elle soit maintenue dans les écoles et cultivée avec une grande ardeur, comme étant ce qu'il y a de plus fructueux pour l'Église[2].

laudatur methodus scolastica.

Est-il besoin d'ajouter que le livre par excellence où les élèves pourront étudier avec plus de profit la théologie scolastique, est la somme théologique de S. Thomas d'Aquin ? Nous voulons donc que les professeurs aient soin d'en expliquer à tous leurs élèves la méthode, ainsi que les principaux articles relatifs à la foi catholique.

Commendantur : Summa Theologica Aquinatis,

Nous recommandons également que tous les Séminaristes aient entre les mains et relisent souvent le livre d'or, connu sous le nom de Catéchisme du S. Concile de Trente ou Catéchisme romain, dédié à tous les prêtres investis de la charge pastorale (Catechismus ad parochos). Remarquable à la fois par la richesse et l'exactitude de la doctrine et par l'élégance du style, ce catéchisme est un précieux abrégé de toute la théologie dogmatique et morale. Qui le posséderait à fond, aurait toujours à sa disposition les ressources à l'aide desquelles un prêtre peut prêcher avec fruit, s'acquitter dignement de l'important ministère de la confession et de la direction des âmes, et être en état

catechismus Concilii Tridentini.

1. Pretiosas divini dogmatis gemmas insculpe, fideliter coapta, adorna sapienter ; adiice splendorem, gratiam, venustatem (S. Vinc. Lir. *Commonit.*, c. 2).
2. Même Constitution.

de réfuter victorieusement les objections des incrédules.

In Sacrae Scripturae studio vitetur genus interpretandi rationalisticum.

Au sujet de l'étude des Saintes Écritures, Nous appelons de nouveau votre attention, Vénérables Frères, sur les enseignements que Nous avons donnés dans Notre encyclique *Providentissimus Deus* (1), dont Nous désirons que les professeurs donnent connaissance à leurs disciples, en y ajoutant les explications nécessaires. Ils les mettront spécialement en garde contre des tendances inquiétantes qui cherchent à s'introduire dans l'interprétation de la Bible, et qui, si elles venaient à prévaloir, ne tarderaient pas à en ruiner l'inspiration et le caractère surnaturel. Sous le spécieux prétexte d'enlever aux adversaires de la parole révélée l'usage d'arguments qui semblaient irréfutables contre l'authenticité et la véracité des Livres Saints, des écrivains catholiques ont cru très habile de prendre ces arguments à leur compte. En vertu de cette étrange et périlleuse tactique, ils ont travaillé, de leurs propres mains, à faire des brèches dans les murailles de la cité qu'ils avaient mission de défendre. Dans Notre Encyclique précitée, ainsi que dans un autre document (2), Nous avons fait justice de ces dangereuses témérités. Tout en encourageant nos exégètes à se tenir au courant des progrès de la critique, Nous avons fermement maintenu les principes sanctionnés en cette matière par l'autorité traditionnelle des Pères et des Conciles, et renouvelés de nos jours par le Concile du Vatican.

Historiae ecclesiasticae fidelis et integra praeceptio sit,

L'histoire de l'Église est comme un miroir où resplendit la vie de l'Église à travers les siècles. Bien plus encore que l'histoire civile et profane, elle démontre la souveraine liberté de Dieu et son action providentielle sur la marche des événements. Ceux qui l'étudient ne doivent jamais perdre de vue qu'elle renferme un ensemble de faits dogmatiques, qui s'imposent à la foi et qu'il n'est permis à personne de révoquer en doute. Cette idée directrice et surnaturelle qui préside aux destinées de l'Église est en même temps le flambeau dont la lumière éclaire son histoire. Toutefois, et parce que l'Église, qui continue parmi les

1. 18 Nov. 1893. — 2. « Genus interpretandi audax atque immodice liberum » (Lettre au Ministre Général des Frères Mineurs, 25 Nov. 1898).

hommes la vie du Verbe incarné, se compose d'un élément divin et d'un élément humain, ce dernier doit être exposé par les maîtres et étudié par les élèves avec une grande probité. Comme il est dit au livre de Job, « Dieu n'a pas besoin de nos mensonges (1) ». *8 SEPT. 1899.*

ut praebeat divinitatis christianismi argumentum.

L'historien de l'Église sera d'autant plus fort pour faire ressortir son origine divine, supérieure à tout concept d'ordre purement terrestre et naturel, qu'il aura été plus loyal à ne rien dissimuler des épreuves que les fautes de ses enfants, et parfois même de ses ministres, ont fait subir à cette Épouse du Christ dans le cours des siècles. Étudiée de cette façon, l'histoire de l'Église, à elle toute seule, constitue une magnifique et concluante démonstration de la vérité et de la divinité du Christianisme.

Jure canonico absente, manca est scientia theologica.

Enfin, pour achever le cycle des études par lesquelles les candidats au sacerdoce doivent se préparer à leur futur ministère, il faut mentionner le Droit canonique, ou science des lois et de la jurisprudence de l'Église. Cette science se rattache par des liens très intimes et très logiques à celle de la Théologie, dont elle montre les applications pratiques à tout ce qui concerne le gouvernement de l'Église, la dispensation des choses saintes, les droits et les devoirs de ses ministres, l'usage des biens temporels, dont elle a besoin pour l'accomplissement de sa mission. « Sans la connaissance du Droit canonique « (disaient fort bien les Pères d'un de vos conciles pro- « vinciaux), la théologie est imparfaite, incomplète, sem- « blable à un homme qui serait privé d'un bras. C'est « l'ignorance du droit canon qui a favorisé la naissance « et la diffusion de nombreuses erreurs sur les droits des « Pontifes Romains, sur ceux des évêques, et sur la puis- « sance que l'Église tient de sa propre constitution dont « elle proportionne l'exercice aux circonstances (2). »

Conclusio

Nous résumerons tout ce que Nous venons de dire sur vos

1. *Nunquid Deus indiget vestro mendacio?* (Iob, XIII, 77).
2. Theologicarum doctrinarum solidae scientiae coniungi debet Sacrorum Canonum cognitio,... sine qua theologia erit imperfecta et quasi manca, nec non multi errores de Romani Pontificis, episcoporum iuribus ac praesertim de potestate quam Ecclesia iure proprio exercuit, pro varietate temporum, forsitan serpent et paulatim invalescent (Conc. prov. Bitur. a. 1868).

hujus partis : I Tim. VI, 20-21.

petits et vos grands Séminaires par cette parole de S. Paul, que Nous recommandons à la fréquente méditation des maîtres et des élèves de vos athénées ecclésiastiques : « O « Timothée, gardez avec soin le dépôt qui vous a été confié « Fuyez les profanes nouveautés de paroles et les objections « qui se couvrent du faux nom de science ; car tous ceux « qui en ont fait profession, ont erré au sujet de la foi (1). »

SECUNDA PARS : *Monita ad Sacerdotes in sacro ministerio constitutos.*

Zelus multiformis cleri laudandus ;

C'est à vous maintenant, très chers Fils, qui, ordonnés prêtres, êtes devenus les coopérateurs de vos évêques, c'est à vous que Nous voulons adresser la parole. Nous connaissons, et le monde entier connaît comme Nous, les qualités qui vous distinguent. Pas une bonne œuvre dont vous ne soyez ou les inspirateurs ou les apôtres. Dociles aux conseils que Nous avons donnés dans notre encyclique *Rerum novarum*, vous allez au peuple, aux ouvriers, aux pauvres. Vous cherchez par tous les moyens à leur venir en aide, à les moraliser et à rendre leur sort moins dur. Dans ce but, vous provoquez des réunions et des congrès ; vous fondez des patronages, des cercles, des caisses rurales, des bureaux d'assistance et de placement pour les travailleurs. Vous vous ingéniez à introduire des réformes dans l'ordre économique et social, et pour un si difficile labeur vous n'hésitez pas à faire de notables sacrifices de temps et d'argent. C'est encore pour cela que vous écrivez des livres ou des articles dans les journaux et les revues périodiques. Toutes ces choses, en elles-mêmes, sont très louables et vous y donnez des preuves non équivoques de bon vouloir, d'intelligent et généreux dévouement aux besoins les plus pressants de la société contemporaine et des âmes.

sed normis quibusdam regendus est.

Toutefois, très chers Fils, Nous croyons devoir appeler paternellement votre attention sur quelques principes fondamentaux auxquels vous ne manquerez pas de vous conformer, si vous voulez que votre action soit réellement fructueuse et féconde.

1. *O Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates, et oppositiones falsi nominis scientiae, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt.* (I Tim., VI, 20-21).

Souvenez-vous avant toute chose que, pour être profitable au bien et digne d'être loué, le zèle doit être « accompagné « de discrétion, de rectitude et de pureté ». Ainsi s'exprime le grave et judicieux Thomas à Kempis (1). Avant lui S. Bernard, la gloire de votre pays au douzième siècle, cet apôtre infatigable de toutes les grandes causes qui touchaient à l'honneur de Dieu, aux droits de l'Église, au bien des âmes, n'avait pas craint de dire que « séparé de la « science et de l'esprit de discernement ou de discrétion, le « zèle est insupportable... que plus le zèle est ardent, plus « il est nécessaire qu'il soit accompagné de cette discrétion « qui met l'ordre dans l'exercice de la charité et sans laquelle « la vertu elle-même peut devenir un défaut et un principe « de désordre (2). »

8 SEPT. 1899.

Discretio necessaria est,

Mais la discrétion dans les œuvres et dans le choix des moyens pour les faire réussir est d'autant plus indispensable que les temps présents sont plus troublés et hérissés de difficultés plus nombreuses. Tel acte, telle mesure, telle pratique de zèle pourront être excellents en eux-mêmes, lesquels, vu les circonstances, ne produiront que des résultats fâcheux. Les prêtres éviteront cet inconvénient et ce malheur si, avant d'agir et dans l'action, ils ont soin de se conformer à l'ordre établi et aux règles de la discipline. Or, la discipline ecclésiastique exige l'union entre les divers membres de la hiérarchie, le respect et l'obéissance des inférieurs à l'égard des supérieurs. Nous le disions naguères dans Nos lettres à l'archevêque de Tours. « L'édifice de « l'Église, dont Dieu lui-même est l'architecte, repose sur « un très visible fondement, d'abord sur l'autorité de Pierre « et de ses successeurs, mais aussi sur les apôtres, et les « successeurs des apôtres, qui sont les Évêques ; de telle « sorte que, écouter leur voix ou la mépriser, équivaut

eaque major quo conditio temporum est asperior.

Inferiores suis subsint praesulibus divinitus constitutis.

1. Zelus animarum laudandus est, si sit discretus, rectus et purus.

2. Importabilis siquidem absque scientia est zelus... Quo igitur zelus fervidior ac vehementior spiritus, profusiorque charitas, eo vigilantiori opus scienta est quae zelum supprimat, spiritum temperet, ordinet charitatem... Tolle hanc (discretionem) et virtus vitium erit, ipsaque affectio naturalis in perturbationem magis convertetur exterminiumque naturae (S. Bern. Serm. XLIX in Cant., n. 5).

« à écouter ou à mépriser JÉSUS-CHRIST lui-même [1]. »

Écoutez donc les paroles adressées par le grand martyr d'Antioche, S. Ignace, au clergé de l'Église primitive : « Que « tous obéissent à leur Évêque, comme JÉSUS-CHRIST a obéi « à son Père. Ne faites en dehors de votre Évêque rien de « ce qui touche au service de l'Église, et de même que « Notre-Seigneur n'a rien fait que dans une étroite union « avec son Père, vous, prêtres, ne faites rien sans votre « Évêque. Que tous les membres du corps presbytéral lui « soient unis, de même que sont unies à la harpe toutes les « cordes de l'instrument [2]. »

Insubordinatio ruinam ;

Si, au contraire, vous agissiez, comme prêtres, en dehors de cette soumission et de cette union à vos Évêques, Nous vous répéterions ce que disait Notre prédécesseur Grégoire XVI, à savoir que, « autant qu'il dépend de votre pouvoir, « vous détruisez de fond en comble l'ordre établi avec une « si sage prévoyance par Dieu, auteur de l'Église [3]. »

obedientia victoriam parit,

Souvenez-vous encore, Nos chers Fils, que l'Église est avec raison comparée à une armée rangée en bataille, *sicut castrorum acies ordinata* [4], parce qu'elle a pour mission de combattre les ennemis visibles et invisibles de Dieu et des âmes. Voilà pourquoi S. Paul recommandait à Timothée de se comporter « comme un bon soldat du Christ JÉSUS [5] ». Or, ce qui fait la force d'une armée et contribue le plus à la victoire, c'est la discipline, c'est l'obéissance exacte et rigoureuse de tous, à ceux qui ont la charge de commander.

ipsa testante Scriptura.

C'est bien ici que le zèle intempestif et sans discrétion peut aisément devenir la cause de véritables désastres.

1. Divinum quippe aedificium, quod est Ecclesia, verissime nititur in fundamento conspicuo, primum quidem in Petro et Successoribus eius, proxime in Apostolis et Successoribus eorum, Episcopis, quos, qui audit vel spernit, is perinde facit ac si audiat vel spernat Christum Dominum (Epist. ad Arch. Turon.).

2. Omnes episcopum sequimini ut Christus Iesus Patrem... Sine episcopo nemo quidquam faciat eorum quae ad Ecclesiam spectant (S. Ign. Ant. Ep. ad Smyrn. 8). Quemadmodum itaque Dominus sine Patre nihil fecit,... sic et vos sine episcopo (idem ad Magn. VII). Vestrum presbyterium ita coaptatum sit Episcopo ut chordae citharae (idem ad Ephes., IV).

3. Quantum in vobis est, ordinem ab auctore Ecclesiae Deo providentissime constitutum, funditus evertitis (Greg. XVI, Epist. Encycl. 15 Aug. 1832).

4. *Cant.*, VI, 3. — 5. II *Tim.*, II, 3.

Rappelez-vous un des faits les plus mémorables de l'histoire sainte. Assurément, ils ne manquaient ni de courage, ni de bon vouloir, ni de dévouement à la cause sacrée de la religion, ces prêtres qui s'étaient groupés autour de Judas Machabée pour combattre avec lui les ennemis du vrai Dieu, les profanateurs du temple, les oppresseurs de leur nation. Toutefois, ayant voulu s'affranchir des règles de la discipline, ils s'engagèrent témérairement dans un combat où ils furent vaincus. L'Esprit-Saint nous dit d'eux « qu'ils n'étaient pas de la race de ceux qui pouvaient sauver Israël ». — Pourquoi ? parce qu'ils avaient voulu n'obéir qu'à leurs propres inspirations et s'étaient jetés en avant sans attendre les ordres de leurs chefs. *In die illa ceciderunt sacerdotes in bello, dum volunt fortiter facere, dum sine consilio exeunt in praelium. Ipsi autem non erant de semine virorum illorum, per quos salus facta est in Israel* (1).

8 SEPT. 1899.

Fas est ab hoste doceri unionem.

A cet égard, nos ennemis peuvent nous servir d'exemple. Ils savent très bien que l'union fait la force, « vis unita fortior »; aussi, ne manquent-ils pas de s'unir étroitement, dès qu'il s'agit de combattre la sainte Église de JÉSUS-CHRIST.

Si donc, Nos chers Fils, comme tel est certainement votre cas, vous désirez que, dans la lutte formidable engagée contre l'Église par les sectes antichrétiennes et par la cité du démon, la victoire reste à Dieu et à son Église, il est d'une absolue nécessité que vous combattiez tous ensemble, en grand ordre et en exacte discipline, sous le commandement de vos chefs hiérarchiques. N'écoutez pas ces hommes néfastes qui, tout en se disant chrétiens et catholiques, jettent la zizanie dans le champ du Seigneur et sèment la division dans son Église en attaquant et, souvent même, en calomniant les Évêques, « établis par « l'Esprit-Saint pour régir l'Église de Dieu (2) ». Ne lisez ni leurs brochures, ni leurs journaux. Un bon prêtre ne doit autoriser en aucune manière ni leurs idées, ni la licence de leur langage. Pourrait-il jamais oublier que, le jour de son

Nulla sit communicatio cum operariis divisionum.

1. I *Mach.*, V, 67, 62. — 2. *Act.*, XX, 28.

ordination, il a solennellement promis à son Évêque, en face des saints autels, « obedientiam et reverentiam » ?

Zelus est inanis si deest vitae sanctimonia.

Par-dessus tout, Nos chers Fils, rappelez-vous que la condition indispensable du vrai zèle sacerdotal et le meilleur gage de succès dans les œuvres auxquelles l'obéissance hiérarchique vous consacre, c'est la pureté et la sainteté de la vie. « JÉSUS a commencé par faire, avant d'enseigner (1). » Comme lui, c'est par la prédication de l'exemple que le prêtre doit préluder à la prédication de la parole. « Séparés du siècle et de ses affaires (disent les Pères du « S. Concile de Trente), les clercs ont été placés à une « hauteur qui les met en évidence, et les fidèles regardent « dans leur vie comme dans un miroire pour savoir ce « qu'ils doivent imiter. C'est pourquoi les clercs et tous « ceux que Dieu a spécialement appelés à son service, « doivent si bien régler leurs actions et leurs mœurs que « dans leur manière d'être, leurs mouvements, leurs dé- « marches, leurs paroles et tous les autres détails de leur « vie, il n'y ait rien qui ne soit grave, modeste, profondément « empreint de religion. Ils éviteront avec soin les fautes « qui, légères chez les autres, seraient très graves pour eux, « afin qu'il n'y ait pas un seul de leurs actes qui n'inspire « à tous le respect (2). »

Ministerium sacrum digne exerceatur ne sit sterile et nocivum.

A ces recommandations du saint Concile, que Nous voudrions, Nos chers Fils, graver dans tous vos cœurs, manqueraient assurément les prêtres qui adopteraient dans leurs prédications un langage peu en harmonie avec la dignité de leur sacerdoce et la sainteté de la parole de Dieu ; qui assisteraient à des réunions populaires où leur présence ne servirait qu'à exciter les passions des impies et des ennemis de l'Église, et les exposerait eux-mêmes aux plus grossières injures, sans profit pour personne et au

1. *Act.*, I, 1. — 2. Cum enim a rebus saeculi in altiorem sublati locum conspiciantur, in eos tanquam in speculum reliqui oculos coniiciunt ex iisque sumunt quod imitentur. Quapropter sic decet omnino clericos, in sortem Domini vocatos, vitam moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus, nil nisi grave, moderatum, ac religione plenum prae se ferant ; levia etiam delicta, quae in ipsis maxima essent, effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem (S. Conc. Trid. Sess. XXII de Reform. c. 1).

grand étonnement, sinon au scandale, des pieux fidèles ; qui prendraient les habitudes, les manières d'être et d'agir, et l'esprit des séculiers. Assurément, le sel a besoin d'être mélangé à la masse qu'il doit préserver de la corruption, en même temps que lui-même se défend contre elle, sous peine de perdre toute saveur et de n'être plus bon à rien qu'à être jeté dehors et foulé aux pieds (1). *8 SEPT. 1899.*

De même, le prêtre, sel de la terre, dans son contact obligé avec la société qui l'entoure, doit-il conserver la modestie, la gravité, la sainteté dans son maintien, ses actes, ses paroles, et ne pas se laisser envahir par la légèreté, la dissipation, la vanité des gens du monde. Il faut, au contraire, qu'au milieu des hommes il conserve son âme si unie à Dieu, qu'il n'y perde rien de l'esprit de son saint état et ne soit pas contraint de faire devant Dieu et devant sa conscience ce triste et humiliant aveu : « toutes les fois que j'ai été parmi les laïques, j'en suis revenu moins prêtre». *Sacerdos a saeculi actibus maneat alienus,*

Ne serait-ce pas pour avoir, par un zèle présomptueux, mis de côté ces règles traditionnelles de la discrétion, de la modestie, de la prudence sacerdotales, que certains prêtres traitent de surannés, d'incompatibles avec les besoins du ministère dans le temps où nous vivons, les principes de discipline et de conduite qu'ils ont reçus de leurs maîtres du grand Séminaire ? On les voit aller, comme d'instinct, au devant des innovations les plus périlleuses de langage, d'allures, de relations. Plusieurs hélas ! engagés témérairement sur des pentes glissantes où, par eux-mêmes, ils n'avaient pas la force de se retenir, méprisant les avertissements charitables de leurs supérieurs ou de leurs confrères plus anciens et plus expérimentés, ont abouti à des apostasies qui ont réjoui les adversaires de l'Église et fait verser des larmes bien amères à leurs Évêques, à leurs frères dans le sacerdoce et aux pieux fidèles. S. Augustin nous le dit : « Plus on marche avec force et rapidité, quand « on est en dehors du bon chemin, et plus on s'égare (2). » *ne ipse pateat ruinae.*

Assurément, il y a des nouveautés avantageuses, propres *Quaedam*

1. *Matth.*, V, 13. — 2. *Enarr. in Ps.* XXXI, n. 4.

innovari possunt praeeuntibus praesulibus, à faire avancer le royaume de Dieu dans les âmes et dans la société. Mais, nous dit le saint Évangile (1), c'est au *Père de famille*, et non aux enfants, ou aux serviteurs, qu'il appartient de les examiner et, s'il le juge à propos, de leur donner droit de cité, à côté des usages anciens et vénérables qui composent l'autre partie de son trésor.

uti docuimus de Americanismo. Lorsque naguères Nous remplissions le devoir apostolique de mettre les catholiques de l'Amérique du Nord en garde contre des innovations tendant, entre autres choses, à substituer aux principes de perfection consacrés par l'enseignement des docteurs et par la pratique des saints, des maximes ou des règles de vie morale plus ou moins imprégnées de ce naturalisme qui, de nos jours, tend à pénétrer partout, Nous avons hautement proclamé que, loin de répudier et de rejeter en bloc les progrès accomplis dans les temps présents, Nous voulions accueillir très volontiers tout ce qui peut augmenter le patrimoine de la science ou généraliser davantage les conditions de la prospérité publique. Mais Nous avions soin d'ajouter que ces progrès ne pouvaient servir efficacement la cause du bien, si l'on mettait de côté la sage autorité de l'Église (2).

Ut Perusinos suos olim ita nunc Gallos monet En terminant ces lettres, il Nous plaît d'appliquer au clergé de France ce que Nous écrivions jadis aux prêtres de Notre diocèse de Pérouse. Nous reproduisons ici une partie de la Lettre pastorale que Nous leur adressions le 19 Juillet 1866.

de vitae sanctimonia servanda, « Nous demandons aux ecclésiastiques de notre diocèse « de réfléchir sérieusement sur leurs sublimes obligations, « sur les circonstances difficiles que nous traversons, et de « faire en sorte que leur conduite soit en harmonie avec « leurs devoirs et toujours conforme aux règles d'un zèle « éclairé et prudent. Ainsi ceux-là même qui sont nos

1. *Matth.*, XIII, 52. — 2. Abest profecto a Nobis ut quaecumque horum temporum ingenium parit, omnia repudiemus. Quin potius quidquid indagando veri aut enitendo boni attingitur, ad patrimonium doctrinae augendum publicaeque prosperitatis fines proferendos, libentibus sane Nobis accedit. Id tamen omne, ne solidae utilitatis sit expers, esse ac vigere nequaquam debet Ecclesiae auctoritate sapientiaque posthabita (Epist. ad S. R. E. Presbyt. Card. Gibbons, Archiep. Baltimor., die 22 Ian. 1899).

« ennemis chercheront en vain des motifs de reproche et « de blâme » : *qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis* (1). *8 SEPT. 1899.*

« Bien que les difficultés et les périls se multiplient de « jour en jour, le prêtre pieux et fervent ne doit pas pour « cela se décourager, il ne doit pas abandonner ses devoirs, « ni même s'arrêter dans l'accomplissement de la mission « spirituelle qu'il a reçue pour le bien, pour le salut de « l'humanité et pour le maintien de cette auguste religion « dont il est le héraut et le ministre. Car c'est surtout dans « les difficultés, dans les épreuves que sa vertu s'affirme et « se fortifie : c'est dans les plus grands malheurs, au milieu « des transformations politiques et des bouleversements « sociaux, que l'action bienfaisante et civilisatrice de son « ministère se manifeste avec plus d'éclat. *de animo nondespondendo.*

« .... Pour en venir à la pratique, nous trouvons un « enseignement parfaitement adapté aux circonstances « dans les quatre maximes que le grand apôtre S. Paul « donnait à son disciple Tite. En toutes choses, donnez le « bon exemple par vos œuvres, par votre doctrine, par « l'intégrité de votre vie, par la gravité de votre conduite, « en ne faisant usage que de paroles saintes et irrépréhen« sibles (2). Nous voudrions que chacun des membres de « notre clergé méditât ces maximes et y conformât sa « conduite. *Practica applicatio ex Tit. II, 7-8 instituitur.*

« *In omnibus teipsum praebe exemplum bonorum operum.* « En toutes choses donnez l'exemple des bonnes œuvres, « c'est-à-dire d'une vie exemplaire et active, animée d'un « véritable esprit de charité et guidée par les maximes de « la prudence évangélique ; d'une vie de sacrifice et de « travail, consacrée à faire du bien au prochain, non pas « dans des vues terrestres et pour une récompense péris« sable, mais dans un but surnaturel. Donnez l'exemple de « ce langage à la fois simple, noble et élevé, de cette parole « saine et irrépréhensible, qui confond toute opposition *Sit vita exemplaris eoque magis quo tempora sunt difficiliora.*

1. *Tit.*, II, 8. — 2. *In omnibus teipsum praebe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate, verbum sanum, irreprehensibile* (*Tit.*, II, 7-8).

« humaine, apaise l'antique haine que nous a vouée le « monde, et nous concilie le respect, l'estime même des « ennemis de la religion. Quiconque s'est voué au service « du sanctuaire a été obligé en tout temps de se montrer « un vivant modèle, un exemplaire parfait de toutes les « vertus ; mais cette obligation est beaucoup plus grande « lorsque, par suite des bouleversements sociaux, on « marche sur un terrain difficile et incertain où l'on peut « trouver à chaque pas des embûches et des prétextes « d'attaque...

Sit scientia eo altior quo hostes astutiores sunt.

« ... *In doctrina.* En présence des efforts combinés de « l'incrédulité et de l'hérésie pour consommer la ruine de « la foi catholique, ce serait un vrai crime pour le clergé de « rester hésitant et inactif. Au milieu d'un si grand débor- « dement d'erreurs, d'un tel conflit d'opinions, il ne peut « faillir à sa mission qui est de défendre le dogme attaqué, « la morale travestie et la justice si souvent méconnue. « C'est à lui qu'il appartient de s'opposer comme une « barrière à l'erreur envahissante et l'hérésie qui se dissi- « mule ; à lui de surveiller les agissements des fauteurs « d'impiété qui s'attaquent à la foi et à l'honneur de cette « contrée catholique ; à lui de démasquer leurs ruses et de « signaler leurs embûches ; à lui de prémunir les simples, « de fortifier les timides, d'ouvrir les yeux aux aveugles. « Une érudition superficielle, une science vulgaire ne « suffisent point pour cela : il faut des études solides, ap- « profondies et continuelles, en un mot, un ensemble de « connaissances doctrinales capables de lutter avec la « subtilité et la singulière astuce de nos modernes contra- « dicteurs...

Morum integritas praecavet ruinam.

« ... *In integritate.* Rien ne prouve tant l'importance « de ce conseil, que la triste expérience de ce qui se passe « autour de nous. Ne voyons-nous pas en effet que la vie « relâchée de certains ecclésiastiques discrédite et fait mé- « priser leur ministère et occasionne des scandales ? Si des « hommes, doués d'un esprit aussi brillant que remar- « quable, désertent parfois les rangs de la sainte milice et « se mettent en révolte contre l'Église, cette mère qui,

« dans son affectueuse tendresse, les avait préposés au « gouvernement et au salut des âmes, leur défection et « leurs égarements n'ont le plus souvent pour origine que « leur indiscipline, ou leurs mauvaises mœurs...

« ... *In gravitate.* Par gravité, il faut entendre cette con- « duite sérieuse, pleine de jugement et de tact qui doit être « propre au ministre fidèle et prudent que Dieu a choisi « pour le gouvernement de sa famille. Celui-ci, en effet, « tout en remerciant Dieu d'avoir daigné l'élever à cet « honneur, doit se montrer fidèle à toutes ses obligations, « en même temps que mesuré et prudent dans tous ses « actes ; il ne doit point se laisser dominer par de viles « passions, ni emporter en paroles violentes et excessives ; « il doit compatir avec bonté aux malheurs et aux fai- « blesses d'autrui, faire à chacun tout le bien qu'il peut, « d'une manière désintéressée, sans ostentation, en mainte- « nant toujours intact l'honneur de son caractère et de « sa sublime dignité... »

Gravitas innotescit prudentia, mansuetudine, modestia.

CONCLUSIO GENERALIS :

Utinam litterae hae rite accipiantur,

Nous revenons maintenant à vous, Nos chers Fils du clergé français, et Nous avons la ferme confiance que Nos prescriptions et Nos conseils, uniquement inspirés par Notre affection paternelle, seront compris et reçus par vous, selon le sens et la portée que Nous avons voulu leur donner en vous adressant ces Lettres.

ut ne unus ex tot egregiis sacerdotibus deficiat,

Nous attendons beaucoup de vous, parce que Dieu vous a richement pourvus de tous les dons et de toutes les qualités nécessaires pour opérer de grandes et saintes choses à l'avantage de l'Église et de la société. Nous voudrions que pas un seul d'entre vous ne se laissât entamer par ces imperfections qui diminuent la splendeur du caractère sacerdotal et nuisent à son efficacité.

ut malis imminentibus obviari contingat.

Les temps actuels sont tristes ; l'avenir est encore plus sombre et plus menaçant ; il semble annoncer l'approche d'une crise redoutable de bouleversements sociaux. Il faut donc, comme Nous l'avons dit en diverses circonstances, que nous mettions en honneur les principes salutaires de la religion, ainsi que ceux de la justice, de la charité, du

respect et du devoir. C'est à nous d'en pénétrer profondément les âmes, particulièrement celles qui sont captives de l'incrédulité ou agitées par de funestes passions, de faire régner la grâce et la paix de notre divin Rédempteur, qui est la Lumière, la Résurrection, la Vie, et de réunir en lui tous les hommes, malgré les inévitables distinctions sociales qui les séparent.

Sit igitur Sacerdos alter Christus.

Oui, plus que jamais, les jours où nous sommes, réclament le concours et le dévouement de prêtres exemplaires, pleins de foi, de discrétion, de zèle, qui, s'inspirant de la douceur et de l'énergie de JÉSUS-CHRIST dont ils sont les véritables ambassadeurs, *pro Christo legatione fungimur* (1), annoncent avec une courageuse et indéfectible patience les vérités éternelles, lesquelles sont pour les âmes les semences fécondes des vertus.

Ut labore, ita fructu, abundabit ministerium sacrum.

Leur ministère sera laborieux ; souvent même pénible, spécialement dans les pays où les populations, absorbées par les intérêts terrestres, vivent dans l'oubli de Dieu et de sa sainte religion. Mais l'action éclairée, charitable, infatigable du prêtre, fortifiée par la grâce divine, opérera, comme elle l'a fait en tous les temps, d'incroyables prodiges de résurrection.

Hoc quidem optantes

Nous saluons de tous Nos vœux et avec une joie ineffable cette consolante perspective, tandis que, dans toute l'affection de Notre cœur, Nous accordons à vous, Vénérables Frères, au Clergé et à tous les catholiques de France, la bénédiction Apostolique.

Benedicimus.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, le 8 septembre de l'année 1899, de Notre Pontificat la vingt-deuxième.

LEO PP. XIII.

1. II *Cor.*, V, 20.

EPISTOLA

Ad Cardinalem Coullié, Archiepiscopum Lugdunensem.

DE COETU MARIALI COGENDO.

MULTIS praeclarisque nominibus, inter catholicas urbes Lugdunensium civitas commendatur. Duas tamen, easque egregias laudes suo veluti sibi iure vindicat ; alteram, quae in christianae caritatis ardore est posita ; alteram, quae in religione erga magnam Dei Matrem. — Nihil nunc dicere de caritate attinet ; aliâs extulimus, et exemplum proposuimus, quod fideles ceteri imitentur. — Summo autem in fastigio montis, qui a *Foro vetere* appellatur, nobilissimum extat templum ; quod dum maiorum pietatem in Virginem respicientem declarat, testatur etiam quam optime haec eadem pietas, hereditate accepta, floreat in vobis ac vigeat. Illic Virgo augustissima tutela praesens vestrae urbis sedet ; illuc, summis temporibus, perfugium cives ac solatium petunt. Hisce igitur communis voluntatis significationibus, nulla aptior civitas esse possit coetui Mariali cogendo, nulla quae rite splendideque habendi ampliorem spem faciat. Quamobrem consilium tuum,sicut iucunditate maxima agnovimus, ita gratulatione Nostra et hortatione libentissime promovemus. Ut vero Virgo ipsa arrideat coeptis eaque caelestium munerum ubertate fortunet, tibi, dilecte Fili Noster, et universis, qui disponendo coetui adlaborant, Apostolicam benedictionem amantissime in Domino impertimus.

12 SEPT. 1899.

Civitas Lugdunensis, pietate in B. M. V. insignis, prae coeteris digna est in qua coetus marialis cogatur.

Adduntur vota.

Datum Romae apud S. Petrum die XII septembris MDCCCXCIX, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Archiepiscopos et Episcopos Brasiliae.

DE RE RELIGIOSA PROMOVENDA.

18 SEPT. 1899.

Laudatur praesulum industria ad promovendam pietatem

PATERNAE providaeque Nostrae in gentem vestram sollicitudinis magnopere laetamur haud mediocrem fructum, vestra potissimum industriâ, Venerabiles Fratres, fuisse perceptum. Apostolicis enim Litteris inhaerentes, quas dedimus die II mensis Iulii anno MDCCCXCIV, studio ac labore vestro effecistis ut et excitaretur in populo pietas, et in sacri ordinis viris vetus disciplina revivisceret. Neque vero Nos latet quantum operae contuleritis ad incolumitatem et iura tuenda religiosorum Sodalium, qui ex antiquis Familiis istius regionis superfuerunt, ad eosque in pristinum instituti florem revocandos ; quibus utilissime consociantur alii ex Europa Fratres, quorum nobilem impetum non longitudo itineris, non inclementia caeli, non dissimillimi mores retardarunt. Accedunt recentius institutae Congregationes, eaeque complures, concordi studio vestro accitae, sive condendis aut moderandis ephebeis, sive sacris missionibus obeundis, sive aliis praestandis in sacerdotali munere, ad quae impar numero clerus iste minime sufficeret. Non ultimam denique afferunt solatii caussam Seminaria apud vos vel aucta numero vel in melius restituta.

et nominatim ad tuendos ordines Religiosos.

Incrementa majora sperantur.

Fausta haec initia et habiti huc usque progressus spem iniiciunt brevi fore, ut amplificatae per Nos istic sacrae Hierarchiae maiora in dies incrementa respondeant. Quod quidem quum probata industria ac perspecta diligentia vestra, Venerabiles Fratres, tum etiam prona ad pietatem et indole et consuetudine Brasilianorum gens satis polliceri videntur.

Cura impendatur Seminariis a quibus

Sunt quaedam tamen ad rei catholicae profectum ita necessaria, ut ea semel attigisse non satis sit ; commemorari saepius et commendari velint. Huc potissimum pertinet

cura in Seminariis collocanda, quorum cum statu fortuna Ecclesiae coniungitur maxime. In eorum igitur disciplina instauranda illud in primis cordi est, quod nonnulli sacrorum antistites iam feliciter praestiterunt, ut separatis aedibus, suisque seorsim institutis ac legibus, degant alumni, qui spem afferant sese Deo mancipandi per sacros ordines, eorumque domus retineant Seminarii nomen ; aliae, instituendis ad civilia munia adolescentibus, Convictus vel Collegia episcopalia nuncupentur. Quotidiano enim usu constat, mixta Seminaria Ecclesiae consilio ac providentiae minus respondere ; ea contubernia cum laicis caussam esse quamobrem clerici plerumque a sancto proposito dimoveantur. Hos decet vel a prima aetate iugo Domini assuescere, pietati vacare plurimum, inservire sacris ministeriis, vitae sacerdotalis exemplo conformari. Arcendi ergo mature a periculis, seiungendi a profanis, instituendi iuxta propositas a sancto Carolo Borromeo leges saluberrimas, quemadmodum in Europae Seminariis praecipuis fieri videmus.

pendet fortuna Ecclesiae.

Seminaria mixta non probantur.

Eadem vitandi periculi ratio suadet ut comparetur alumnis rusticatio ad feriandum, nec arbitrium relinquatur suae cuique ipsorum adeundae familiae. Multa enim pravitatis exempla manent incautos, praesertim in colonicis iis domibus, ubi operariorum familiae glomerantur ; quo fit ut, in iuveniles cupiditates proni, aut ab incoepto deterreantur, aut sacerdotes futuri sint offensioni populo. Rem istic iam tentatam feliciter a quibusdam Episcopis maxime commendamus, auctoresque sumus vobis, Venerabiles Fratres, ut facta communiter eiusmodi lege, adolescentis cleri tutelae melius in posterum prospiciatis.

Ab alumnis removeatur periculum feriis proprium.

Nec minus in votis est, quod alias significavimus, ut scribendis vulgandisque catholicis diariis naviter aeque ac prudenter impendatur opera. Vix enim, quae nostra aetas est, aliunde haurit vulgus opiniones sibique fingit mores, quam ex quotidianis hisce lectionibus. Interim aegre est iacere arma haec apud bonos, quae impiorum manibus tractata lenocinio callidissimo, miserrimum fidei et moribus exitium parant. Acuendus igitur stilus est excitandaeque

Excitentur bona diaria ad vindicandam veritatem.

litterae, ut veritati vanitas cedat et incorruptae voci rationis atque iustitiae sensim obsequantur praeiudicatae mentes.

Ad legumlatorum coetum contendant catholici viri,

Huic utilitati finitima est alia, quae ex accessione catholicorum hominum ad rempublicam eorumque cooptatione in coetum oratorum legibus ferendis derivatur. Neque enim voce minus quam scripto, neque gratia et auctoritate minus quam litteris optimae quaeque caussae iuvari possunt. Adscisci etiam aliquando in eos coetus sacri ordinis viros haud inopportunum videtur; quin etiam iis praesidiis et quasi Religionis excubiis optime licet Ecclesiae iura tueri. Verum illud cavendum maxime, ne ad haec fiat tanta contentio, ut misera ambitione magis aut partium caeco studio, quam rei catholicae curâ impelli videantur. Quid enim indignius, quam digladiari sacros ministros ut ex procuratione reipublicae rem perniciosissimam in civitatem inducant, seditionem atque discordiam? Quid vero si in deteriorum consilia ruentes constitutae auctoritati perpetuo adversentur? Quae omnia mirum quantum offensionis habent in populo et quantum invidiae conflant in clerum. Modeste igitur utendum iure suffragii; vitanda omnis suspicio ambitionis; reipublicae munia capessenda prudenter; a supremae vero auctoritatis obsequio desciscendum nunquam.

quin etiam clerici, sed modeste et prudenter.

Utinam ad exsequenda coepta non desit pecunia.

Placuit iterum, Venerabiles Fratres, hortatores esse ad eas artes, quibus christianae rei bono apud vos opportune consulatur. Atque utinam egregiae voluntati vestrae non essent impares vires, nec optimis consiliis in usum deducendis impedimento esset angustia pecuniae. Neque enim, ut antea, ex publico aerario suppeditantur sumptus aut Vobis, aut Canonicorum Collegiis, aut Seminariis aut Curionibus, aut aedificationi templorum. Una paene restat, cui liceat inniti, gratificandi popularis voluntas. Nihilominus hac in re spem affert eximiam Brasilianae gentis consuetudo, ex animi sui nobilitate, in largitiones paratissima, praesertim in iis quae pertinent ad bene de Ecclesia merendum. Atque hanc scilicet ipsorum laudem Litteris Nostris superius memoratis exornavimus, quum de dote constituenda novis dioecesibus, quae opis indigent maxime, nihil

Spem affert pia munificentia gentis Brasilianae,

habere Nos diximus quod praeciperemus; in Brasiliani populi pietate ac religione satis Nobis esse fiduciae, ipsum episcopis non defuturum. Ac libenter quidem in exemplum proponeremus effusam benignitatem, qua septentrionalis Americae filii suis episcopis, longe numero pluribus, itemque catholicis collegiis, scholis, ceterisque piis institutis certatim occurrunt, nisi vestra natio domesticis exemplis iisque splendidissimis abundaret. Memoria ne excidat quot conspicua templa maiores vestri extruenda curaverint, quot monasteriis dotem constituerint, quam grandia christianae pietatis ac beneficentiae vobis monumenta reliquerint.

18 SEPT. 1899.

cui exemplo sit America septentrionalis.

Opitulandi autem Ecclesiae necessitatibus modi suppetunt plures. In his perutile ducimus ut sua in quaque dioecesi constituatur arca, quo annuam conferant stipem fideles, ab delectis e coetu nobiliore viris ac feminis colligendam, nutu et ductu Curionum. Decet autem horum primas esse in largiendo partes; quod optime efficient, si ex certis redditibus, quibus ipsi fruuntur saepe lautissimis, aliquid cedant, et super incertos proventus vim aliquam pecuniae sibi solvendam imponant, instar vectigalis. — Nec minus auxilio esse possunt episcopis inopia laborantibus monasteria illa piaeque sodalitates, quibus amplior est res; rectiusque publico bono fuerit consultum si arcae dioecesanae destinetur haud exigua illa pecuniae summa, quae in profana spectacula solet a quibusdam ex memoratis sodalitatibus coniici. — Si qui denique, fortunae bonis prae ceteris affluentes, maiorum sectari morem laudabilem velint ac testamento cavere sive piis sodalitatibus, sive coetibus aliis exercendae beneficentiae gratiâ, eos vehementer hortamur, ut pecuniae summam aliquam meminerint legare episcopis, qua hi relevati et res Ecclesiae et dignitatem suam tueri valeant.

Constituatur arca: dioecesana cui suum conferant fideles,

monasteria, piaeque sodalitates,

inque cujus favorem legata fiant.

Vestram egimus caussam, Venerabiles Fratres, Nos ipsi, quos temporum iniuria cogit Petri stipem rogare constantius. Ceterum vos primum erigat cogitatio fiduciae in Deo collocandae, *quoniam ipsi cura est de nobis* [1]; animoque

Excitantur animi ad spem,

1. *I Petr.*, V, 7.

subeant Apostoli verba : *qui autem administrat semen seminanti, et panem ad manducandum praestabit, et multiplicabit semen vestrum, et augebit incrementa frugum iustitiae vestrae* (1). Clerus vero ac populus, quibus regendis Spiritus Sanctus vos posuit episcopos, sibi oculis proponant pristinam illam credentium liberalitatem, quorum multitudinis *erat cor unum et anima una* (2) ; qui de sancta Ecclesiae societate multo magis quam suis de fortunis solliciti, *vendentes afferebant pretia eorum quae vendebant, et ponebant ante pedes Apostolorum* (3). Meminerint Pauli verba, quibus eos ad ultimum compellamus : *Rogamus autem vos, fratres, ut noveritis eos, qui laborant inter vos, et praesunt vobis in Domino, et monent vos, ut habeatis illos abundantius in caritate propter opus illorum* (4).

nec non ad liberalitatem in ministros sacros.

Interea, caelestium munerum auspicem ac benevolentiae Nostrae testem, Vobis, Venerabiles Fratres, Clero populoque vestro Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XVIII Septembris MDCCCXCIX, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

LEO PP. XIII.

1. *II Cor.*, IX, 10. — 2. *Act.*, IV, 32. — 3. *Act.*, IV, 34-35. — 4. *I Thess.*, V, 12-13.

EPISTOLA

Ad Callistum Grandi.

DE LIBRO EDITO IN MEMORIAM ALEXANDRI VOLTA.

PRAECLAROS cives, eos in primis qui ingenio utilibusque inventis valuerunt, in memori posteritate vigere, iustitiae est animorumque grate pieque sentientium. Quamobrem nulli non visum est probabile studium, quo civitas Comensium, summa omnium ordinum contentione, memoriam Alexandri Volta, qui princeps fuit electricae pilae inveniendae, laetitiis delatisque publice honoribus, instaurare atque ornare conata est. — Id tamen minime praeteriri oportuit, quod et tempori opportunum et ad infringendam rebellium ingeniorum audaciam efficax, ut videlicet ostenderetur quam coniunctissime in viro illo fides et scientia se haberent, nec christianam pietatem obruisse animum rimandis naturae viribus addictissimum. — Hoc tu, dilecte fili, sapienti egregiaque opera es prosecutus, edito volumine quod Alexandro Volta inscribitur. Cuius profecto lectione libri id obtines ut quicumque, qui non ad factionis cuiusvis placita sed ad veritatis regulam conscribi historiam desideret, fateri omnino debeat: Volta catholicorum est. Qua ex persuasione, iuvenes praesertim, qui falsis nimium opinionibus contra fidei dignitatem hac aetate imbuuntur, novo argumento pervideant necesse est praepostere iniurioseque edici, fidei simplicitate ingeniorum incidi nervos nec posse animum, qui scientiarum laude feratur, fidei christianae magisterio teneri. — Tibi igitur de conscripto volumine gratulamur, deque Nobis oblato gratias agimus. Nostrae vero benevolentiae testem ac munerum divinorum auspicem, Apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXI Septembris MDCCCXCIX, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

LEO PP. XIII.

21 SEPT. 1899.

Volta merito posterorum memoriae traditur,

utpote non fide minus quam scientia praeclarus.

Opus fecisti maxime opportunum.

Accipias gratias cum benedictione.

LITTERAE APOSTOLICAE

DE SUSPENSIONE INDULGENTIARUM ET FACULTATUM VERTENTE ANNO SACRO 1900.

30 SEPT. 1899.

Suspensio fit ad stimulandas peregrinationes Romanas.

QUOD Pontificum maximorum sanxit auctoritas, ut anni sacri solemnia Romae potissimum agerentur, id quidem cum provisa divinitus dignitate et grandioribus muneribus almae Urbis est admodum congruens. Haec enim omnium, quotquot ubique sunt, christianorum patria communis ; haec sedes sacrae potestatis princeps, eademque traditae a Deo doctrinae custos sempiterna ; hinc ut ab unico augustissimoque capite in omnes christianae reipublicae venas perenni communicatione vita propagatur. Nihil ergo tam consentaneum, quam catholicos homines vocatu Sedis Apostolicae huc certa per intervalla temporum convenire, ut scilicet una simul et remedia expiandis animis in Urbe reperiant et romanam auctoritatem praesentes agnoscant. Quod cum tam salutare ac frugiferum appareat, sane cupimus ut urbs Roma toto anno proximo maiore qua fieri potest frequentia mortalium celebretur : ob eamque rem peregrinationis romanae cupidis velut stimulos additur, admissorum expiandorum privilegia, quae liberalitate indulgentiaque Ecclesiae passim concessa sunt, intermitti volumus ; videlicet, quod plures decessores Nostri in caussis similibus consuevere, Indulgentias usitatas apostolica auctoritate ad totum annum sacrum suspendimus : verumtamen prudenti quadam temperatione modoque adhibito, ut infra scriptum est.

Integras atque immutatas permanere volumus et decernimus.

Quaedam indulgentiae non suspenduntur.

I. Indulgentias *in articulo mortis* concessas :

II. Eam, qua fruuntur ex auctoritate Benedicti XIII decessoris Nostri, quotquot ad sacri aeris pulsum de genu

vel stantes *Salutationem angelicam*, aliamve pro temporis ratione precationem recitaverint :

III. Indulgentiam decem annorum totidemque quadragenarum Pii IX auctoritate anno MDCCCLXXVI iis tributam qui pie templa visitent in quibus Sacramentum augustum quadraginta horarum spatio adorandum proponitur:

IV. Illas item Innocentii XI et Innocentii XII decessorum Nostrorum decreto iis constitutas, qui Sacramentum augustum, cum ad aegrotos defertur, comitentur, vel cereum aut facem per alios deferendam ea occasione mittant :

V. Indulgentiam alias concessam adeuntibus pietatis caussa templum sanctae Mariae Angelorum Ordinis Fratrum Minorum extra Assisii moenia a vesperis Calendarum Augusti ad solis occasum diei insequentis :

VI. Indulgentias, quas S. R. E. Cardinales Legati a latere, apostolicae Sedis Nuntii, item Episcopi in usu Pontificalium aut impertienda benedictione aliave forma consueta largiri solent :

VII. Indulgentias Altarium Privilegiatorum pro fidelibus defunctis, aliasque eodem modo pro solis defunctis concessas ; item quaecumque vivis quidem concessae sint, sed hac dumtaxat caussa ut defunctis per modum suffragii directe applicari valeant. Quas omnes et singulas volumus non prodesse vivis, prodesse defunctis.

Quaenam facultates ratae, firmaeque manent.

De facultatibus vero haec constituimus et sancimus, quae sequuntur.

I. Rata firmaque sit facultas Episcopis aliisque locorum Ordinariis impertiendi indulgentias *in articulo mortis*, eamdemque communicandi secundum Litteras a Benedicto XIV decessore Nostro datas Nonis Apr. an. MDCCXLVII :

II. Item ratae firmaeque sint facultates Tribunalis Officii Inquisitionis adversus haereticam pravitatem, eiusque Officialium : Missionariorum quoque et Ministrorum qui vel ab eodem Tribunali, vel a Congregatione S. R. E. Cardinalium negotiis propagandae Fidei praeposita, vel alias ab apostolica Sede ad id deputati fuerint ; nominatim facultas

absolvendi ab haeresi eos, qui, eiurato errore, ad fidem redierint:

III. Ratae firmaeque sint facultates, quas Officium Poenitentiariae Nostrae apostolicae Missionariis, in locis Missionum earumque occasione exercendas, concesserit:

IV. Item facultates Episcoporum aliorumque sacrorum Antistitum circa dispensationes et absolutiones suorum subditorum in casibus occultis etiam Sedi apostolicae reservatis, quemadmodum ipsis a sacra Tridentina Synodo, seu alias, etiam in publicis casibus, a iure communi ecclesiastico et ab apostolica Sede pro certis personis et casibus permissae dignoscuntur. Idem statuimus de facultatibus Antistitum Ordinum religiosorum, quaecumque ipsis in Regulares sibi subiectos ab apostolica Sede tributae sint.

Exceptis memoratis, reliqua suspenduntur.

Iis exceptis, de quibus supra memoravimus, ceteras omnes et singulas Indulgentias tam plenarias, etiam ad instar Iubilaei concessas, quam non plenarias, suspendimus ac nullas iubemus esse. Similique ratione facultates et indulta absolvendi etiam a casibus Nobis et apostolicae Sedi reservatis, relaxandi censuras, commutandi vota, dispensandi etiam super irregularitatibus et impedimentis cuilibet quoquo modo concessa, suspendimus ac nulli suffragari volumus ac decernimus. Quocirca praesentium auctoritate Litterarum praecipimus ac mandamus, ut, praeter Indulgentias Iubilaei, easque, quas supra nominatim excepimus, nullae praeterea aliae uspiam, sub poena excommunicationis eo ipso incurrendae aliisque poenis arbitrio Ordinariorum infligendis, publicentur, indicantur, vel in usum demandentur.

Quaecumque autem his Litteris decreta continentur, omnia ea stabilia, rata valida esse volumus et iubemus, contrariis non obstantibus quibuscumque.

Praesentium litterarum auctoritas statuitur

Earum vero exemplis aut transumptis, etiam impressis, Notarii publici manu et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eamdem volumus haberi fidem, quae haberetur praesentibus si essent exhibitae vel ostensae.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae suspensionis, decreti, declarationis, voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contra ire: si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

30 SEPT. 1899.

et sanctione vindicatur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo nonagesimo nono, Pridie Cal. Octobris, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

C. CARD. ALOISI MASELLA PRO-DAT. — A. CARD. MACCHI

VISA.

DE CVRIA I. DE AQVILA E VICECOMITIBVS

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Secret. Brevium

I. CVGNONIVS

EPISTOLA

Ad Cardinalem Richelmy, Archiepiscopum Taurinensem ceterosque Episcopos pedemontanos.

DE STATU CATHOLICORUM IN REGIONIBUS ISTIS.

12 OCTOB. 1899.

Laetatur Pontifex de Religionis incrementis.

NON abs re iudicastis fore Nobis pergratum vestras habere litteras, quibus de statu catholicorum in regione pedemontana communiter innueretis. Reflorescere in gregibus vestris studia pietatis mirum Nobis non accidit; non enim latet quam acri vos sollertique industria in creditorum fidelium utilitate elaboretis; quod et conventus ipse luculenter confirmat, quem haud ita pridem Pinarolii celebravistis. — Laetitiam tamen vestram de conditione ecclesiarum vestrarum dum ita Nobiscum communicatis, unum pariter doletis esse quosdam, quum e laicis tum e clero ipso, qui, prout scribitis, observantiae parum memores, ab Episcoporum magisterio, re saepius, nonnunquam etiam verbo, se subducant, vosque, si suis opinionibus favere minus arbitrentur vel praetereant vel interdum reprehendant. — Hac nos quidem de re quid cogitemus non semel monuimus; novissime autem, conquestiones fere vestras providentes, in Litteris aperuimus, quas ad Galliae Episcopos eorumque clerum dedimus. — Avemus sane ut catholici homines, ad mores fingendos, aeque atque ad afflictae plebis angustias sublevandas, operariorum sequiorisque coetus commodis oppido studeant. Quam ob caussam placet affatim publicos celebrari conventus; patronatus, quos vocant, consociationes ad mutuo suppetias ferendas, aliaque id genus instituta provehi; quaeque de sociali ordine sunt quaestiones pertractari; libris denique atque ephemeridibus de civilis consortii animorumque immortalium necessitatibus agi. At vero optamus et volumus, ut

Insubordinationem cleri damnat.

Laudabiliter multa moliuntur in favorem plebis; sed non fiat absque auctoritate episcoporum.

studia istiusmodi nec privatis partium rationibus inserviant, nec a iustitia unquam deflectant. Idque ut fiat, necesse omnino est, ut, in memoratis similibusque operibus suscipiendis,debita in ecclesiasticam auctoritatem observantia integra sit atque incolumis. — Episcoporum voluntati obsistere eosque docere potius quam exaudire velle,a laicorum prorsus officio remotum est. Haud tamen propius a clericorum officio dissidet, si hi quidem obedientiae sacramentum meminerint, quod, quum sacerdotio initiarentur, suo quisque Episcopo dixerunt. — Sacerdotibus universis hoc firmum sanctumque esto, nihil in actione omni a disciplinae regula ratoque ordine discedere: postulat porro ordo, hierarchiae membra ita se inter vinciri,ut qui munere graduque subsunt, eis, qui praesunt, dicto sint audientes ac pareant ; sacerdotes videlicet Episcopis. — Haec plane Nobis voluntatum ac virium coniunctio spem et fiduciam victoriae iniicit adversus fidei iustitiaeque osores ; quae si aberit, certabimus sed non utiliter. — Clerum igitur vestrum hortamur ut Episcopum quisque suum sequatur *ut Christus Patrem;* eos vero caveant diligentissime, qui, catholici quamvis audiunt, discordiae student,animisque ab officio abducendis verbo scriptove dant operam. Haec, dilecte Fili Noster ac Venerabiles Fratres, ut ad solatium vestrum et religionis bonum eveniant, vobis et cleris populisque vestris Apostolicam benedictionem, munerum divinorum auspicem, amantissime impertimus.

Episcopis obsistere, laicos et praesertim clericos dedecet.

Sint igitur sacerdotes Episcopis audientes.

Conjunctio virium necessaria est.

Hortatio ad unionem.

Datum Romae apud S. Petrum die XII Octobris MDCCCXCIX, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Episcopum Collensem.

DE JANSENISMO, RECENTIORIBUSQUE ERRORIBUS VITANDIS.

19 OCTOB. 1899.

Laudat Pontifex communem Praesulum in Sedem apostolicam observantiam

RITE auspicando proximo saeculo habendisque dignius honoribus IESU CHRISTO Servatori, optima sane sternitur via, ubi vires intendantur, ut intercluso erroribus aditu compositisque dissidiis, in huius Apostolicae Sedis obsequium ac fidem omnium animi tandem aliquando conspirent. Hoc tecum commune cum tuo Clero fuisse consilium, Venerabilis Frater, in conventu apud vos habito de pietatis testimoniis decernendis in proximum annum, satis perspicue docuerunt litterae ad Nos missae XVI Cal. Septembris, a singulis vobis subscriptae. In iis enim, damnata Ianseniani erroris memoria, apud vos pene recenti, reiectisque simul novis opinionum commentis, ex funesto illo semine magna ex parte subortis, egregium concordis vestrae voluntatis in Nos et in venerandam Petri Cathedram testimonium exhibebatis. Nobilem hanc amoris et observantiae significationem una cum votis, quae pro incolumitate Nostra concepistis, dum libenti gratoque animo excipimus, vehementer cupimus diuturnis precibus fatigare vos Deum, interposito Illius patrocinio, quae *cunctas haereses sola interemit in universo mundo*, ut qui dedit, sub huius exitum saeculi, detrectari rursum a vobis Iansenianam noxam, qua nonnulli quondam apud vestrates inficiebantur, idem, fugatis recentioribus errorum tenebris, afferat nova tempora, Davidicis salutanda verbis: *lux orta est iusto et rectis corde laetitia.* — Quo vero facilius e sententia cedant quae in conventu vestro praestare decrevistis ad Christi Servatoris honorem et pietatis incrementum, Apostolicam benedictionem tibi, Venerabilis Frater,

nec non Jansenismi detestationem.

Optat ut etiam a recentioribus erroribus sint immunes

et benedicit.

ceterisque e Clero qui eumdem coetum te duce celebrarunt, paramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die XIX Octobris MDCCCXCIX, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

LEO PP. XIII

LITTERAE APOSTOLICAE

QUIBUS POENITENTIARIIS IN BASILICIS ET ECCLESIIS URBIS PER CARDINALEM MAIOREM POENITENTIARIUM DEPUTATIS ET CONFESSARIIS A CARDINALI URBIS VICARIO DESIGNANDIS FACULTATES PRO ANNO IUBILAEI CONCEDUNTUR.

31 OCTOB. 1899.

Pontifex quod suum est facit ut jubilaeum prosperos successus habeat quoad animarum salutem.

QUONIAM divinae bonitatis munere contigit Nobis Iubilaeum magnum indicere in annum proximum, nihil iam restat quod exoptemus, quodque studeamus vehementius, quam ut successus prosperos habeat ac sperata beneficia, adiuvante Deo, affatim pariat. Nos quidem dabimus diligenter operam, ut civium aeque et peregrinorum saluti commoditatique toto eo tempore serviatur, summa voluntate providendo, ut ex rebus iis quae religioni, virtuti, pietati usui esse queant, nemo ullam in Urbe desideret. Verum ut, qui gravius aegrotant corpore, eorum valetudini assidere studiosius proximi solent eosque nituntur omni ratione adducere ut se sanari patiantur, ita Nos eorum conditione magis movemur qui morbis animorum, hoc est delictis vitiisque altius impliciti teneantur. Eluere conscientiae labes poenitentia, et redintegrare Dei omnipotentis gratiam redintegratione virtutum, is nimirum fructus est Iubilaei maxime proprius. Huius rei caussâ, memores officii et caritatis, admissorum vinclis liberari atque ad sanitatem redire cupientibus Nos quidem, quantum in potestate Nostra est, minuendas difficultates et patens expediendum iter curabimus, videlicet ligandi et solvendi supremo interposito arbitrio.

Facultates confessariorum dilatare et dilimitare oportet.

Hoc consilio, quod decessores Nostri simili in tempore consueverunt, item Nos Confessariorum quum augendum numerum, tum dilatandam muneris potestatem censuimus. Sed quum talem pontificalis officii partem recte pruden-

terque administrari oporteat, omninoque de limitibus usuque facultatum praesto esse quod liqueat, idcirco Constitutioni inhaerentes f. r. Benedicti XIV — *Convocatis* —, in qua hoc de genere toto ea quae necessaria sunt perspicue absoluteque praecipiuntur, Nostro motu proprio certaque scientia ac de apostolicae potestatis plenitudine rem universam ad eum modum, quem his Litteris praescribimus, ordinandam ac dirigendam iubemus. 31 OCTOB. 1899.

I. Venerabili Fratri Nostro Cardinali Maiori Poenitentiario per praesentes committimus ac demandamus, ut iuxta memorati Benedicti XIV Constitutionem, cuius initium — *In apostolicae Poenitentiariae officio* — praeter consuetos trium Basilicarum S. Ioannis Lateranensis, S. Petri in Vaticano et S. Mariae Maioris Poenitentiarios minores, pro Basilica etiam S. Pauli via Ostiensi, toto Anno Sancto, similes Poenitentiarios designet, praetereaque alios, a se iam electos vel eligendos, tam in memoratis quatuor Basilicis, quam in reliquis quoque sive Saecularium, sive Regularium, ac praesertim, quoad fieri poterit, in variarum nationum Urbis ecclesiis, novos similiter Poenitentiarios deputet, et extra ordinem abunde multiplicet.

II. Porro hisce Poenitentiariis sive in quatuor Bilicisas, sive in aliis Urbis Ecclesiis per Cardinalem Maiorem Poenitentiarium, ut praefertur, deputatis, vel per Anni Sancti cursum deputandis, subsequentes facultates, hoc dumtaxat Anno Sancto duraturas, de Apostolicae potestatis plenitudine concedimus et largimur; videlicet:

III. Absolvere possint per se ipsos tantum, et in foro dumtaxat conscientiae, quascumque personas sibi confitentes, etiam religiosas et regulares cuiuscumque sint Ordinis, Congregationis, et Instituti (etiamsi ex praescripto Superiorum, vel suarum Constitutionum etiam a Sede Apostolica approbatarum, vel alias ex indulto, decreto, aut praecepto Apostolico extra propriam Religionem peccata sua confiteri prohibeantur) a quibuscumque sententiis excommunicationis, aliisque ecclesiasticis censuris, etiam Summo Pontifici et Sedi Apostolicae quomodolibet, etiam

speciali modo, in Constitutione — *Apostolicae Sedis* — reservatis, nec non ab omnibus peccatis et excessibus, quantumcumque gravibus et enormibus, etiam Sedi Apostolicae reservatis: iniunctis tamen salutaribus poenitentiis, et aliis de iure iisdem poenitentibus iniungendis.— Excepto tamen crimine absolutionis complicis, quod ter aut amplius admissum fuerit.

IV. Absolvere item possint a supra dictis censuris et peccatis, pro quibus facultas concessa est § III, poenitentes, quamvis censurae, quibus adstricti sunt, publicae sint in locis unde venerunt, et quamvis deductae aut nominatim declaratae, ac denunciatae in iisdem locis sint per Ordinarios, aut alios quoscumque Iudices; praemonitis tamen poenitentibus de libello, ut infra, in his casibus publicis Poenitentiariae Apostolicae omnino submittendo. Post absolutionem nimirum conficiant libellum supplicem, expresso nomine, cognomine, ac Dioecesi poenitentis, et casu huiusmodi censurae publicae subiecto, et subtus scribant testimonium absolutionis ab eadem censura concessae, eumdemque poenitentem dirigant ad Officium Poenitentiariae Apostolicae, ut recipere possit Breve in forma *missi*, vel *remissi* absoluti, iuxta praxim eiusdem Officii Poenitentiariae.

Haereticos vero, qui fuerint publici dogmatizantes, non absolvant, nisi, abiurata haeresi, scandalum, ut par est, reparaverint.

Eos quoque, qui sectis vetitis massonicis aut aliis eiusdem generis nomen dederint, si occulti sint, absolvere possint, iniunctis de iure iniungendis: si vero occulti non sint, absolvere quidem eodem pacto possint, dummodo tamen iidem scandalum reparaverint.

V. A censura ab homine seu a quocumque iudice de partibus nominatim lata absolvere possint pro foro interno tantum, ita ut pro foro externo ea absolutio nullatenus suffragetur.

VI. Qui bona vel iura ecclesiastica acquisierunt sine venia, non absolvantur, nisi iis restitutis, aut nisi se compo-

suerint, vel sincere promiserint se composituros apud Ordinarium vel apud S. Sedem. 31 OCTOB. 1899.

VII. Possint omnia et singula simplicia vota, etiam Sedi Apostolicae reservata, etiam iurata, commutare dispensando in alia pia opera.

VIII. Votum tamen perpetuae castitatis commutare dispensando possint tantum ob periculum incontinentiae ad effectum nubendi, monito poenitente facturum ipsum contra votum, si extra usum matrimonialem delinquat; remansurum proinde eodem prorsus ac antea voto castitatis obstrictum, si coniugi supervixerit. — Si autem votum istud emissum fuerit ante exactum annum sextum et decimum, nec postea tamquam novum ratum habitum, possint illud absolute dispensare commutando, iusta existente caussa; qua in re confessarii conscientia oneratur.

IX. Votum etiam ingrediendae aut profitendae religionis commutare dispensando possint ad effectum nubendi ob praedictum periculum incontinentiae; ad effectum vero vitam tantum caelibem in saeculo ducendi, si poenitentes onera Religionis ferre se posse rationabiliter diffidant, vel si dote sufficienti ad ingrediendam Religionem careant.

X. Meminerint vero, sibi abstinendum ab eorum votorum commutatione, in quibus agitur de praeiudicio *tertii*. Quare in eo quod pertinet ad vota, quamvis simplicia, seu perseverantiae, seu alia emitti solita in aliqua Congregatione vel Communitate, ac vota obligatoria a tertio acceptata, non se ingerant. Abstineant pariter a commutatione voti de non ludendo, praesertim quoad personas ecclesiasticas, seu saeculares, seu regulares: quoad alios vero, si forte, attenta personarum conditione et circumstantiis, iusta ratio pro commutatione afferatur, non aliter in casu ipsam concedant, quam excepto ludo alias quomodocumque prohibito, et iis praeterea conditionibus praescriptis unde ludus ex commutatione permissus honeste fiat. Nec dissimiliter se gerant circa vota poenalia, seu praeservativa a peccatis, ne detur ansa peccandi liberius. Quod si fortasse eiusmodi occurrant adiuncta, quae aliquam commutationem merito

exposcant, non aliam certe concedant, quam quae non minus a peccato committendo refrenet, quam prior voti materia.

XI. Dispensare possint cum constitutis in sacris super irregularitate ob delictum occultum, excepto homicidio voluntario.

XII. Cum illis qui, scienter vel ignoranter, cum impedimento gradus secundi et tertii, vel tertii solius, aut tertii et quarti, vel quarti solius consanguinitatis, vel affinitatis etiam ex copula licita provenientis, matrimonium iam contraxerunt, dummodo huiusmodi impedimentum occultum remaneat, dispensare pro foro tantum conscientiae possint ad remanendum in matrimonio.

XIII. Similiter, pro foro conscientiae tantum, dispensare valeant super impedimento dirimente occulto tam primi et secundi, quam primi tantum, aut secundi tantum gradus affinitatis ex copula illicita provenientis in matrimonio contracto; atque etiam, dummodo caussae graves et quae canonice sufficientes habentur intersint, in contrahendo: ita tamen ut, si huiusmodi affinitas proveniat ex copula cum matre desponsatae, vel desponsandae, huius nativitas copulam antecesserit et non aliter.

XIV. Dispensare similiter, pro eodem foro, tam de contracto, quam de contrahendo possint super impedimento cognationis spiritualis, itemque super occulto impedimento criminis, neutro tamen machinante, idest quando solum concurrant adulterium et fides data de matrimonio contrahendo post coniugis mortem.

XV. Dispensare ad petendum debitum possint in casu affinitatis incestuosae matrimonio supervenientis.

XVI. Ad petendum pariter debitum, cum illis qui voto simplici castitatis obstricti matrimonium contraxerunt, dispensare valeant, illos monendo facturos contra id votum, si extra usum matrimonialem delinquant, ac remansuros eodem prorsus ac antea voto obstrictos, si coniugi supervixerint.

XVII. Super visitatione quatuor Basilicarum cum exteris, qui vel ob paupertatem, vel ob gravem aliam caussam in Urbe remanere non possunt, dispensare valeant, vel reducendo ad tres saltem dies visitationes earumdem Basilicarum alioquin per decem dies ab iisdem visitandarum, vel visitationes praescriptas in alia pia opera, prudenti suo quisque arbitrio, commutando. *31 OCTOB. 1899.*

XVIII. Cum civibus autem et incolis romanis, qui morbo, vel aliquo legitimo impedimento detenti, non valeant memoratas Basilicas visitare, possint praescriptas per viginti dies visitationes in alia pia opera, quae ab ipsis adimpleri queant, dispensando commutare : suam tamen conscientiam oneraturi, si super huiusmodi visitationibus inconsulto et sine iusta et rationabili caussa sive cum exteris, sive cum romanis civibus aut incolis dispensaverint.

XIX. Ceterum alias facultates praedictis trium Basilicarum Poenitentiariis minoribus pridem concessas, aut forsitan concedendas per Cardinalem Maiorem Poenitentiarium vi generalium facultatum, quibus ex Benedicti XIV Constitutione — *Pastor bonus* — vel alias a Sancta Sede et a Nobis ipsis est instructus, salvas firmas hoc ipso Iubilaei anno esse et fore, atque ab iis hoc etiam anno durante non secus ac alio quovis tempore erga omnes exerceri, iuxta eiusdem Constitutionis aliarumque respective concessionum tenorem, debere, et licite posse, decernimus et declaramus.

XX. Easdem vero facultates, tam in memorata Benedicti XIV Constitutione — *Pastor bonus* — et alias etiam ab Apostolica Sede vel a Nobis ipsis Cardinali Maiori Poenitentiario tributas, quam in praesentibus Nostris Litteris expressas atque contentas, praedicto Maiori Poenitentiario, et Apostolicae Poenitentiariae Officio confirmamus, et respective, quatenus opus sit pro hoc Anno Sancto concedimus et impertimur, ad hoc ut ipse Maior Poenitentiarius iis omnibus et singulis tam per se ipsum, quam per alios quoscumque a se eligendos Confessarios in Urbe, uti licite valeat. Si quos autem casus ad ipsum Poenitentiariae Officium, vel ad aliquem ex dictis Poenitentiariis seu Con-

fessariis deferri contingat, de quibus haud fuerit hisce in Litteris Nostris dispositum, vel qui in iisdem excepti sint; officium erit praefati Maioris Poenitentiarii, cui Poenitentiarii minores et Confessarii praedicti varios eiusmodi casus rite patefacient, Apostolatum Nostrum super illis consulere: Nos autem eidem praescribere non omittemus quidquid opportunum in Domino iudicabimus, ut animarum vulneribus sanandis idonea remedia afferantur.

XXI. Quum autem, ad maiora animarum lucra anno isto salutaris expiationis comparanda, multiplicandos adhuc esse operarios, augescente messis copiâ, probe intelligamus; Praedecessorum Nostrorum vestigiis insistentes, Dilecto Filio Nostro Cardinali in Urbe eiusque Districtu Vicario in spiritualibus Generali, committimus, ut ex Confessariis, tam Saecularibus quam Regularibus, ab se alias ad audiendas confessiones approbatis, seu approbandis, quamplures, vel, si id satius censuerit, omnes etiam designet, qui facultates infra scriptas per Anni Sancti decursum exercere libere possint, ut nempe ipsi in obeundo sanctissimo ministerio utilius adlaborent.

XXII. Quare iidem confessarii absolvere possint per se ipsos tantum et in foro dumtaxat conscientiae personas sibi confitentes, non exceptis religiosis aut regularibus extra suum Ordinem confiteri prohibitis, a quibuscumque ecclesiasticis censuris etiam Summo Pontifici et Sedi Apostolicae, etiam speciali modo, in Constitutione — *Apostolicae Sedis* — reservatis (dummodo tamen huiusmodi censurae non sint publicae) nec non ab omnibus peccatis, excessibus quamtumlibet gravibus, etiam Sedi Apostolicae reservatis; iniunctis tamen salutaribus poenitentiis, et aliis de iure iisdem Poenitentibus iniungendis. — Excepto, eodem modo ac supra § III, crimine absolutionis complicis.

XXIII. Omnia et singula simplicia vota, etiam iurata, etiam Sedi Apostolicae reservata, exceptis castitatis, religionis, aliisque superius § X memoratis votis, dispensare commutando in alia pia opera valeant.

XXIV. Dispensare possint circa visitationes praescriptas

quatuor Basilicarum, easque commutare eodem omnino modo ac conceditur Poenitentiariis § XVII et XVIII. Praeter hanc autem facultatem dispensandi circa praedictas visitationes sciant nullam aliam dispensandi cum quoquam facultatem sibi concedi.

31 OCTOB. 1899.

XXV. Firmas singulis praeterea remanere volumus facultates, quas forte a S. Sede per S. Poenitentiariam aut alio legitimo modo consecuti sunt vel consequentur.

XXVI. Hisce autem amplioribus facultatibus, per praesentes Litteras ex Apostolicae benignitatis indulgentia attributis, intelligant omnes tam Poenitentiarii minores, quam Confessarii ceteri iisdem respective muniendi, uti se non posse, nisi cum iis poenitentibus, qui praesens Iubilaeum consequi sincere et serio volunt, atque ex hoc animi proposito ipsum lucrandi et reliqua opera ad id lucrandum necessaria adimplendi, ad Confessionem apud ipsos peragendam accedunt : neque item posse iisdem uti cum iis poenitentibus, qui huius Anni Sancti Iubilaeum semel iam lucrati fuissent.

XXVII. Praeterea Religiosorum quoque utilitati uberius consulere, augendoque numero confessariorum, ex Iubilaei consuetudine, prospicere volentes, praemissas nuper facultates, quas confessariis a Cardinale Vicario designandis hoc anno competere statuimus §§ XXII, XXIII, XXIV, easdem omnes et singulas pari modo, pro eodem anno, tribuimus omnibus confessariis regularibus seu religiosis, etiam in Institutis votorum simplicium ab Apostolica Sede approbatis, qui ad audiendas suorum religiosorum confessiones fuerint rite, iuxta normam cuiusque Ordinis aut Instituti, deputati, ad hunc scilicet effectum, ut iidem confessarii facultates huiusmodi erga solos proprii Ordinis sive Instituti religiosos poenitentes, hoc Iubilaeum lucrari volentes, exercere in suis quisque coenobiis seu domibus libere et licite valeant. Quibus etiam religiosis confessariis facultatem dispensandi cum iisdem religiosis poenitentibus in sacris ordinibus constitutis super irregularitate ob delictum occultum contracta, quemadmodum concessum

est § XI, tenore praesentium, sacri eiusdem Iubilaei gratiâ, concedimus et impertimur.

XXVIII. Nostrae itidem caritatis providentiam ad eos convertemus, qui legitima caussa praepediuntur quominus decretas quatuor Basilicarum visitationes exequantur, quales sunt praesertim Moniales, aliaeque virgines, seu mulieres in perpetua clausura viventes, vel oblatae, aliaeque in religiosis, aut piis Domibus, seu Conservatoriis degentes, itemque carceribus seu custodiis detenti, et morbis affecti : aliis quippe nostris peculiaribus Litteris statuemus quae in Domino magis expedire videantur, ut et ipsi praemissarum absolutionum ac plenarii Iubilaei participes effici valeant.

XXIX. Quum vero de recto peculiarium huius generis facultatum usu saluberrima *Monita* praelaudatus Praedecessor Noster fel. rec. Benedictus XIV, pro ea qua praestabat sacrarum rerum peritia, memoratis suis Litteriis, quarum initium — *Convocatis* — proposuerit, ea iterum edi separatim mandavimus, ut qui fidelium animabus per Poenitentiae Sacramentum adiuvandis praeficiuntur, sumant inde regulam, ad quam in perdifficili munere consilia ac iudicia sua religiose componant. Ab omnibus idcirco Confessariis, qui praestitutis facultatibus uti velint, eadem perlegi diligenterque considerari volumus, ne in re gravissima quidpiam a recto alienum ob rerum ignorationem, sibi vel invitis, excidisse, non sine acerbo animi dolore aliquando nanciscantur.

XXX. Cunctos interim sacrorum administros, quibus praestantissimum eiusmodi officium committi contingat, paterno affectu admonemus ut rite ipso, et, quibus par est, religionis, caritatis, prudentiae studiis perfungantur : quumque Ecclesiae filios ingemiscamus ex errorum invalescentium colluvie circumferri omni vento doctrinae, id in primis enitantur, ut cunctos doceant vias Domini, eosque a sapientia propellant, quae secundum Deum non est. Aequo autem animo, atque ad patientiam comparato excipiant universos, exemplo Illius confirmati, cuius personam gerere sibi datum est. Hac ratione fiet, ut poenitentes quum

sibi viscera misericordiae caelestesque thesauros undique reserari conspiciant, alacriores convertantur ad Dominum, ac per Poenitentiae sacramentum sese eidem reconciliare sollicite studeant.

31 OCTOB. 1899.

Auctoritas praesentium vindicatur

Praesentes vero Litteras, omnesque et singulas concessiones, limitationes, monita, declarationes, ac voluntatis Nostrae significationes in iis contentas de nullo defectu impugnari et redargui posse, sed omnimoda firmitate validas esse, et censeri, et ab iis omnibus, ad quos pertinet, exactissime observari, eisque etiam, quorum favorem respective concernunt, plenissime suffragari volumus atque decernimus. Non obstantibus praemissis Nostris, aliisque Apostolicis, seu in Universalibus, Provincialibus, aut Synodalibus Conciliis editis Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non quarumcumque personarum, aut Ordinum etiam Mendicantium,Congregationum,Societatum,et Institutorum, etiam specialem et individuam mentionem promerentium, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, legibus, usibus, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus, Indultis quoque et Privilegiis sub quibuscumque tenoribus, et formis ; et quibusvis etiam suspensionum et derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus clausulis, seu irritantibus Decretis, etiam simili motu, scientia, et potestatis plenitudine, et alias quomodolibet concessis, et iteratis vicibus confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis, quatenus praesentibus in aliquo adversari dignoscantur, illis alias in suo robore permansuris, pro hac vice dumtaxat amplissime et latissime, ac specialiter et expresse, velut si eorum tenores praesentibus per extensum inserti forent, derogamus, et derogatum censeri volumus et decernimus.

et sanctione firmatur.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum concessionum, limitationum, monitorum, declarationum, mandatorum, decretorum, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnatio-

nis Dominicae millesimo octingentesimo nonagesimo nono duodecimo Kalendas Novembris, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

C. Card. ALOISI MASELLA Pro-Dat. — A. Card. MACCHI

VISA

De Curia I. De Aquila e Vicecomitibus

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Secret. Brevium

I. Cugnonius

EPISTOLA

Ad Archiepiscopos et Episcopos Salernitanae et Lucanae Regionis nec non ad abbatem Cavensem.

DE OPERE CONGRESSUUM ET DE JUBILAEO.

31 OCTOB. 1899.

Praesulum observantiam et zelum laudat Pontifex.

QUAE, datis ad Nos litteris, de annuo conventu ad Alphonsianam domum prope Nuceriam Paganorum a vobis celebrato, nuperrime nuntiabatis, ea plane non vestros modo fidei et obsequii sensus erga Apostolicam Sedem, sed virtutem etiam qua, studiis Nostris temporumque rationi respondere contenditis, apprime ostenderunt. Enimvero vestram non sine oblectatione observantiam respeximus quum in suppetiis, quas angustiis Nostris petriana stipe levandis offerre in unum voluistis, tum in iis, quae de rebus, quibus ubique gentium, ut licet, operam damus, deque cura speciatim, qua eiusmodi salutares Episcoporum coetus quotannis ineundos paterne complectimur, placuit commemorare. Quapropter de novo dilectionis testimonio gratum vobis animum libentes profitemur. At enim nec facere possumus, quin etiam fateamur, plurimum erigi spem Nostram egregiis utique laboribus, quos in eum finem Nobiscum communicare spondetis, ut, initâ rite societate ad congressus pro ista regione, sacrorum Antistitum ductu, subinde cogendos, catholicorum actio, sumptis ex ipsa difficultate viribus, plenior in dies et spectatior evadat. Accedit, quod, ad renovandas in *praelia Domini* voluntates, arreptâ probe occasione Iubilaei magni a Nobis indicti, e re omnino esse ducitis, illustrioribus vos niti argumentis, ut religionis veritas errantibus tradatur, populo tot malis laboranti aptentur remedia, filiique extorres ad Ecclesiae sinum et pietatem rursum excolendam satius adducantur. Quo profecto ut nihil muneris vestri magis est, sic nihil votis Nostris magis obsecundat, eique

Spem concipit magnam ex opere congressuum

et coeptis prosuccessu jubilaei in plebe,

Nostrarum sollicitudinum parti, quam vestrates peculiariter sibi vindicant. Hinc fit, ut, consilium sicut vestrum iucunditate haud exiguâ cognovimus, ita commendatione vos debitâ prosequamur ; quippe qui opus, optatâ consensione, adiecistis ad rem sane peropportunam. Neminem enim fugit, quanti referat, viros alienae salutis amore, ut decet Episcopos, permotos, curis in communes fructus collatis, in iis impigre sancteque versari, quae vel maxime exposcere temporis locique conditio videtur. Quemadmodum igitur incepti vestri clarior opportunitas cernitur, non aliter promptiorem singuli sumite animi alacritatem, quodque tanti est per se, ut vix indigeat adhortatione Nostra, exitu non carebit secundo, si, quod minime dubitamus, tantum adhibueritis in perficiendo studii, quantum fuistis in suscipiendo concordes. — Unum restat, ut Deum enixe adprecemur, qui proposito vestro det incrementum. Quo autem uberiore munere communis fiducia et in exemplum fortunetur, Apostolica adsit benedictio, quam caelestium gratiarum auspicem, praecipuaeque caritatis Nostrae testem, vobis, Venerabiles Fratres et dilecte Fili, cunctoque clero et fidelibus vigilantiae vestrae concreditis peramanter in Domino impertimus.

modo non desit perficiendi studium,

et benedicit.

Datum Romae apud S. Petrum die XXXI Octobris MDCCCXCIX, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

LEO PP. XIII.

CONSTITUTIO

QUA INDULGENTIAE JUBILAEI ANNI MDCCCC CONCEDUNTUR MONIALIBUS, OBLATIS, TERTIARIIS, ALIISQUE SIVE PUELLIS SIVE MULIERIBUS IN MONASTERIIS PIISVE COMMUNITATIBUS DEGENTIBUS, EREMITIS, INFIRMIS, CARCERE AUT CAPTIVITATE DETENTIS CUM OPPORTUNIS FACULTATIBUS CIRCA ABSOLUTIONES ET VOTORUM COMMUTATIONES.

1 NOV. 1899.

Aliquid decernendum est in favorem eorum qui a peregrinatione impediuntur.

AETERNI Pastoris infinitam caritatem animo reputantes, qui *proprias oves vocat nominatim* (1), *ut vitam habeant et abundantius habeant* (2), quique ipsarum adventum ad sui gremium non modo expectat, sed ipse saepe praevertit, consilium agitavimus de Apostolicae liberalitatis thesauro recludendo in proximum annum Iubilaei iis etiam, quibus sua conditio non sinit ut praescriptam peregrinationem ad almam hanc Urbem et ad beatorum Apostolorum limina sucipiant. Placuit igitur fructu vacuam non redire multorum fidem ac pietatem, qui huiusmodi iter summo cum studio essent agressuri, nisi eos aut septa monasterii, aut ineluctabilis captivitas, aut corporis infirmitas impediret. Quae quidem relaxatio atque benignitas non istorum tantum necessitati aut utilitati prospiciet, sed in communem omnium salutem redundabit. Coniunctis enim tot hominum precibus et lacrimis, quos vel vitae innocentia et religionis ardor, vel poenitentia, vel calamitas segregavit a ceteris, divinae misericordiae placandae spem licebit multo validio-

---

1. *Ioan.*, X, 3. — 2. *Ibid.* 10.

rem fovere. Quamobrem vi praesentium litterarum opportunas rationes describre decrevimus, quibus quum viri tum mulieres in eremis, monasteriis et religiosis domibus assidue vitam degentes, vel custodiis et carceribus detenti, vel morbis aut infirmitatibus impediti quominus veneranda Apostolorum sepulcra et Patriarchales Urbis Basilicas adeant, permissarum absolutionum concessique plenarii Iubilaei fieri participes valeant.

Qui autem sub hac providentia comprehenduntur, hi sunt :

I. Moniales omnes, quotquot solemnia vota religionis ediderunt et in monasteriis degunt sub claustri perpetui disciplina : item quae tyrocinium exercent, quaeve in monasteriis, aut educationis aut alia de caussa legitima, commorantur. Pariter Monasteriorum huiusmodi Moniales, quae stipis colligendae gratia septa religiosa egrediuntur :

II. Oblatae, vitae societate coniunctae, quarum Instituta fuerint ab Apostolica Sede vel ratione stabili, vel ad experimentum probata, una cum suis novitiis atque educandis puellis aliisque communi cum ipsis contubernio utentibus, quamquam severiori claustri lege non adstringantur :

III. Tertiariae sub uno eodemque tecto communiter viventes cum suis pariter novitiis atque educandis puellis, aliisque cum ipsis una degentibus, etsi severiore claustri lege minime teneantur, earumque Institutum nec unquam ad hunc diem ab Apostolica Sede approbatum fuerit, nec ut approbatum in posterum haberi debeat vi praesentis concessionis :

IV. Puellae ac mulieres in gynaeceis seu Conservatoriis degentes, quamvis nec Moniales, nec Oblatae, nec Tertiariae, nullisque claustri legibus obnoxiae sint. Has omnes, quas diximus, tam in Urbe quam extra, ubique locorum et gentium degentes, praesentis concessionis gratia et privilegio frui posse decernimus ac declaramus.

V. Idem concedimus Anachoretis atque Eremitis, non quidem eis qui nullis clausurae, legibus adstricti vel in collegio et societate, vel solitarii sub Ordinariorum regimine

certisque legibus aut regulis obtemperantes vivunt : sed eis qui in continua licet non omnimode perpetua clausura et solitudine deditam contemplationi vitam agunt, etiamsi monasticum aut regularem Ordinem profiteantur, ut Cistercienses aliquot, Chartusienses, Monachi et Eremitae sancti Romualdi solent.

1 NOVEMB. 1899.

VI. Ad utriusque sexus Christifideles eamdem concessionis gratiam extendimus, qui captivi in hostium potestate versantur, ad eosque ubique locorum, qui ex civilibus aut criminalibus caussis in carcere detinentur ; item qui exilii poenam aut deportationis luunt ; qui in triremibus aut alibi ad opus damnati reperiuntur ; denique ad religiosos viros qui suis in coenobiis sub custodia retinentur vel qui ex rectorum praecepto certam habent sedem, quasi exilii aut deportationis loco assignatam.

VII. Eamdem concessionem communem esse pariter volumus utriusque sexus infirmis cuiusvis ordinis et conditionis, vel qui iam extra Urbem in morbum aliquem inciderint, cuius caussa, intra Iubilaei annum, Urbem adire, medici iudicio, non possint, vel qui, licet convaluerint, non sine tamen gravi incommodo romanum iter aggredi possint, vel qui omnino dare se in iter imbecilla ex habitu valetudine prohibeantur. Horum denique numero senes haberi volumus, qui septuagesimum aetatis suae annum excesserint.

Hortatio ad lucrandum jubilaeum.

Itaque istos omnes et singulos monemus, hortamur et obsecramus in Domino, ut peccata sua *in amaritudine animae* recolentes eademque intimo animi sensu detestantes, saluberrimo Poenitentiae sacramento et congruis satisfactionibus suam quisque conscientiam expiare curent ; tum ad caeleste Convivium ea, qua par est, fide, reverentia, caritate, accedant, Deumque optimum maximum, per Unigenitum Filium eius ac per merita augustissimae Virginis Mariae et beatorum Apostolorum Petri et Pauli omniumque Sanctorum, iuxta Nostram Ecclesiaeque mentem enixis precibus orent pro sanctae Ecclesiae prosperitate atque incremento, pro extirpandis erroribus, pro catholico-

rum principum concordia, totiusque christiani populi tranquillitate et salute; in eumque finem visitationi quatuor Urbis Basilicarum, alia religionis, pietatis, caritatis opera devote sufficiant, quum voluntaria, tum praesertim a delectis sacri ordinis viris auctoritate Nostra iniungenda, prout infra edicitur.

Statuitur de commutanda visitatione basilicarum.

Scilicet volumus ac iubemus ut venerabiles fratres Episcopi aliique locorum Ordinarii Monialibus, Oblatis, Tertiariis, aliisque superius memoratis sive puellis, sive mulieribus, Anachoretis, Eremitis, in carcere detentis, aegrotantibus et septuagenario maioribus, statuant ac praescribant sive per se, sive per prudentes Confessarios, congrua religionis ac pietatis opera iuxta singulorum statum, conditionem et valetudinem ac loci et temporis rationes: quorum perfunctionem operum pro visitatione quatuor Urbis Basilicarum valere volumus ac decernimus. Eamdem commutandorum operum facultatem concedimus Praelatis Regularibus, videlicet utendam erga Instituta et personas singulas quae in ipsorum iurisdictione sint.—Eodem genere personis quae in Urbe degant, designari opera sufficienda volumus per dilectum Filium Nostrum S. R. E. Cardinalem Vicarium eisque vices gerentem, sive per se ipsos sive per prudentes Confessarios.

Indulgentia conceditur.

Itaque omnipotentis Dei misericordia et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, iis omnibus et singulis, quos supra memoravimus, vere poenitentibus et intra praesentem Iubilaei annum rite confessis ac sacra Communione refectis, Deumque, ut supra dictum est, orantibus, omnia denique implentibus alia iniungenda opera in locum visitationum, ac, vel inchoatis tantum iisdem operibus, si morbus periculosus oppresserit, plenissimam omnium peccatorum indulgentiam, veniam et remissionem, etiam duplici vice intra anni sancti decursum si iniuncta opera iteraverint, haud secus ac si praescripta communiter ceteris omnibus expleverint, de Apostolicae liberalitatis amplitudine largimur atque concedimus.

Quinam deligi pos-

Monialibus earumque novitiis licere volumus, at prima dumtaxat vice, sumere sibi ex alterutro Cleri ordine Con-

fessarios, qui tamen sint ad audiendas Monialium confessiones rite approbati. Anachoretis atque Eremitis supra dictis, itemque Oblatis, Tertiariis, puellis ac mulieribus in monasteriis piisque domibus vitam communem agentibus, quibus forte ordinario tempore eligendi sibi Confessarii libera facultas non sit, similiterque Christifidelibus captivitate, carcere aut custodia, infirmitate aut senectute impeditis, fas esse iubemus eligere sibi prima vice dumtaxat Confessarios quoscumque, dummodo ad confessiones personarum saecularium probati rite sint. Idem eisdem conditionibus liceat viris religiosis ex quolibet Ordine aut Congregatione vel Instituto. — Confessariis sic electis concedimus et tribuimus ut personas supra dictas, auditis earum confessionibus, absolvere possint a quibusvis peccatis, etiam apostolicae Sedi speciali forma reservatis, excepto casu haeresis formalis et externae, imposita poenitentia salutari aliisque iuxta canonicas sanctiones rectaeque disciplinae regulas iniungendis. Praeterea confessariis, quos moniales sibi elegerint, facultatem facimus dispensandi super vota quaelibet ab ipsis post solemnem professionem facta, quae regulari observantiae minime adversentur. Simili modo Confessarios supra memoratos etiam dispensando commutare posse volumus omnia vota, quibus Oblatae, Novitiae, Tertiariae, puellae et mulieres in communibus domibus agentes sese obstrinxerint, exceptis iis, quae Nobis et Apostolicae Sedi reservata sint; factaque commutatione, a votorum etiam iuratorum observantia absolvere.

1 NOV. 1899.

sunt in confessarios.

Quaenam sunt eorum facultates: in peccata,

in vota.

Hortamur autem Venerabiles Fratres Episcopos aliosque locorum Ordinarios, ut, Apostolicae Nostrae benignitatis exemplo, eligendis ad praesentium effectum Confessariis impertiri ne recusent facultatem absolvendi a casibus qui ipsis Ordinariis reservati sint.

Volumus denique ut praesentium transumptis sive exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici et sigillo viri in sacri ordinis dignitate constituti munitis, eadem ab omnibus adiungatur fides, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si exhibitae forent vel ostensae. Ceterum harum decreta et iussa Litterarum rata, valida, firma in omnes

Auctoritas litterarum sanctione firmatur.

partes esse et fore decernimus, contrariis non obstantibus quibuscumque.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrae declarationis, hortationis, concessionis, derogationis, decreti et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo nonagesimo nono, Calend. Novembris, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

C. CARD. ALOISI MASELLA PRO-DAT. — A. CARD. MACCHI

VISA

DE CVRIA I. DE AQVILA E VICECOMITIBUS

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Secret. Brevium.

I. CVGNONIUS

LITTERAE

DE RITU CONSECRATIONIS

SACRATISSIMO CORDI IESU IN ANNUM

PROXIMUM ITERANDO.

27 NOV. 1899.

Spes a S. Pontifice concepta impleta fuit

QUAM encyclicis Litteris « *Annum Sacrum* » datis die XXV mensis Maii huius anni « *de hominibus Sacratissimo Cordi Iesu devovendis* » Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII spem expressit atque fiduciam, fore ut maxima inde bona, nedum in singulos, verum etiam in universam christianam familiam derivarent ; eam singularis quidam christiani populi consensus ac prompta voluntas confirmavit atque auxit. Nam simul ut supremi Pastoris audita vox est compellantis orbem ut divinam caritatis Victimam sibi demereret totumque se Illi manciparet, statim populus romanus imprimis, exinde vero non Italia solum, sed omnis Europa dissitaeque quamplures regiones visae sunt quasi mutuo certare, ut Summi Pontificis votis ac voluntati sese morigeras exhiberent. Quae omnia quanto gaudio cumularint Sanctissimum Patrem satis quidem significavi litteris diei XXI mensis Iulii huius anni, quibus Ipsius Pontificis nutu ac nomine tibi et singulis e tuo Clero magnopere gratulabar, agebamque gratias.

per voluntatem fidelium unanimem.

Nunc vero allatum est, memoratas encyclicas Litteras ad remotiores regiones quasdam serius pervenisse, quam definitum rei peragendae tempus postularet. Quamobrem Sanctitati Suae supplices preces oblatae sunt, ut harum etiam pio desiderio satisfieret, facta ipsis potestate sese devovendi Sacratissimo Cordi IESU, iisdem conditionibus, ac si cum ceteris legitimo tempore solemne hoc religionis testimonium edidissent. Cui petitioni Beatissimus Pater benigne annuens, quin etiam largius indulgens, concessit ut non modo fideles, ad quos encyclicae Litterae tardius pervenerunt, sed omnes qui consecrationis iteraverint for-

Regiones remotiores participare nequiverunt et novam sibi facultatem rogant ;

Quae quidem, non ipsis solis, sed universo orbi conceditur.

mam die solemni Sanctissimo Cordi IESU sacra proximi anni, vel dominica proxime sequenti, ac cetera praescripta servaverint, de privilegio prorsus singulari iisdem fruantur indulgentiis, quae in memoratis Apostolicis Litteris expressae sunt.

Commendatur haec forma pietatis.

Ex his facile intelligi potest, quam curae sit Summo Pontifici haec forma pietatis, atque omnium quotquot in orbe sunt dedicatio Sacratissimo Cordi IESU. Confidit enim Beatissimus Pater, sicut edixit, tum denique fore ut sanentur tot vulnera inflicta hominum societati, ut ius omne ad pristinae auctoritatis exemplum revirescat, ut restituantur ornamenta pacis, quum « *omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.*

Utinam sit frugifera.

Spem certam foveo, singulos Antistites de studio atque industria, cuius tam praeclarum specimen huc usque ediderunt, nihil cessuros in posterum ut quamplurimi Ecclesiae filii, utentes ad salutem Apostolicae liberalitatis munere, acquirantur Christo, et « *hauriant aquas in gaudio de fontibus Salvatoris* ».

Interim Amplitudini Tuae fausta cuncta ex animo adprecor.

Romae, ex Secretaria Sacrorum Rituum Congregationis, die XXVII Novembris anno MDCCCXCIX.

Amplitudinis Tuae

uti Frater addictissimus

C. EPISC. PRAENESTIN. CARD. MAZZELLA
S. R. C. Praefectus.

D. PANICI, *S. R. C. Secretarius.*

EPISTOLA

Ad Episcopum Anagninum.

CONFERTUR STIPES AD ERIGENDUM NOSOCOMIUM.

30 NOV. 1899.

Pontifex praesuli et civitati congratulatur, eorumque gaudium communicat.

CLERUM populumque Anagninae dioeceseos communi consilio studere cognovimus, ut quintum et vicesimum sacerdotii annum, quem tu, mense proximo, feliciter implebis, publicis laetitiis prosequantur. Id Nobis quam sane placuit. In ea etenim voluntate et tuis promeritis adhiberi gratiam et novis argumentis illustrari fidem perspicimus, qua semper in religionem sanctissimam Romanamque Sedem Anagnina gens praestitit. Amor autem, quo in civitatem istam tenemur, et benevolentia, qua te complectimur, suadent Nobis ut tuum eorumque gaudium communicemus, et utrisque de mutuo studio gratulemur. — Hanc porro occasionem nacti, testamur ultro, Venerabilis Frater, lubenti Nos animo accepisse imagines nuper missas, quae novum istud nosocomium perbelle referunt, providenti quidem optimaque arte constructum. Profecto ex uno operis adspectu patet, egregie vos usos pecunia, quam paterno instinctu in aegrorum solatium contulimus. Quamobrem libet inchoato operi fastigium imponere, aliquid conferendo ulterius, quod in eorumdem aegrorum victum ceterasque necessitates impendatur. Si igitur vita comes atque, ut confidimus, ex liberalitate fidelium facultas aderit, ratum est XX italicarum libellarum millia proximo anno dare attribuere. Quod quidem exemplum Nostrum quamplures e civibus sequuturos speramus; ut scilicet pro sua quisque copia impertiat libens, quo annui redditus constituantur aegrotis excipiundis alendisque pares. — Hoc tu viris egregiis, qui gratas Nobis dedere litteras, nuncies. Tibi interea eisdemque viris universaeque civitati ac dioecesi, Apostolicam benedictionem, Nostrae caritatis testem, amantissime impertimus.

Ut nosocomium inchoatum perfici possit, summae pecuniae jam attributae novam addit.

Benedicit.

Datum Romae apud S. Petrum die XXX Novembris MDCCCXCIX, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Wilhelmum O'Connel, collegii Urbani Foederatarum Americae civitatum moderatorem.

DE FELICI COLLEGII STATU.

PATERNUS amor, quo foederatas Americae civitates amplectebatur, suasit decessori Nostro ut collegium in Urbe hac condendum curaret, ubi, in spem sacri cleri inque patriae bonum et ornamentum, adlecti ex iisdem civitatibus alumni educerentur. Non absimili Nos caritate affecti, collegii ipsius utilitatibus provehendis Nostras desiderari industrias haud unquam permisimus. Nam, ad dignitatem splendoremque augendum, illud *Pontificii* titulo insignivimus. Quod autem caput est, ut cultu frequentiaque floreret, et leges condidimus, et Americae Antistites ne suam deesse operam paterentur saepius pro re nata hortati sumus. — Has porro decessoris Nostri Nostrasque industrias non plane frustra fuisse positas, ab eventù cognoscimus. Quadragesimus en annus est, ex quo Collegium cum laude viget ; nec sane vestratum Ecclesiis emolumento caruit. Qui istic in disciplinam virtutis doctrinaeque fuerunt, sunt qui munere episcopali, sunt qui, docendo vel paroecias moderando, utilissimum religioni et patriae impendunt laborem. Ubicumque vero fidelium cura Collegii alumnis est demandata, virere illic catholicae veritatis amor et fides in Romanam Sedem in exemplum videtur. — Quamobrem, dum iure Deo, secundumque Deum Apostolicae Cathedrae, habetis gratiam ; merito etiam Collegio vestro gratulamini, quod huc usque egregie Ecclesiae se probavit. — Pergite iam, magisque in dies florete. Cum enim patria vestra humana semper incrementa capiat, opus sane est viris scientia virtuteque insignibus, qui quae fidei ac pietatis sunt pari studio promoveant. — Laetitiam igitur vestram toto animo communicamus ; et testem benevolentiae Nostrae ac munerum divinorum auspicem, Apostolicam

2 DEC. 1899.

Benevolentia, qua, vestigiis Pii IX inhaerentes, collegium Americanum prosequimur,

saluberrimos fructus edidit.

Ideo Deo sint laudes vobisque gratulationes.

Fiant et incrementa majora.

benedictionem tibi, dilecte fili, alumnisque Collegii universis, tum qui sunt tum qui fuerunt, amantissime impertimus.

Benedictio.

Datum Romae apud S. Petrum die II Decembris MDCCCXCIX, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

LEO PP. XIII.

ALLOCUTIO

Habita in Consistorio die 24 Decembris 1899.

DE APERIENDIS PORTIS SANCTIS; DE EXCLUSIONE PONTIFICIS IN CONVENTU HAYENSI PACIS; DE CONFIRMATIONE PATRIARCHAE CILICIENSIS.

14 DEC. 1899.

Deo gratiis actis,

AUSPICANDAE celebritatis sacrae, quam mense Maio per apostolicas Litteras indixeramus, iam prope sumus in limine. Grates tibi iustas meritasque persolvimus, summe Deus: tuo quippe unius munere id solatium Nostrae affulget senectuti, quod voto magis praesumpserat animus, quam spe. — Nostis autem, venerabiles fratres, inchoari *annum sanctum* consuevisse aperiendis Basilicarum Patriarchalium Portis ritu veteri, pietati excitandae magnopere accommodato. Etenim, ut verbis utamur Benedicti XIV decessoris Nostri, « fideli« bus in mentem revocatur publicae poenitentiae consue« tudo, et publice poenitentium disciplina, quae priscis Ec« clesiae temporibus vigebat. — Pontifex... portas sanctas « Basilicarum initio Iubilaei universalis illis omnibus reclu« dit, qui conscientiae suae labes animo vere detestantur, et « indicta pietatis opera libenter suscipiunt, omnique studio « adnituntur ut eiusdem Indulgentiae fructus assequan« tur (1). »

edicit Pontifex sese more decessorum aperturum esse portam sanctam Basilicae Vaticanae

Quamobrem pridie Natalis Domini, more exemploque decessorum Nostrorum Portam sanctam Basilicae Vaticanae Nosmetipsi, si Deus dederit, aperiemus. — Idem ad reliquas Basilicas Patriarchales eodem die per Cardinales Legatos fieri mos est. Itaque Ecclesiae disciplinam et consuetudinem hac in re sequuti, auctoritate omnipotentis Dei, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, eligimus et declaramus Legatos Nostros a latere Venerabiles Fra-

atque designat Cardinales qui idem ad reliquas basilicas faciant.

---

1. Alloc. habita in Consistorio secreto, die 1 Decembris 1749.

tres Nostros, Aloisium S. R. E. Cardinalem Oreglia, Episcopum Ostiensem et Veliternum, sacri Cardinalium Collegii Decanum, qui Portam Sanctam Basilicae sancti Pauli nomine Nostro aperiat; item Franciscum tituli Sanctae Mariae in Aracoeli S. R. E. Presbyterum Cardinalem Satolli, Basilicae Lateranensis Archipresbyterum, qui Portam eiusdem Basilicae nomine Nostro aperiat; tum Vincentium tituli sancti Silvestri in Capite S. R. E. Presbyterum Cardinalem Vannutelli, Basilicae Liberianae Archipresbyterum, qui Portam eiusdem Basilicae nomine Nostro aperiat. In nomine Patris ✠, et Filii, ✠ et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Supra dictis autem Legatis facultatem facimus ut populo, qui aperiendis Portis sanctis praesens aderit, plenariam indulgentiam simul cum Apostolica benedictione auctoritate Nostra largiantur.

De jubilaeo uberrimos fructus sperat, non obstante lugenda Pontificis Urbisque conditione.

Est quidem, Venerabiles Fratres, cur confidamus, solemnia Iubilaei magni non sine salutari praeterlapsura fructu. Nam, caelesti opitulante gratia, alacritatem quamdam pietatis popularis cum obtemperandi studio videtur vox hortatioque Pontificis excitavisse. Nuntiatum est, idemque saepe nuntiatur, ubique gentium numerari, qui, animorum expiandorum caussâ, Romam cogitent. Equidem per id tempus valde vellemus formam suam habitumque pristinum Romanae urbi restitutum: quo scilicet esset integrum servare traditum a patribus morem exercendae religionis sine ullo impedimento, etiam in aperto Urbis, apparatu publico, insueto ritu insuetae sanctitati temporis consentaneo: antiquae custodiâ disciplinae, *civitatem sanctam* peregrinus agnosceret. Verum, exuto Pontifice, simul est catholicorum comminuta libertas: incolarum advenarumque pietati sola relinquuntur templa.

Conqueritur de exclusione legati Pontificis in conventu pacis fovendae causa Hayam indicto.

Inter haec, vices occidentis anni aliud peperere incommodum cum iniuria Sedis Apostolicae coniunctum, idemque virorum incorrupte iudicantium communi opinione damnatum: quod Nos quidem tacite ferre non possumus. Intelligi de conventu Legatorum summorum Principum ad Hayam volumus. Augusto Imperatore Russiarum auctore, consul-

14 DEC. 1899.

tandum erat de pace imperiorum constituenda firmius, coercendaque tum crebritate, tum atrocitate bellorum. Quid magis dignum advocatione Pontificis? Videlicet pro iustitia contendere, conciliare pacem, prohibere dissidia, insitum divinitus est in pontificatu maximo: idque et iudicio et re omnis agnovit superior aetas. Decessores autem Nostros iis muneribus magna cum salute gentium christianarum saepenumero perfunctos, plus est exploratum, quam ut memorari oporteat. Sane incepto illi tam frugifero tamque nobili quaesitum vel a principio sponte fuerat Nostrae suffragium auctoritatis: tum etiam in optatis erat, generatimque sententiae inclinaverant, Nobis ut foret ipso in concilio Hayensi locus. Una ex omnibus reclamavit vox, at quidem tamdiu in repugnando pertinax, quoad pervicit: eorum ipsorum vox, inquimus, qui potestati suae summum Ecclesiae rectorem expugnatione Urbis fecere obnoxium. Quid non ab iis hostile timeamus, quando nec dubitant in luce Europae vim inferre sanctitati iurium atque officiorum, quae ab apostolico munere sponte nascuntur? Attamen, qualiacumque futura sint tempora, Nos quidem, adiuvante Deo, nec conniventes offendent, nec pavidos.

Injuria haec Sanctae Sedi illata est ab illo qui Pontificem captivum detinet.

Sed partes Nostras res Orientalium catholica modo deposcit. In Patriarchatu Ciliciensi Armeniorum cum Venerabili Fratri Stephano Petro X Azarian succedendum esset, qui Calendis Maii decesserat in pace Christi: eius rei caussâ in aedem Constantinopolitanam sanctissimi Nominis Mariae Episcoporum Armenio ritu coacta ad praescripta legum Synodus est. Die vicesimo sexto superioris mensis Iulii Patriarcham in demortui locum suffragiis fecere Venerabilem Fratrem Paulum Emmanuelian, Episcopum Caesareensem, qui Petrus ex more appellatus est, undecimus eo nomine. De ratione tota docuerunt Nos per litteras ipsi, qui ad suffragia convenerant, Episcopi: illud praeterea rogantes, ut, quem ad Patriarchalem dignitatem ipsi extulerant, eum confirmare potestate apostolica vellemus. Idem sibi rogat, simulque sacri honorem Pallii libello supplici petit Patriarcha electus, edita fidei catholicae professione ex forma Urbaniana, adiectis insuper quae a sacrosancto Con-

De more confirmat novum Patriarcham Ciliciensem Armeniorum,

virum benemeritum.

cilio Vaticano decreta sunt. Venerabilis Fratris Pauli Emmanuelian egregia in apostolicam Sedem voluntas et multarum ornamenta virtutum, collegarum episcoporum testimonio prolixe laudantur. Is iam episcopalia munera administravit diu ; consilio, doctrina, laboribus apostolicis opinionem atque amorem gentis suae promeritus. His de caussis, atque ex sententia sacri Consilii christiano nomini propagando Ecclesiarum negotiis orientalis ritus praepositi, cum eius tum Episcoporum precibus annuendum censuimus. — Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli et Nostra confirmamus et approbamus electionem seu postulationem a Venerabilibus Fratribus Armeniis Ciliciae factam de persona praedicti Pauli Emmanuelian, quem absolvimus a vinculo, quo tenebatur Ecclesiae Caesareensi, ac transferimus ad Patriarchalem Ecclesiam Ciliciae Armeniorum, praeficientes eum Patriarcham et Pastorem eidem Patriarchali Ecclesiae, prout in decreto et schedula consistorialibus exprimetur, contrariis quibuscumque non obstantibus. In Nomine Patris ✠, et Filii ✠, et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

ALLOCUTIO

Ad Galliae Opifices.

OPIFICUM CONDITIO PER FIDELITATEM ERGA ECCLESIAM ET CONCORDIAM SUBLEVANDA EST.

25 SEPT. 1899.

Très Chers Fils,

C'EST pour Nous une grande joie de vous revoir une fois encore ramenés ici par l'élan spontané de votre filial amour, et de trouver dans vos rangs les pèlerins de la pénitence qui reviennent de Jérusalem. Ils se sont joints à vous pour Nous rendre hommage, après avoir vénéré, sous la conduite des si distingués Pères de l'Assomption, les terres sanctifiées par la vie et la mort du Rédempteur.

Laetatur Pontifex ob praesentiam opificum, necnon peregrinantium a Terra Sancta redeuntium.

Notre joie s'est encore accrue, en entendant les paroles que vous venez de Nous adresser. Celui qui parlait en votre nom offre aux patrons chrétiens un rare exemple de bonté et de sagesse ; depuis de longues années vous saluez en lui, plus qu'en nul autre, l'ami vigilant, soucieux de tous vos véritables intérêts.

Laudat opificum praeconem.

En fils tendrement dévoués, après avoir témoigné à Dieu votre reconnaissance de Nous avoir, dans sa bonté, prolongé le bienfait de la vie, vous revenez sur ce que Notre paternelle sollicitude Nous a inspiré pour relever, suivant les règles de la justice et de la charité, la condition morale et matérielle des ouvriers.

Postquam Deo gratias egistis ob continuatum nobis vitae beneficium, verbum facitis de studio nostro in sublevandam opificum conditionem.

Notre plus grand désir, en effet, c'est de bien faire voir dans l'Église la véritable mère des peuples. Son affection n'a point de limites : elle guide les âmes vers le ciel par le chemin de la foi et de la vertu ; mais en même temps elle n'a garde de dédaigner sur cette terre les intérêts du temps, elle les sanctifie, lorsqu'elle ennoblit le travail des humbles et qu'elle incline à faire du bien la puissance des plus élevés. S'il s'agit de maintenir l'ordre social, dans la diversité

Ecclesia, populorum pia parens, non solum, quae aeternae felicitatis sunt, curat ; sed et rebus temporaneis prospicit, atque hu-

miles, magnosque regit etad invicem pacifice consociat sola.

des classes, seule elle a le secret d'assurer, même ici-bas, autant que c'est possible, la félicité de tous.

Pergite modo atque, dociles, auscultate monita charitatis nostrae in nobilem Gallorum gentem.

Continuez donc, très chers fils ; montrez un empressement tout spécial à rester fidèles aux exhortations, aux conseils, aux prescriptions que Nous ne Nous lassons point d'adresser à la noble France, qui sont la preuve de Notre affection particulière pour elle, et que, ces jours derniers, Nous venons de confirmer dans une nouvelle Encyclique à votre Clergé.

Obedientes Episcopis, dominis fidentes, et inter vos concordes, persequimini pacem.

Unissez-vous étroitement sur le terrain religieux et social, dans l'obéissance à vos Évêques, pleins de confiance à l'égard de vos patrons chrétiens ; et travaillez tous d'accord au bien général, à la paix et à l'harmonie entre toutes les classes, condition essentielle du bonheur des peuples et de la prospérité des nations. Pour être dignes de votre titre de vrais ouvriers catholiques, usez de la puissance de l'exemple et de la parole pour ramener à JÉSUS-CHRIST ceux qui dans votre cher pays se sont, pour leur malheur, éloignés du Maître adorable. — C'est ainsi que vous pourrez consoler Notre vieillesse ; c'est ainsi que vous pourrez, en ce qui vous concerne, concourir à détourner les calamités sociales qui menacent l'avenir.

Verbo et exemplo reducite dissidentes et eritis senectuti nostrae solatio atque rebus adversis clypeo.

Universae genti benevolentiam testatur et benedicit.

Et maintenant, portez une fois de plus à vos compatriotes le souvenir du Père commun des fidèles. Portez-leur l'assurance de Notre constant amour : et comme gage de grâces de choix, recevez la bénédiction, que Nous vous accordons de cœur à vous tous ici présents, à vos familles, à vos amis, et à la France entière.

ALLOCUTIO

Ad Anglos et Irlandenses.

EORUM FIDES PIETASQUE CELEBRANTUR

23 OCTOB. 1899.

Laetatur Pontifex de praesentia tot Anglorum quos, eodem duce, rursum venturos sperat.

GRANDE è la Nostra compiacenza nel vederci attorno una schiera di cattolici inglesi.

È questo il terzo pellegrinaggio che durante il Nostro Pontificato Ci viene dall' antica isola de' santi.

La prossima ricorrenza del massimo Giubileo, da Noi indetto per l'anno venturo, Ci fa sperare che presto ne vedremo un quarto : anzi nutriamo fiducia di vederlo condotto da quel generoso signore che è il Duca di Norfolk, vero onore del Patriziato inglese, la cui nobiltà rifulge più bella al lume della cattolica fede, da esso professata con tanto slancio di zelo e munificenza di opere.

Iter assumptum praeclarissimum testimonium est fidelitatis erga S. Sedem.

L'omaggio di amore filiale che or Ci rendete, figli diletti, dopo aver venerato la tomba del Principe degli Apostoli, Ci torna carissimo.

Venendo a Roma, ai piedi del Vicario di Cristo, voi fate atto solenne di pubblica fede, e voi date altresì nobilissimo esempio di attaccamento sincero alla sede apostolica : con quella docilità che, senza preconcetti, senza appassionati giudizî o temerarî apprezzamenti, piena ed intera si deve a Chi tiene il magistero supremo, e il mandato divino di reggere e governare la Chiesa.— Piaccia al Cielo che il vostro esempio sia fecondo di salutare imitazione !

Nobiles sensus Irlandensium celebrantur.

Molti tra voi appartengono alla cattolica Irlanda. Oh quanto nobili sono le tradizioni religiose di questa isola benedetta ! Quante prove continue di devozione e generosità Ci vengono anche da'suoi figli ! — Noi godiamo di vedere gli uni e gli altri oggi qui riuniti, in questo centro della cattolica unità, dinanzi al Padre comune, bellamente affratellati sotto il vessillo della medesima fede. — Agli uni ed agli altri addimostriamo egualmente la Nostra soddisfazione e il gradimento Nostro. Agli uni ed agli altri

Gratiae et

raccomandiamo l'obbedienza ai proprii pastori e la perseveranza del bene.

Benedictio. E pegno del Nostro paterno affetto a voi tutti qui presenti, alle vostre lontane famiglie, parenti ed amici, impartiamo di cuore l'Apostolica benedizione.

LITTERAE APOSTOLICAE

QUIBUS DECRETA CONCILII PLENARII AMERICAE LATINAE APPROBANTUR ET PROMULGANTUR.

IESU Christi Ecclesiam, qua late patet, tueri eiusque utilitates ubique terrarum provehere, Pontificum Romanorum munus est atque officium. Nos igitur, quibus, licet immeritis, id modo muneris, Deo disponente, commissum est, uti ceteras catholicorum nationes, sic lectissimas Americae Latinae gentes curas studiumque Nostrum desiderare nunquam permisimus. Ut enim christianae pietatis laude et ecclesiasticae disciplinae vigore semper florerent magis, quum multa alia opportunis temporibus praestitimus, tum Archiepiscopis et Episcopis universis auctores fuimus, ut coire in plenarium Concilium placeret. Id Nobis perutile summeque efficax videbatur : cognoscere enim de necessitatibus singularum ecclesiarum nulli melius possent, quam qui eas regere a Spiritu Sancto sunt positi ; collatae autem Pastorum omnium sententiae cavere fidelibus pericula, disciplinae prospicere, cleri populique bono consulere aptius et validius valerent. — Quum vero et Concilium habendum unanimes sensissent Episcopi ; et, pro ipsorum in beati Petri Cathedram observantia atque amore, sedem Concilio nullibi quam Romae, in Nostris oculis, eligendam duxissent ; Nos, datis die XXV Decembris MDCCCXCVIII apostolicis litteris *Cum diuturnum*, Concilium ipsum Romam convocavimus.— Sic demum coivere Antistites. Quaque primum animorum concordia, nullo varietatis gentium respectu habito, grave opus sunt aggressi; eâdem prosequuti, fausto optatoque exitu expediverunt. Nec minor concordiâ voluntas fuit impensusque labor ; ut mirum non fuerit Concilium brevi spatio absolutum, quaeque tractanda proponebantur, agitata

1 IAN. 1900.

Summi Pastoris munus exercuit Pontifex in Americanos : indicendo concilium,

quod perutile fore videbatur,

itemque in ipso convocando.

Antistites in concordia sapientiaque decreta condiderunt

et pro sua in S. Sedem observantia, speciali favore dignati fuere.

sapienter, gravibusque sententiis ac legibus decreta fuisse. — Ipso autem Concilii tempore, non destitere Patres perpetua Nobis pietatis et obsequii exhibere argumenta ; quae Nobis quam grata acciderent, coram, plus simplici vice, professi sumus. Ut vero Venerabilibus Fratribus benevolentiam Nostram ulterius testaremur, S. R. E. Cardinalium peculiarem coetum designavimus, quibus, nomine et auctoritate Nostris, Decreta Concilii cognoscenda commisimus. — Quod quum ii, maturitate maxima diuturnoque studio, perfecerint ; Nos Patrum Concilii plenarii primi Americae Latinae desiderio obsequentes, Decreta Concilii eiusdem, ab Apostolica Sede recognita, praesentibus his Nostris Litteris publicamus, simulque edicimus ut eadem, per Apostolicas has ipsas Litteras, quibuscumque minime obstantibus, in universa America Latina singulisque dioecesibus, ab omnibus ut publicata ac promulgata censeantur ac sedulo observentur. Faxit Deus, ut quae a tot Pastoribus, providenti amantique animo, sancita sunt atque a nobis recognita, eadem in singularum ecclesiarum bonum et splendorem cedant.

Decreta concilii publicantur et auctoritate apostolica firmantur.

Datum Romae sub anulo Piscatoris die prima mensis Januarii anni millesimi nongentesimi, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

LEO PP. XIII.

LITTERAE APOSTOLICAE

QUIBUS INDULGENTIAE OMNES SANCTUARIO LAURETANO CONCESSAE NON SUSPENDUNTUR DURANTE ANNO SACRO.

ROMANORUM Pontificum decessorum Nostrorum vestigiis adhaerentes, qui occasione universalis Iubilaei Constitutionem edidere de suspensione aliarum Indulgentiarum, eas et Nos praesenti anno sacro suspensas declaravimus per Constitutionem pridie kalendis Octobris proxime transacti datam, exceptis tantummodo nonnullis Indulgentiis et facultatibus, quas illic enumeravimus. Verum enim vero constat eosdem Pontifices maximos, post latam huiusmodi Constitutionem quum exorati fuissent ne inter suspensas Indulgentias eae comprehenderentur, quae Sacrae Lauretanae Domui fuerunt concessae, huic benigne indulsisse postulationi, ut peculiarem pietatem erga Sanctuarium illud demonstrarent, in quo Verbum caro factum est propter nostram salutem. Itaque, quum etiam ad Nos simili occasione eaedem preces adhibitae fuerint, Praedecessorum Nostrorum etiam in hac re exemplum lubenti animo sequuti, pari reverentia in supra dictum insigne Sanctuarium capti, ex Apostolicae potestatis Nostrae plenitudine hisce Litteris concedimus, ut, non obstante praefata Constitutione Nostra, fideles in Sanctuario Lauretano, ex speciali privilegio etiam durante hoc anno universalis Iubilaei, omnibus et singulis tam plenariis quam partialibus indulgentiis, quibus ipsum ditatum fuit, libere perfrui queant, dummodo quae ad eas consequendas iniuncta sunt pietatis opera rite praestiterint. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

3 IAN. 1900.

More decessorum suorum Pontifex suspendit Indulgentias;

sed quum res rogata fuerat, excipit indulgentias sanctuario Lauretano concessas.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die III Ianuarii MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

A. CARD. MACCHI.

ALLOCUTIO

Ad Sodales Societatis opificum Joachimianae in Urbe.

DE FIDE ET OBSERVANTIA IN S. SEDEM.

5 IAN. 1900.

Pontifex gratias agit pro aureo calice oblato et gaudet maxime propter observantiam operariorum erga S. Sedem.

CON animo grato accettiamo il dono del Calice d'oro che Ci offrite in nome degli operai cattolici italiani, e Ci congratuliamo di vedere così bene riuscita la nobile e generosa proposta della Società operaia di S. Gioacchino. La conditione delle classi operaie ha sempre destato in Noi una grande sollecitudine; maggiore poi con la pubblicazione della Nostra Enciclica *Rerum Novarum*. Da circa due lustri, quasi ogni anno, abbiamo la consolazione di rivolgere la Nostra parola a schiere di pellegrini operai, che vengono a renderci omaggio ; e proviamo una viva soddisfazione ogni volta che Ci è dato constatare i sentimenti del loro affetto al Romano Pontefice, e della loro adesione agli insegnamenti che da Lui emanano. Di questo affetto e di questa adesione una bella prova Ci dànno, per mezzo vostro, gli operai cattolici italiani al cominciare dell' Anno Santo, e Noi ne caviamo i più lieti auspicî.

Commendat obedientiam et perseverantiam in fide ut in temporalibus et spiritualibus benedicantur.

Oh ! se così avranno a caro di attenersi gelosamente alle norme da Noi dettate, che sono quelle dell'Evangelo; se mai piegando le orecchie alle fallaci attrattive dei principî sovvertitori, manterranno saldo il carattere di operai cattolici, essi davvero *convertiranno* sempre il *ferro* in *oro ;* perchè il modesto lavoro delle loro mani, cristianamente sostenuto, e benedetto da Dio, sarà la sorgente vera di ricchezza per le loro famiglie, un elemento vitale di interesse e di ordine pubblico, un tesoro spirituale di meriti per la salute delle anime.

Crastina die celebrabit cum calice oblato

Ed ora è ben giusto che i vostri desiderî siano appagati, e domani, Epifania del Signore, a Dio piacendo, celebreremo la santa Messa col vostro Calice. Offrendo in esso

l'Ostia di pace e di amore, pregheremo per tutte le classi operaie. Per quelle cattoliche implororeremo la santa perseveranza ; per le altre il ritorno ai salutari principî della religione e del retto operare. — Auspice intanto di questi eletti favori, e pegno del Nostro paterno affetto, ricevete l'Apostolica Benedizione, che di cuore impartiamo a voi, qui presenti, a tutti gli operai cattolici e alle loro famiglie.

et orabit pro operariis.

Benedicit.

ALLOCUTIO

Ad patricios nobilitatis Urbanae.

DE SERVANDO FIDEI DONO.

26 IAN. 1900.

Deus remuneret pietatem vestram fidemque conservet.

LIETI della filiale osservanza vostra, supplichiamo il Signore che la rimuneri coll' abbondanza delle sue grazie. E la grazia che maggiormente vi desideriamo, si è ch' egli vi faccia degni di serbare intemerata sino all' ultimo e salda e operosa quella sovrana virtù da lei ricordata, signor Principe, la quale appunto redense il mondo, e lo redense copiosamente tramutandolo di massa dannata in eletto retaggio di GESÙ CRISTO. La fede, principio dell' umana salvezza, da un lato è fondamento della vita cristiana, nutrimento della giustizia, anima vivificatrice d' ogni abito virtuoso : dall' altro è sostanza essa medesima di cose oltramondiali e sempiterne, alle quali si volge, come a bene súpremo, la speranza dell' umanità pellegrina. Ombre vane e parvenze ingannatrici sono tutti i beni sensibili, se scompagnati dal possesso di tale virtù, senza la quale non è possibile di piacere a Dio.

Gratis fides tribuitur, sed non absque cooperatione servatur

Voi, per benefizio del cielo, lo possedete tutti cotesto carisma sovrumano che illumina e conforta, che rigenera e sublima : tenete però sempre a memoria che la divina bontà ve lo ha bensì largito senza precedente merito nè cooperazione vostra, ma non lo manterrà però in voi senza vostra cooperazione. In mezzo al tempestare del mondo e alle brame irrequiete del cuore umano il lume della fede è come una face esposta al soffio di venti procellosi : non protetto da opportune difese, egli è in pericolo continuo di

et maxime periclitatur ex superbia et cupidine.

affievolirsi, di spegnersi. Chi potrebbe infatti noverare quanti, per incuria o per altra colpa, ne vadano facendo tutto giorno miseranda iattura, pur nati e cresciuti, come voi, in grembo alla santa Chiesa cattolica? Ora dunque, diletti figli, la sciagura altrui sia ammaestramento vostro. Niuno presuma di poter mantenere incolume nell' anima

propria il tesoro dei veri rivelati, se con sollecitudine gelosa e costante non lo difenda, segnatamente dalla superbia della ragione e dal predominio dei sensi, i due eterni nemici della fede di Christo Redentore. Basti all' umana intelligenza il sapere che Iddio ha parlato, e che della sua parola ha costituito egli medesimo depositaria e maestra incorruttibile la Chiesa. Del resto negli ordini del sopranaturale più vede chi più si umilia. Quando invece la indocile ragione s' attenta di levarsi a scrutare le altitudini e profondità inaccessibili dei segreti di Dio, ella e per condizione di natura e a castigo del folle orgoglio si confonde, smarrisce e vien meno. Indi innumerevoli anime, prima credenti, cadute poi nella desolazione del dubbio, o nell' abisso della incredulità. — L' altro pericolo non men formidabile risiede, come accennavamo dianzi, nella signoria dei bassi appetiti: anzi non è forse efficacia più malefica di questa a soverchiare e attutire gli influssi benefici della grazia. Ha registrato la storia che quando penetrò nel tempio di Gerusalemme la vaticinata abominazione della desolazione, una voce arcana gridò dall' alto: *Iddio si ritira.* Ebbene la sentenza lugubre di quella voce s'avvera a capello nel santuario dell' animo disonestato da cupidigie sensuali. Di mano in mano che queste prevalgono, la corruzione ascende dal cuore alla mente, vedovandola del celestiale lume che la rischiarava per lo innanzi. Vedovanza terribile, perchè l' uomo, che n' è colpito, si affigge fatalmente nella materia più e più sempre, e fatto immemore della dignità e degli eccelsi destini suoi, perde a poco a poco perfino il senso della moralità e spiritualità cristiana. È Iddio che si ritira.

Humilitas est fons cognitionis supernaturalis;

e contra, cupido causa est offuscationis mentis.

Questi due nemici, i quali ognuno reca seco stesso, perchè inviscerati nella corrotta natura, purtroppo trovarono in ogni tempo più o meno efficace rinfianco nelle condizioni esteriori. Ma non sappiamo se altra età porgesse mai tanti blandimenti alla ragione e lenocinî alla concupiscenza, quanti ne sta porgendo oggidì la licenza del costume, il cinismo di tanta parte della stampa, la procacità delle pubbliche scene, lo scetticismo di tante cattedre. Quindi il gran dono, di cui Iddio vi ha privilegiati, dimanda

Quo majora pericula sunt eo major sit vigilantia.

più che mai cure assidue, riguardi delicatissimi. Fate ragione, diletti figli, di recare in mano un tesoro fragile per vie coperte d'insidie e seminate d'inciampi. *Vigilate :* ecco l'ammonitrice parola di san Paolo ai cristiani di Corinto : scolpitevela a vostra norma nel più alto luogo della mente, per guisa che vegliando di continuo sopra voi medesimi e le cose che vi circondano, vi sia dato, coll' aiuto divino, di star costanti nella fede. *Vigilate, state in fide.*

Benedictio.

Benedica il Signore i propositi vostri, e della sua benedizione vi sia pegno la Nostra, che con paterna delizione v' impartiamo.

EPISTOLA

Ad Ludovicum Martin, praepositum generalem Societatis Iesu.

DE PIIS EXERCITIIS OPERARIIS TRADENDIS.

8 FEBR. 1900.

De Exercitiorum S. Ignatii vi ad salutem constat argumento 1/ externo,

2/ interno: ex hoc nempe quod error, malorum fons, doctrinâ veritatis in singulorum communemque utilitatem corrigitur.

IGNATIANAE Commentationes quantum in aeternam animorum utilitatem possint, trium iam saeculorum experimento probatum est omniumque virorum testimonio qui, vel asceseos disciplina vel sanctitate morum, maxime per id tempus floruerunt. — Quamvis res ipsa de se testatur. Quum enim error inde omnis in vitam hominum derivetur, quod divinae in animis veritates oblivione obscurantur, quae noxiis perturbationibus coërcendis unae sunt aptae; spiritualium Exercitiorum ea propria vis est atque laus, quod veritates easdem novo quodam lumine perfundunt ac veluti sopitas excitant. Quia vero ex privatorum honestate morum consociationis humanae honestas exoritur; dubium non est quin secessus ii, in quibus caelestium veritatum commentatione occupamur, non in singulorum modo, sed etiam in communem utilitatem cedant. — Id quidem provide nonnulli e Societate IESU sensere alumni, in Gallia praesertim et Belgio. Qui quum nullam,quam operariorum classem, magis nunc temporis impeti malorum insidiis adverterent, fundatas in pios secessus domos operariis ipsis patere maxime voluerunt. Propositum quidem uberesque iam inde fructus sequutos Nos iucunditate summa cognovimus; non enim postrema aut minima curarum Nostrarum, quod acta a Nobis probant, operariorum utilitati ac bono censuimus adhibenda. Nolumus igitur egregias istas Alumnorum Societatis industrias iusta sine laude praeterire, easque ut Deus large obsecundet toto animo adprecamur. Quin vero excitari magis inter ipsos praeclarum hoc studium deside-

Itaque opus: " de piis exercitiis tradendis operariis " laudat Pontifex,

et ut ubique spar-

gatur exoptat.

ramus, ut quod in Gallia atque Belgio feliciter est institutum, ad ceteras etiam nationes pari cum emolumento propagetur.

Haec mandat nota fieri Alumnis S. J.

— Haec tu, dilecte fili, benevolentiae Nostrae et gratulationis sensa religiosis viris, quos moderaris, fac innotescant, illis cumprimis qui memorato operi laborem iam strenue impendunt. Quibus et universae Societati IESU Apostolicam

quibus benedicit.

benedictionem, Nostrae caritatis testem ac munerum divinorum auspicem, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die VIII Februarii MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

LEO PP. XIII.

ALLOCUTIO

Ad S. R. E. Cardinales.

DE IUBILAEO ET BELLO AFRICANO.

2 MARTII 1900.

Providentia divina semper benignissima atque adoranda est.

C'INCAMMINIAMO a questo nuovo anno di pontificato, maravigliati Noi medesimi, umanamente parlando, di una longevità a pochi consentita. Ma chi può sapere i consigli della Providenza? Questo bensi sappiamo a universale conforto che, giovani o vecchi, si dimora tutti sotto le ali della carità di Dio, il quale di tutti è padre e ama sempre: ama quando concede la vita, ama quando la toglie. Si adori dunque perennemente in umiltà e devozione, qualunque esso siasi, il divino beneplacito. — Frattanto il debito che incombe a Noi, si è di non risparmiare le ultime Nostre forze, ma anzi spenderle tutte e di buon volere, come Ci studiamo di fare, in servigio della santa Chiesa. È ben vero che il carico dell' alto uffizio riesce più malagevole ad omeri senili: ma su questo proposito tiene dall' alto la Chiesa una promessa mallevadrice di ogni umana infermità. Che importa che sia commesso a deboli mani il timone del simbolico naviglio, quando si sa che siede a poppa e veglia e governa, non visto, il divino nocchiero? Benedetta la virtù del suo braccio e la moltitudine delle sue misericordie.

Nobis aetate debilitatis adest indefectibilis virtus Christi.

Jubilaeum Anni Sancti, ex parte, tum Romanorum, tum extraneorum, succedit.

Recherà bene i suoi frutti l' anno del giubileo, signor Cardinale, conforme spera ed augura il sacro Collegio. Li recherà senza fallo, perchè nell' opera di giovare le anime vanno sempre compagni alle sollecitudini della Chiesa i possenti influssi della grazia. Ecco già all' ombra delle maggiori basiliche un moto di religiosi sensi visibile e cospicuo. Alla pietà dei cittadini quella degnamente risponde dei convenuti di fuori: e gli uni e gli altri abbraccia indistintamente, come figli, la città di Pietro, aiutandoli con indulgente bontà a rinnovarsi nello spirito, cioè a farsi migliori, più probi, più caritatevoli, più giusti, più risoluti a

sostenere virtuosamente le aspre lotte della vita morale. Questo si vuole e questo si cerca con rito speciale, lungo il corso dell' anno santo. Se altri vuole dalla tradizionale cerimonia cavar occasione di calunnia o di vilipendio. Iddio gli perdoni : l' occhio carnale, fitto nella materia, non vede che materia. Ma dove per poco si pensi, che sovrasta e primeggia nel mondo un ordine di beni infinitamente superiori ad ogni materiale utilità, qual è quell' anima onesta che non voglia riverire gl' intendimenti della Sede apostolica, quando ella con istraordinarie industrie si fa banditrice e ministra di spirituale rinnovamento? E Roma cristiana non apparisce mai tanto simile a se stessa, quanto in mezzo a coteste care e serene solennità della fede. Sono queste le sue ricorrenze memorabili, queste le sue feste vere, perchè fioriscono spontanee dall' intrinseco del suo essere e si rannodano agli eccelsi suoi destini che forza creata non può mutare. Profane manifestazioni, scene sacrileghe ponno si trovar luogo, permettendolo il cielo, sul suolo di Roma, ma esse non sono romane.

Materialistae intentiones Pontificis, quas non intelligunt, spernunt.

Solemnitates Religionis decent Urbem; minime vero demonstrationes impietatis.

Vi siamo grati e riconoscenti, Venerabili Fratelli, dei sentimenti cortesi che Ci avete novellamente protestati per bocca del venerando vostro Decano, e maggiormente della costante devozione che fu sempre ed è per Noi uno dei più grandi conforti umani. — Del resto non vi paia alieno dall' indole della odierna ricorrenza l' invitarvi che facciamo a congiungervi con Noi nella santa unità della preghiera per un intento tutto conforme ai dettami di quella evangelica dilezione, che non conosce nè distanza nè differenza di schiatte. Supplichiamo tutti concordemente il Signore di volersi impietosire al sanguinoso duello che si combatte da mesi in terra africana e non permettere che esso vada più oltre. Son tutti figli suoi e fratelli nostri coloro che laggiù si travagliano nel duro agone delle ansie e dei cimenti guerreschi, e già son troppe quinci e quindi le vittime. Voglia Iddio benedetto riguardarli con occhio paterno, spegnerne le ire e condurne i cuori a propositi di moderazione reciproca e di accordo, sicchè possano tornar quanto prima in amicizia leale, salda, consa-

Observantia S. Collegii laudatur.

Defletur bellum saeviens in regionibus Africae.

crata nel bacio scambievole, della pace e della giustizia.

Come pegno dei celesti favori e testimonianza del Nostro affetto, impartiamo di gran cuore al Sacro Collegio, ai Vescovi, ai Prelati, e a quanti qui Ci fanno corona, la benedizione apostolica. *Benedictio*

EPISTOLA

Ad Raphaëlem Merry del Val Praelatum Domesticum Praesidem Academiae ecclesiasticae Urbanae.

DE SODALITIO INTER ALUMNOS ISTIUS ACADEMIAE INEUNDO.

7 MARTII 1900.

Pontifex Sodalitium initum multum probat

atque libenter ipsi dat nomen.

SOLLERTIAE pietatisque tuae hunc etiam diligimus fructum, Sodalitium inter alumnos istius Academiae, et qui sunt et qui fuerunt, nuper initum, defunctis eiusdem praepositis alumnisque expiandis. Eiusmodi propositum, sanctum per se et salubre, aptisque legibus ut est constitutum, sane gratum fore et acceptum omnibus quorum interest opinamur. Ad Nos quod attinet, qui in eadem Academiae palaestra versati iam olim sumus, pro memori benevolentia qua ipsam vel privatim complectimur, novum hoc oblatum caritatis vinculum valde libet excipere et nomen Sodalitio nascenti consociare. Cui quidem ac tibi, divinorum munerum auspicem, Apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die VII Martii MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Ceslaum Paban et Thomam Pègues

sodales O. PR.

DE EDITIONE OPERUM J. CAPREOLI.

MERITA quidem laude eos libenter prosequimur, qui doctrinarum Aquinatis studia, a Nobis tantopere excitata, aliis atque aliis modis curant provehenda. Horum in numero vosmetipsi estis, qui collata opera in id incumbitis ut scripta Ioannis Capreoli, qui ornamentum est istius civitatis et Ordinis vestri, nova instructa editione in medium referatis. Floret ille, vel quatuor post saecula, opinione hominum prudentiorum utpote qui eiusdem Doctoris sapientiam et a reprehensione aculeisque dissentientium tueri et recta interpretandi ratione illustrare probe contenderit. Utroque igitur capite initum a vobis consilium commendabile est ; libetque de primo operis volumine iam emisso, quod a pietate vestra dono accepimus, gratulari. Ut vero labores vestri ad optatum exitum pergant uberemque habeant fructum, Apostolicam vobis benedictionem peramanter impertimus.

7 MARTII 1900.

Laudabile est provehere doctrinam Aquinatis;

itaque bene meriti estis ex editione scriptorum J. Capreoli qui fuit Angelici interpres et vindex egregius.

Datum Romae apud S. Petrum die VII Martii MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Episcopum Teleptensem, Vicarium Apostolicum Chantong Meridionalis in Sinis.

DE DIARIIS PUBLICANDIS.

17 MARTII 1900.

Praesulis saepe laudatae solertiae novum argumentum valde probat Pontifex,

ETSI tua in agendis tractandisque negotiis istius provinciae solertia et prudentia multo ante Nobis perspecta est et cognita, qua de caussa non semel meritis te laudibus sumus prosequuti ; tamen quae novissime praestitisti gratiora etiam acciderunt, affeceruntque animum Nostrum iucundissime. Nobiscum enim plane facis quum iudicas, ad imperitorum animos, sive in fidei veritate retinendos, sive cetero cultu atque humanitate expoliendos plurimum conferre publica diaria. Optimum igitur tuum illud consilium fuit sinensis edendae ephemeridis, quae audacioribus opinionum commentis et irruenti in istas etiam dissitas plagas scriptorum licentiae opportune obiiceretur. Perge, Venerabilis Frater, magno erectoque animo nervos omnes intendere, tamquam agricola vigilans, tuae vineae excolendae arcendisque ab ea furibus. Ad ephemeridem autem alacrius usque persequendam atque constantius, stimulum addat cogitatio, « si tamen opus est incitari currentem », quidquid laboris in ipsam contuleris magno usui fore et religioni et civitati, Nobisque cumulate satisfacturum. Quae omnia ut prospere et e sententia cedant, omnis caelestis gratiae plenitudinem tibi enixe imploramus ab Eo, qui plantanti et riganti dat incrementum ; eiusque auspicium gratiae ac sincerae Nostrae dilectionis testem, Apostolicam benedictionem tibi, Venerabilis Frater, tuoque clero ac fidelibus peramanter impertimus.

nempe de diariis publicandis ad oppugnandos errores irruentes.

Ipsi animos addit,

felices successus exoptat

et benedicit.

Datum Romae apud S. Petrum die XVII Martii MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Card. Galeati, Archiepiscopum Ravennatium.

DE EFFIGIE GRAECA

B. M. V. SOLEMNITER COLENDA.

NON semel Nos neque uno modo Ravennatium pietatem erga sanctissimam Dei Matrem, quam in vetusta Effigie Graeca ab avis et maioribus venerantur, libentes fovimus et proveximus. Nuper autem attulerunt tuae litterae, propediem condi octavum saeculum ex quo mirabiliter, prout habetis religiose traditum, ea ipsa Effigies est ab oriente in oras istas advecta : eius rei gratia sollemnia sacra singulari quodam nitore templi et pia animorum cultura apparari, quae aliquot Cardinalium et Episcoporum augustiora efficiet praesentia. Haec Nobis quidem et laetitiam pariunt et pastorale tuum studium iam probe cognitum eo amplius commendant ; qui quum spectas ad honoris incrementum Patronae benignissimae, spectas idem ad populi tui, per haec maxime tempora, utilitates non fluxas. Quibus enim in civitatibus sincera in Mariam religio radices alte firmarit, inde viget in eis floretque pulchrius omnis christianae vitae laus, ad publicam quoque et domesticam prosperitatem sane quam frugifera. Quapropter hoc restat, ut multiplici navitati tuae, eorumque coetuum qui saeculari celebritati instruendae operam contulerunt, ordines civium omnes magis magisque alacres in gloriam magnae Virginis obsecundent ; id quod exoptamus splendide eveniat. Atque adeo spes est, ex dono ipso aurei diadematis, quod de communi pietate mox venerandae Imagini accedet, consecuturum feliciter, ut civitas in obsequio Reginae suae caelestis arctius usque devinciatur, utque misericordiae eius ad vota civium et advenarum uberius affluant beneficia.

5 APRILIS 1900.

Pontifex probat solemnitates circa Effigiem Graecam B. M. V. institutas,

eo vel magis quod pietas in B. V. Deiparam sit pignus prosperitatis;

ideoque optat ut haec religio augescat.

Tu autem, dilecte fili Noster, feceris Nobis pergratum, si constituta inter sollemnia aliquid supplicationis pro tua

Ipse Pontifex auctor

est ut supplicationes fiant ad reconciliationem orientalium,

prudentia indixeris, etiam ad reconciliationem gentium quae ab Ecclesia catholica dissident implorandam. Nosti quantopere Nos in hanc caussam caritas urgeat Christi, et quam benigne Nostrae providentiae coeptis fautrix eius gratia adspiret. Quantum vero cum re vestra praesenti desiderium Nostrum, praesertim ad orientales quod attinet, congruere videatur, ex his collige quae subiicere libet, iampridem perscripta a Nobis in litteris encyclicis *Adiutricem* (V Septembris anno MDCCCXCV). « Ignorat nemo, augustas « divinae Matris imagines ex oriente, variis temporum « casibus, in occidentem maximeque in Italiam et in hanc « Urbem, complures fuisse allatas : quas et summa cum « religione exceperunt patres magnificeque coluerunt, et « aemula nepotes pietate habere student sacerrimas. Hoc in « facto gestit animus nutum quemdam et gratiam agnoscere « studiosissimae Matris. Significari enim videtur, imagines « eas perinde extare apud nostros, quasi testes temporum « quibus christiana familia omnino una ubique cohaerebat, « et quasi communis hereditatis bene cara pignora : earum- « dem propterea adspectu, velut ipsa Virgine submonente, « ad hoc etiam invitari animos ut illorum pie meminerint « quos Ecclesia catholica ad pristinam in complexu suo « concordiam laetitiamque amantissime revocat. »

ad quod quasi invitant ipsae imagines exinde allatae.

Benedicit.

Iamvera divinorum munerum auspicem et benevolentiae Nostrae testem benedictionem Apostolicam et tibi et Venerabilibus Fratribus istuc proxime conventuris, omnique clero et populo tuo peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die V Aprilis MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

ALLOCUTIO

Ad S. R. E. Cardinales.

DE ECCLESIA PACIS ET PROSPERITATIS FAUTRICE INDEFECTIBILI.

11 APRILIS 1900.

Gratiae referuntur Deo qui sanitatem Pontificis restituit, nec non cardinalibus propter observantiam exhibitam.

RIVEDERE qui oggi accolto intorno a Noi il sacro Collegio, è una consolazione che poche settimane innanzi Ci sarebbe sembrata appena sperabile. Ma se Iddio benedetto Ci visitava da un lato colla infermità, Ci aiutava dall' altro egli medesimo pietosamente a uscirne incolumi : ed eccoci restituiti, sua mercè, agli uffizi della vita, e alle usate cure apostoliche. Lode a lui dell' afflizione e del sollievo, del pericolo e dello scampo. Nè taceremo come fra le varie amarezze, che d' altra parte e per altre cagioni o incombono o sovrastano, opportuno conforto pigliammo dalle testimonianze riverenti e premurose che ne vennero da ogni dove, indirizzate a Noi, ma destinate al Pontefice. E à voi siano rese grazie particolari, venerabili fratelli, per la calda devozione che oggi ancora Ci venite significando : la quale peraltro Ci fu compagna e aiutatrice sempre nel cammino lungo e travaglioso del Nostro Pontificato. — Torna volentieri il pensiero, signor Cardinale, al fatto che ella Ci addita, precorso da Noi medesimi col desiderio, e che ora interviene a consolare come d' un raggio benigno il tramonto del secolo. Rendere più raro e men cruento il terribile gioco delle spade, e predisporre così la via a più riposato vivere sociale, è tale assunto da dover ben rifulgere nella storia della civiltà chi ebbe intelletto ed animo da farsene iniziatore. Noi lo salutammo sin da principio con quella propensione di volontà che si addice in questo caso a chi tiene il mandato supremo di promovere e diffondere sulla terra la mansueta virtù del vangelo. Nè cessiamo di far voti, che all' alto intendimento seguiti copioso e generale l' effetto. E voglia il cielo che questo primo passo conduca sino all' esperimento

Utinam discordiae inter nationes pacifice componantur.

Ecclesiae spiritus est spiritus pacis; ejus finis: reconciliatio hominis cum Deo.

di comporre i litigi delle nazioni col mezzo di forze puramente morali e persuasive. Che potrebbe desiderare e volere più caldamente la Chiesa, madre delle genti, nimica naturale della violenza e del sangue, e che non pare contenta di compiere i santi riti suoi senza scongiurar con pieghiere il flagello della guerra? Lo spirito della Chiesa è spirito di umanità, di dolcezza, di concordia di carità universale: e la sua missione, non altrimenti che quella di Cristo, è pacifica e pacificatrice per sua natura, perchè ha per oggetto la riconciliazione dell' uomo con Dio. Indi l' efficacia del potere religioso a recare in atto la pace vera fra gli uomini, e non soltanto nel dominio della coscienza, come fa tutto giorno, ma negli ordini pubblici e sociali, in ragione bensì della libertà concedutagli di far sentire l' azione sua. Azione, che ogni qualvolta intervenne direttamente nei gran negozi del mondo, non fu mai senza costrutto di qualche pubblico bene. Basta di rammentare quante volte venne fatto ai romani Pastori di cessare oppressioni, ovviare a guerre, ottener tregue, accordi, trattati di pace. E chi li mosse, fu la coscienza di un ministero altissimo, fu l' impulso di una spirituale paternità che affratella e salva. Guai alla civiltà de' popoli, se non fosse accorsa in certi frangenti l'autorità papale a infrenare gli istinti disumani del prepotere e della conquista, rivendicando di dritto e di fatto la supremazia naturale della ragione sulla forza. Parlino i nomi indissolubilmente congiunti di Alessandro III e Legnano, del santo Ghislieri e di Lepanto.

Quoties Ecclesia intervenit toties humanitati, obvenerunt bona.

Siffatta è l'intrinseca virtù del potere religioso. Contradizioni e pressure potranno qua e là intralciarne gli effetti, ma in sè ella vive immutabile e indefettibile. Di modo che, qualunque sia la fortuna dei tempi, seguirà serenamente il suo corso la Chiesa di Dio, beneficando sempre. La sua mira è il cielo, ma la sua azione abbraccia cielo e terra, perchè furono unite in Christo tutte le cose, e quelle che sono in cielo, et quelle che sono in terra. Impromettersi dunque prosperità schietta e durevole dal pretto umanesimo, sarebbe vana lusinga: al modo medesimo che regresso e rovina sarebbe tentar di sottrarre la civile cultura al

Ecclesia in se indefectibilis est quamvis interdum effectus ipsius impediri possint.

l'alito del cristianesimo, che le diè vita e forma, e che solo può conservar la in solidità diessere e ubertà di frutti. *11 APRILIS 1900.*

La maggior copia de' celesti favoi i preghiamo a voi, venerabili fratelli, come pure ai Vescovi, ai Prelati, e a quanti altri son qui presenti, impartendo a tutti con paterno animo l' Apostolica benedizione. *Vota et Benedictio.*

EPISTOLA

Ad Ioachimum Sestili Theologum.

DE EDITIONE COMMENTARIORUM FERRARIENSIS IN SUMMAM CONTRA GENTILES.

14 APRILIS 1900.

Fuse probat Pontifex hanc editionem,

INGENIUM curasque tuas ad rem appulisti aeque decoram tibi ac studio sapientiae utilem, cui sane hominum recte sentientium defutura non est comprobatio. Quippe operam in id impendere, ut Aquinatis doctrina, conclusa libris aureis Summae contra Gentiles, et latius propagetur et uberius percipiatur, est profecto de christiana philosophia bene omnino mereri. Hoc tu nimirum praestare agressus es, nova Commentariorum Ferrariensis in eosdem libros adornata editione ; qui scriptor iure inter optimos in eo genere numeratur. Placet igitur propositum tuum pro merito commendare ; eoque libentius facimus quod plane profiteris, ad haec studia te ideo esse adductum et quasi incensum, ut Nostris de colenda philosophia tum praescriptis tum hortationibus omni qua decet filium pietate obtemperares. Istum pietatis animum, Deo acceptum et Nobis, religiose apud te foveas velimus : inde quidem consilia viresque hauries ad alia eiusmodi pari cum fructu atque ampliore suscipienda. Iamvero auspicem divinorum munerum habe Apostolicam benedictionem, quam tibi eisque una, quorum provida ope proposito tuo perficiendo insistis, peramanter impertimus.

eo vel magis quod editor exinde ostendit suam in Pontificem observantiam.

Ipsum scriptorem ad novos labores excitat

et benedicit.

Datum Romae apud S. Petrum die XIV Aprilis MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

ALLOCUTIO

Habita in Consistorio die XIX Aprilis MDCCCC.

DE CANONIZATIONE BEATI JOANNIS BAPTISTAE DE LA SALLE, ET BEATAE RITAE A CASSIA.

QUAM rem acturi vobiscum hodierno die sumus, ea videtur consentire et congruere plurimum cum hac sanctitudine temporis, quod divinae nobis benignitatis munere concessum est. Nam in hoc amplissimo concessu vestro de virtutibus christianis facienda est mentio ; simulque intelligendum, eamne excellentiam in Beatis duobus attigerint, quae ad pariendum sacrorum honorum genus maximum valeat. — Harum cognitio rerum si cadere minus commode nunquam potest, opportunissime profecto cadit in annum sacrum, cuius propria ratio institutioque ad sanctimoniam vitae promovendam pertinet. Tenetis autem quorumnam virtutes commemorari velimus : nimirum Ioannis Baptistae De la Salle, sodalium a scholis christianis Patris Legiferi, et Ritae a Cassia sororis velatae Augustinianae. Utriusque nomen, iam rite beatorum caelitum ordinibus adscriptum utrumne praeterea adscribi inordinem Sanctorum ius esset, quaerendum ducebamus. Postulare id a Nobis videbatur succrescens lata fidelium pietas, eos ipsos apud Deum patronos advocantium, deprecatores implorantium. Accedebat significatio nonnulla, quae ferebatur facta, divinae voluntatis ob prodigia quaedam a Deo, patrocinio precibusque ipsorum adhibitis, ut opinio erat, impetrata.

19 APRILIS 1900.

Inquisitio de virtutibus dictorum Beatorum, maxime congruit cum anno sacro.

Horum canonizationis causa, quae postulatur,

Itaque placuit eiusmodi inire consilium, quod et excitatam christiani populi religionem fovere, et divini nominis amplificare gloriam posse videbatur ; caussamque canonizationis beatorum, quos nominavimus, Ioannis Baptistae De la Salle et Ritae a Cassia institui legitimeque cognosci iussimus. Iam restat ut de ipsorum vita, moribus, rebus gestis, prodigiis quidquid inquirendo constiterit, ad Nos

recognosci jubetur

et de ipsorum virtu-

tibus inquisitio instituitur. referatur ; id quod coram vobis fieri in praesentia volumus.

Cardinalis Praefectus S. Rit. Congr. verba facit de beato Ioanne Baptista De la Salle,

Tum Sanctitas Sua :

Apparet ex iis, quae modo audivimus, Venerabiles Fratres, Beatum Ioannem Baptistam De la Salle, de salute proximorum optime meritum in maximarum exercitatione virtutum mortale aevum transegisse. Quas virtutes, ut accepistis, patrata rerum miracula confirmavere. Placetne igitur vobis ut ad eius canonizationem sollemni Ecclesiae ritu deveniamus ?

Sequitur PLACET *S. R. E. Cardinalium.*

—

Cardinalis Praefectus S. Rit. Congr. verba facit de beata Rita a Cassia.

Tum Sanctitas Sua :

Habetis, Venerabiles Fratres, beatae Ritae a Cassia quanta fuerit fidei, caritatis, patientiae laudumque ceterarum magnitudo. Prodigia quoque diligenti ac diuturna quaestione videtis in conspicuo posita, quae sanctitati eius suffragentur. Placetne igitur vobis ut ad eius canonizationem sollemni Ecclesiae ritu deveniamus ?

Sequitur PLACET *S. R. E. Cardinalium.*

—

Tum Sanctitas Sua :

Gratum est vestras, Venerabiles Fratres, de proposita caussa sententias comperuisse. — Sequitur, ut ad creationem veniamus Episcoporum.

EPISTOLA

Ad Maximilianum Liberum Baronem de Vittinghoff-Schell.

DE CELEBRANDO CONVENTU CONSOCIATIONUM CATHOLICORUM AD CHRISTIANAM CARITATEM PROVEHENDAM.

19 APRILIS 1900.

Utilitatem hujusmodi conventuum exhibet Pontifex

PERGRATUM Nobis nuncium tuae litterae attulerunt, fore videlicet ut catholicae consociationes christianae caritatis operibus exercundis et provehendis Vindobonam, sequenti mense, in coetum conveniant. Nihil profecto efficacius ad acuenda studia ignesque concipiendos, quam hi communes conventus, in quibus et aliorum acta desidiores excitant et mutua omnium consilia viam ulterius sternunt quo latior agentibus pateat campus fructusque uberior cedat. Qua in re unum vobis Nobisque in primis carum, commendasse libet, ut nempe adolescentem aetatem industriae vestrae ne praetereant. Nimium sane malorum artibus ac perturbationum illecebris ea patet aetas! Quamobrem praestantissimum caritatis officium est adolescentium necessitatibus propiscere sedulo, simulque utilissimum ; quidquid enim illis studii diligentiaeque impertitur, id non eorum modo, sed civitatis et patriae commodis impertitur. Nos igitur coetum vestrum amanti laetoque animo prosequimur. Et universis catholicis viris, tum qui coetui parando adlaborant tum qui in eodem aderunt, Apostolicam benedictionem, benevolentiae Nostrae testem et munerum divinorum auspicem, propensissima voluntate elargimur.

et enixe commendat ut in adolescentes studia convertantur.

Benedicit.

Datum Romae apud S. Petrum die XIX Aprilis MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Augustinum Berthe,

Sodalem a Sanctissimo Redemptore.

DE LIBRO: DE VITA REBUSQUE GESTIS S. ALPHONSI.

20 APRILIS 1900.

Opus tuum praesertim commendatur ex eo quod sit ex omni parte

DIUTURNI laboris fructum, bina volumina exhibuisti de vita rebusque gestis Alphonsi Patris. Nobis bene gratum accidit donum; tibique et ingenii sollertiam et constantiam propositi gratulamur. De illo enim quamquam alii scripserunt, atque unus aliquis praeclara cum laude, tamen qui ex parte omni fecisset, adhuc desiderabatur. Hoc tu consilio ductus, viri sanctimoniam et doctrinam, studium episcopale et prudentiam legiferam, de institutione cleri, de cultu christianae pietatis, de sempiterno plurimorum bono promerita, omnia enisus es, excussis monumentis, religiose persequi suoque in lumine collocare. Certe tibi habebunt gratiam, non modo sodales tui, sed quotquot etiam cultores sunt Episcopi sancti et Doctoris egregii, quibus copia rerum saluberrima per te patet deprompta. De hoc gaudeas quidem velimus, neque minus de accessione gloriae, quam Patri tuo curasti pientissimus filius. Iam tibi cum benevolentia et commendatione Nostra adsit Apostolica benedictio, quam divinorum munerum auspicem peramanter in Domino impertimus.

et non solum sodalibus utile.

Sit tibi gratulatio

et benedictio.

Datum Romae apud S. Petrum de XX Aprilis MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Cardinalem Coullié,

Archiepiscopum Lugdunensem.

DE SIMULACRO B. M. V. DIADEMATE AUREO EXORNANDO.

AEQUISSIMUM sane ducimus ut Christi Dei, humani generis servatoris, recordatio ab memoria augustissimae Eius Matris ne separetur; ut tum extrema labentis saeculi sollemnibus Unigenae caerimoniis dedicantur, Parens etiam peculiari fidelium honore non vacet. Id Lugdunenses, pro veteri in beatissimam caeli Reginam pietate, opportune senserunt; quamobrem et Marialem coetum sua in urbe celebrandum curavere, et Magnae Matris simulacrum augustum, quod in monte, *a Foro vetere* nuncupato, religiosissime colitur, diademate aureo exornandum desiderarunt. De Mariali coetu iam litteris aliis, anno superiore datis, ad te perscripsimus. Quod vero attinet ad diadema sacro Virginis simulacro statis caerimoniis imponendum, tibi ut id peragas ea ratione, quam architecti litterae exposuerunt, facultatem perlibenter facimus. Utinam Dei Mater et hominum benignissima, piis hisce officiis exorata, Lugdunum suum Galliamque universam respiciat clemens; quaeque, labente saeculo, praeclara patriae vestrae contulit beneficia, reflorescente ubique christianae fidei dignitate cumulet. Nos interim ut religioni vestrae in Virginem merentissimam addamus stimulos, Apostolicam benedictionem omnibus, qui in adhibendis Matri sanctissimae honoribus aderunt, peramanter in Domino impertimus.

28 Aprilis 1900.

Opportune solemnitates peraguntur in honorem B. M. V.

De diademate imponendo facultatem facimus.

Sit Dei Mater in Galliam clemens.

Benedictio.

Datum Romae apud S. Petrum die XXVIII Aprilis MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Canonicos Aedis Metropolitanae Florentinae.

DE LAUDANDA OBSERVANTIA SUMMO PONTIFICI ET EPISCOPO EXHIBITA.

1 MAII 1900.

Canonicis gratulatur Pontifex 1° ob pietatis in S. Sedem testimonia,

IUCUNDAE Nobis fuerunt communes litterae vestrae, in quibus tanta significatio inest egregiae voluntatis. Officia studiaque vestra erga Nos privatim sane complectimur libentes debitaque cum remuneratione benevolentiae. Verum illa Nobis probatur in primis declaratio animi, qua scilicet id videmini voluisse ut vestra in Apostolicam Sedem pietas, quamquam erat probe cognita, fieret tamen notior et illustrior.

quae quidem nunc temporis, et praecipue in clericis, perspicua sit oportet;

Ac recte quidem : nam, quod optime perspicitis ipsi, debitam romano Pontifici observantiam atque obedientiam tempora ipsa monent impavidam et conspicuam esse oportere : idque nominatim in clericis, ut quos omni in re honesta ac laudabili decet esse documento ceteris. Itaque de tali affectione animi gratulamur unicuique vestrum, eamdemque non perpetuam solum in vobis, sed fructuosam etiam, Deo volente, confidimus futuram.

2° ob observantiam suam in proprium antistitem,

Illud praeterea Nobis et optatum et gratum, quod vos valde cupidos studiososque cernimus antistitis ornatissimi, cui rem sacram Florentinorum haud ita pridem commisimus. Magna sacerdotum laus, coniunctos esse cum Episcopo suo amanter et concorditer ; magna salus, subesse ac parere potestati legitimae non invitos.

in qua perseverandum est ad aedificationem aliorum.

Huic vos officio, dilecti filii, quemadmodum satisfacitis hoc tempore, ita in posterum cumulate satisfacturos, certo scimus : nec deerunt in Etruria qui intueantur in exemplum vestrum atque inde, quod imitentur, capiant.

Benedictio.

Caelestium munerum auspicem, benevolentiaeque Nostrae testem, Apostolicam benedictionem amanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 1 Maii MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Archiepiscopum Algeriensem ceterosque Episcopos qui Hipponem Regium ad Augustiniani templi dedicationem convenerunt.

2 Maii 1900.

DE iis, quae in Pontificatu Nostro, divino iuvante numine, perfecimus, unum est de quo maxime gaudet animus, restitutam videlicet fuisse in pristinum Africanam Ecclesiam, tot Doctorum sapientia, tot Martyrum sanguine praeclarissimam. Cuius quoniam praecipuum fere decus in Augustini nomine est, gratulamur sane quod eius memoria, curantibus vobis, insigni extructo templo Hippone Regio, revirescat. Ex Augustini doctrinis, quas vos opportune recoluistis, splendidissime elucet et Romanae Sedis in universam Ecclesiam auctoritas, et Afrorum fidelium intima cum eadem coniunctio. Vigeat porro haec fides et nexus idem, vobis adnitentibus, in redivivis Africae ecclesiis, nec profecto deerit quominus, progressu temporis, maiores suos gloriâ et virtutibus aemulentur. Vobis interea, Venerabiles Fratres, gratias de officio agimus. Et ut benevolentiam, qua vos gregesque vestros prosequimur, confirmemus, Apostolicam benedictionem, munerum divinorum auspicem, amantissime in Domino impertimus.

Gaudet Pontifex de restituta Africana Ecclesia

in qua merito colitur Augustinus

qui testis existit Afrorum erga S. Sedem pietatis,

quam sperat fore ut apud novas Ecclesias floreat.

Benedictio.

Datum Romae apud S. Petrum die 11 Maii MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Mariam Stiltz, Moderatricem coetus mulierum a Sancto Francisco Salesio nuncupati.

DE LAUDE DOCTRINAE ET INSTITUTI.

12 MAII 1900.

Ad S. Francisci Salesii doctrinam, experientia et Ecclesiae judicio comprobatam,

ut vitae normam assumendam, opportune mulieres se in coetum adunant.

Constat hujusmodi instituta florere.

Quapropter gratulamur tibi,

propositum tuum laudamus

et benedicimus.

QUANTUM ad mores rite formandos et ad christianam sapientiam animis inserendam scripta Francisci Salesii hortationesque valeant, non experimento solum trium saeculorum luculenter patet, verum etiam Ecclesiae iudicio, quae sanctum Antistitem Doctoris titulo honestandum existimavit. Quamobrem opportuno plane consilio excogitatum fuit, catholicas mulieres in coetum colligere ut, ad Salesii normas, nullo quamvis votorum vinculo, pro suo quaeque statu, christianas virtutes adipisci studeant seseque caritatis operibus strenue impendant. Ex litteris autem, quas Nobis exhibuisti, Antistitum Parisiensis et Lugdunensis aliorumque quamplurium Episcoporum, novimus libenter institutum istud adeo, favente Deo, floruisse, ut non in Gallia modo sed in aliis etiam regionibus et apud barbaras gentes, non sine egregio emolumento, propagatum sit. Gratulamur igitur tibi, dilecta Filia, quae coetum moderaris, eidemque coetui universo, ac peramanter hortamur ut coeptis naviter insistatis; nihil enim Nobis optatius est, quam ut virtutes christiano nomine dignae ubique excolantur, et caritas in omne miserorum genus latius usque vigeat. Id vero ut feliciter assequamini, tibi et coetui, cui praees, Apostolicam benedictionem, testem benevolentiae Nostrae et munerum divinorum auspicem, libentissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XII Maii MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

ALLOCUTIO

Habita in Consistorio die XVII Maii MCM.

DE CANONIZATIONE

BEATI JOAN. BAPTISTAE DE LA SALLE

ET BEATAE RITAE A CASSIA

PROXIME HABENDA.

17 MAII 1900.

Omnibus praeambulis rite peractis,

QUOD superiore mense susceptum institutumque hoc ipso loco negotium fuerat, eius hodie in extrema parte exituque versamur. Beati Ioannis Baptistae De la Salle beataeque Ritae a Cassia comprehendere animo speciem atque imaginem commode potuistis, propterea quod de vita moribusque eorum, de recte factis, patratisque rerum miraculis relatum fuit ad Consistoria superiora accurate ac distincte. Habetis praeterea commentarios in manu, quibus summatim quidem, ut assolet, sed magna cum fide mandata ea sunt quae in apertum protulit caussae cognitio diuturna ac diligens. — Reliquum igitur est consultare hodierno die, faciendumne sit ut ad honores cultumque caelitibus sanctis debitum, tradito a patribus ritu, evehantur. Non levis diiudicatio, uti perspicitis. Duo enim aguntur, quae ipsius sanctitatem fidei intima necessitudine attingant : alterum, ut sententia de civibus Ecclesiae triumphantis feratur; alterum, ut exemplaria proponantur populo christiano, quibus vitae rationem moresque suos conformare securus possit. Quid isto gravius, quid augustius munere? In quo nimirum mirabiliter elucet summi rectoris et domini IESU CHRISTI auctoritas pariter ac benignitas. Ab eo enim sunt tam eximia beneficia atque ornamenta profecta : is est, qui Ecclesiae suae impertivit et inexhaustam ad gignendas virtutes fecunditatem et magnificam ad aestimandas honorandasque potestatem. Iam ergo quaerimus ex Vobis singulis, de proposita caussa quid censeatis.

manet ut canonizatio habeatur.

Res est gravissima utpote connexa cum fide,

necnon cum auctoritate et benignitate Jesu Christi.

(S. R. E. Cardinalium sententiae)

Assentientibus S. R. E. Cardinalibus decretum est rem exsequi.

Tum Sanctitas Sua:

Placere Vobis videmus, quae Nostra item sententia est, ut beatus Ioannes Baptista De la Salle et beata Rita a Cassia honoribus caelitum sanctorum rite afficiantur. Decretum est rem exequi: executuri autem sumus idque solemnibus caerimoniis ad aedem Vaticanam Principis Apostolorum die huius mensis vicesimo quarto, sacro ob memoriam IESU CHRISTI Domini nostri caelum ascendentis. Petimus interim ut consilium propositumque Nostrum commendare bonitati divinae, orando atque obsecrando, velitis.

EPISTOLA

Ad Ioannem Guibert, Presbyterum Sulpicianum

Praesidem seminarii ad Institutum catholicum

Parisiis.

DE CONSCRIPTA HISTORIA SANCTI JOANNIS BAPTISTAE DE LA SALLE.

31 MAII 1900.

PER hosce dies, quibus caelitum sanctorum honores Ioanni Baptistae De la Salle solemni ritu decrevimus, opportunum gratumque donum redditum est abs te, historia eius nove confecta. — Virum de recta et christiana popularium institutione perquam optime meritum, cuius instituta et benefacta perennant lateque propagantur, sane decebat exculto scribendi genere atque monumentorum copiâ exquisite perpensa illustrari. Quod quidem Nos tibi gratulantes, valde optamus ut qui librum tuum perlegerint, non eum tantummodo ferant fructum ut Deum collaudent, plane admirabilem in Sanctis suis, sed etiam documentum inde capiant atque incitamentum. Ediscant quemadmodum aetati tenerae et improvidae, in qua domesticae et civilis societatis alitur spes, culturam ingenii maximeque animi oporteat adhiberi : et quoniam temporum corruptelis patet illa tam misere, probe intelligant curis omnibus enitendum esse ut evadat incolumis, ac summo bonorum, cui nata est, non indigna succrescat. — Egregii laboris sanctus ipse De la Salle tibi reservet praemium ; atque ipse veterem illam necessitudinem cum Societate Sulpiciana, quam epistola tua pie commemoravit, caelestibus muneribus uberiorem in dies efficiat. Interea habe testem gratiae et benevolentiae Nostrae Apostolicam benedictionem, quam eidem pariter Societati peramanter impertimus.

Peropportune in lucem editur historia S. J.-B. De la Salle, viri hac praeclara tua illustratione dignissimi.

Utinam liber legentes excitet ut curam impendant juventuti.

Proficiat tibi atque Societati Sulpicianae.

Benedictio.

Datum Romae apud S. Petrum die XXXI Maii MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Stanislaum Tarnowski com. Lycei Magni Jagellonici rectorem Cracoviae

OCCASIONE QUINTI AB INSTAURATA UNIVERSITATE SAECULI.

31 MAII 1900.

Laudat Pontifex antiquam et praesentem Lycei cum S. Sede unionem.

LYCEUM magnum Cracoviense, abhinc quingentis annis in decus Polonae gentis conditum, ea semper laude praestitit, quod ab Apostolicae Sedis auctoritate discesserit nunquam; quo factum iure, ut a Romanis Pontificibus et benevole haberi semper et cumulari muneribus mereretur. Hanc autem in vobis nunc etiam vigere laudem, testes sunt litterae, quas a te et a Quatuorviris singularum disciplinarum studiis moderandis nuper accepimus. Nam quum in eo iam sitis, ut quintum ab instaurata Universitate saeculum, feliciter impletum, laetitiis publicis gratulemini; placuit huius vestrae celebritatis Nos admonere, ut, bene vobis precantes, commune simul gaudium atque animos augeremus ad ampliora in posterum perficienda, in iuventutis vestrae ad omnem sapientiam eruditionem. Habetote igitur et gratias de officio praestito et de merita iucunditate gratulationem. Tibi vero et universo doctorum coetui nec non auditoribus singulis, qui in spem religionis ac patriae educuntur, Apostolicam benedictionem, Nostrae caritatis pignus ac munerum divinorum auspicem, peramanter in Domino impertimus.

Congaudet, animos addit

et benedicit.

Datum Romae apud S. Petrum die XXXI Maii MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Cardinalem Ferrari, Archiepiscopum Mediolanensem.

NON EXPEDIT INTERESSE COMITIIS AD ORATORES POPULI ELIGENDOS.

8 IUNII 1900.

Laudat Pontifex Antistitum observantiam in S. Sedem,

QUAS tu ceterique Provinciae Antistites ad Nos communiter dedistis litteras post Rhaudiensem conventum, magna animi voluptate perlegimus. Fuerunt nimirum illae praeclarum argumentum tum observantiae qua desideriis Nostris obsecundatis, tum studii, quo utilitates vestrarum ecclesiarum provehitis assidue. Quod quidem studium eo cumprimis adhiberi exoptamus ut maximi obedientiae officium a fidelibus fiat erga Sedem hanc Apostolicam. Doluimus enim fuisse quosdam ac porro esse, qui catholicis suadere sint ausi ut decretum posthabeant, quo Nos iamdiu ediximus non expedire interesse comitiis ad oratores populi eligendos. Hi sane Nostra et Sedis Apostolicae conditio quae modo sit vel omnino ignorant vel, contra officium, praetereundum existimant. Instent igitur ac perficiant Episcopi ut mandatis hisce Nostris pareatur sancte; quae enim suaserunt rationes et maximi momenti sunt et integrae adhuc vigent, neque adiunctis ullis extenuantur. — Nil plane dubitandum quin Deus industrias vestras sit amplissime fortunaturus. Ut tamen caelestia munera vobis gregibusque vestris uberius conciliemus, Nos gratias de officio vestro agentes, tibi ceterisque Episcopis ac fidelibus cuique creditis Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

necnon zelum in populum, qui utinam, abstineat a comitiis ad oratores populi eligendos.

Fructum monitionis sperat et benedicit.

Datum Romae apud S. Petrum die VIII Iunii MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

DECRETUM

QUO EPISCOPALES SEDES POPAYANENSIS ET CARTHAGINENSIS IN COLUMBIANA REPUBLICA ARCHIEPISCOPALI TITULO ET DIGNITATE AUGENTUR.

20 IUNII 1900.

Propter locorum necessitates, multiplicatis jam dioecesibus, archiepiscopales sedes novae creari postulantur.

In votis fuit semper Apostolicae Sedis ut in Columbiana Republica numerus Sedium Episcopalium augeretur, uti bono spirituali eorum fidelium meliori modo quo fieri posset consultum esset; cum ingens territorii amplitudo, progredientia civium incrementa, et incommodi inter civitates aditus, plures stationes, et vigilias custodum christianae vitae et disciplinae necessario requirant. Hanc ob caussam numquam omisit Apostolica Sedes opportunis uti occasionibus, quae sese obtulerunt, ad novas dioeceses in Columbiana regione erigendas, uti recenter hisce temporibus effectum est, duabus novis Episcopalibus sedibus de Manizales et Ibaguensi constitutis. Iamvero hac accessione Episcopalium sedium tresdecim modo in Columbia dioeceses numerantur, quae iuri metropolitico Archiepiscopi Bogotensis subiiciuntur. Ast aucto Suffraganearum sedium numero necessitas quoque oborta est, ut Metropoliticae Sedes augeantur, ut facilior Episcopis ad suum Archiepiscopum pateat accessus, atque inde caussae ecclesiasticae, praesertim vero matrimoniales, expedite discuti ac resolvi possint, in quibus dilatio quaeque et cunctatio spiritualibus damnis saepe occasionem praebere potest.

Debitis consultationibus institutis, decretum erectionis jam prodit.

In hoc autem rerum statu, exquisita, ut par erat, per Officium Sacrae Congregationis negotiis Ecclesiae extraordinariis pertractandis praepositae, Archiepiscopi Bogotensis sententia, qui pro sua parte aperte declaravit, sese perspecta Ecclesiae utilitate, et spirituali fidelium bono, propositae provinciae suae divisioni, et novarum Archiepiscopalium sedium erectioni assensum praebere, de hisce

omnibus plena et accurata relatio ad Sanctissimum Dominum Leonem XIII Pontificem Maximum habita est, eique supplicatum, ut in hoc negotio quidquid in Domino expediens esse censeret, sua suprema auctoritate decerneret. Sanctitas Sua, rebus omnibus mature perpensis, attenta spirituali utilitate fidelium Columbianae regionis, rei propositae libenter annuit, et suppleto, quatenus opus sit, quorumcumque interesse habentium vel habere praesumentium consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine ea quae sequuntur statuit atque decrevit.

20 IUNII 1900.

I

Primum itaque Sanctitas Sua secum reputans Episcopales sedes Popayanensem et Carthaginensem Indicam, ceteris in Columbia antiquitate praestare, ac perpendens religiosa ac civilia decora et ornamenta queis fulgent, utramque praedictam Episcopalem Ecclesiam Popayanensem et Carthaginensem Indicam, a iure Metropolitico Ecclesiae Archiepiscopalis Bogotensis apostolica auctoritate exsolvit ac eximit, et utramque sub eodem titulo quem praeseferunt, ad dignitatem Archiepiscopalem et Metropolitanam extollit ac erigit, et Antistites Popayanensem et Carthaginensem in Columbiana regione Archiepiscopos et Metropolitas constituit cum Pallii et Crucis Archiepiscopalis usu, aliisque omnibus praerogativis et privilegiis, quibus Archiepiscopi et Metropolitae legitime fruuntur et gaudent.

II

Duabus autem praedictis Archiepiscopalibus Ecclesiis constitutis, Sanctitas Sua firmum ratumque decernens ius Metropoliticum Archiepiscopalis Ecclesiae Bogotensis quoad Episcopales Ecclesias Tunquensem, de Succursu, Pampilonensem, Medellensem, Antioquensem, eidem Bogotensi Episcopalem Ecclesiam Ibaguensem, noviter erectam, uti Suffraganeam adiungit et subiicit.

III

Deinde Sanctitas Sua ab iure Metropolitico Ecclesiae

Bogotensis Episcopales Ecclesias de Pasto, de Panamá, et Sanctae Marthae exsolvit et eximit; et Archiepiscopali Ecclesiae Popayanensi ut supra constitutae, Episcopales Ecclesias de Pasto, de Garzón ex suppressione Dioecesis Tolimensis noviter erectam, nec non aliam novae erectionis de Manizales, in Suffraganeas addicit et assignat. Archiepiscopali vero Ecclesiae Carthaginensi Episcopales Ecclesias de Panamá et Sanctae Marthae in Suffraganeas assignat ac subiicit.

IV

Decrevit Sanctitas Sua Ecclesias Popayanensem et Carthaginensem in Indiis ad dignitatem Metropolitanam erectas taxari utramque seorsim in aureis florenis de Camera sexaginta sex cum tertia floreni parte, et in libris Camerae Apostolicae has taxas de more describi.

V

Denique Sanctitas Sua ad praemissorum effectum, derogato quatenus opus sit in contrarium facientibus quibuscumque, in Executorem huiusce Consistorialis Decreti, perinde valituri, ac si Apostolicae litterae sub plumbo expeditae fuissent, deputavit R. P. D. Antonium Vico, Archiepiscopum titularem Philippensem, Delegatum Apostolicum et Legatum Extraordinarium apud Rempublicam Columbianam, cum facultatibus necessariis et opportunis, etiam subdelegandi aliam personam in ecclesiastica dignitate constitutam, nec non cum facultate eidem R. P. D. Archiepiscopo Philippensi, sive eius subdelegando etiam definitive pronunciandi super quacumque oppositione adversus praemissa quomodolibet oritura, iniuncta obligatione ad sacram Congregationem Consistorialem peractae executionis acta authentica transmittendi intra sex menses; ac praesens Decretum inter Acta sacrae Congregationis Consistorialis Sanctitas Sua referri mandavit.

Datum Romae, die XX Iunii, anno Domini MCM.

† CAROLUS PATRIARCHA ANTIOCHENUS.

S. C. Cons. *Secretarius*.

EPISTOLA

Ad Patriarcham, Archiepiscopos et Episcopos Graeco-Melchitas.

DE DISSIDIIS INTER IPSOS COMPONENDIS.

21 IULII 1900.

Pontifex nullum non movit lapidem in favorem Orientalium.

OMNIBUS compertum exploratumque est, Venerabiles Fratres, Nos, sub ipsa Pontificatus initia, ad christianas Orientis nationes oculos peramanter convertisse. Editis insuper nonnullis actis, praesertim Constitutione *Orientalium*, plura a Nobis sunt opportune declarata et decreta ad earumdem coniunctionem cum Petri Cathedra obstringendam, nec non ad reconciliationem dissidentium fovendam. Alias deinceps occasiones libenter nacti sumus actuosae benevolentiae erga catholicos orientales testandae, et nihil profecto antiquius, nihil sanctius habuimus, quam, animis cum Sede Apostolica obstrictis, adeo in eis ardorem excitare et fecunditatem fidei, ut ad maiorum excellentiam et laudem, renovatis exemplis, nitantur.

Memorat quid pro Graeco-Melchitis peregerit

Inter omnes vero orientales ecclesias, inclitam nationem et patriarchatum antiochenum graeco-melchitam singulari prorsus benevolentia prosequuti sumus et prosequimur. Etenim, ut pauca tantum nunc commemoremus, optime nostis, Venerabiles Fratres, Nos inde ab anno MDCCCLXXXII Seminarium in urbe Ierosolymitana pro Graeco-Melchitis instaurasse, eique Missionales Algerinos praefecisse. Praeterea plures alumnos ex eadem natione graeco-melchita, Nostris expensis, Romae in Athanasiano Collegio instituendos curamus, ut ad fontem ipsum catholicam veritatem hauriant, et unitatis centrum, quod in Sede Apostolica divinitus constitutum est, venerari coram atque adamare adsuescant. Denique, anno MDCCCXCIV, uti ex eadem Constitutione *Orientalium* eruitur, Patriarchae graeco-melchitae

iurisdictionem tribuimus in eos quoque fideles eiusdem ritus, qui intra fines turcici imperii versantur.

Nostrae Benevolentiae non fuistis indigni;

Paternae huic benevolentiae erga nationem graeco-melchitam apte respondisse religiosam vestri Ordinis operam libenter testamur; tum ob sedulitatem, qua, in sollicitudinis Nostrae partem vocati, ministerio vestro fungi studetis, tum ob industriam qua commissi gregis incolumitati prospicitis. Etsi vero haec omnia non sine vestri Ordinis laude commemoremus, dissimulare tamen non possumus, tristitiam qua affecti sumus, cum leves quasdam dissensiones inter vos nuper exortas noverimus. Huiusmodi dissidium, favente atque opitulante Dei gratia, componere potuimus; quum enim plures ex vobis, qui elapso mense Romam petierunt, hortationibus Nostris laudabiliter obtemperaverint,pax et concordia illico restituta est. Nunc vero ad hanc animorum consensionem firmandam tria potissimum per praesentes Litteras declaranda censuimus.

sed tristes fuerunt dissensiones, compositaequidem nunc, sed de quibus statuere placet:

1. De modo agendi Patriarchae cum Episcopis;

I. Quoad Patriarchalia iura, privilegia, munera, praerogativas nihil detractum volumus aut imminutum; simul tamen Venerabilem Fratrem Nostrum Patriarcham Antiochenum Graeco-Melchitam enixe rogamus, ut eiusdem nationis episcopos, *quos Spiritus sanctus posuit regere Ecclesiam Dei*, ea qua par est, reverentia prosequatur et fraterna caritate complectatur, iuxta beati Petri Principis Apostolorum praeceptum: *Neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo* (1); cui consonant praeclara Bernardi verba: *Magis agat caritas, quam potestas.*

2. de modo agendi Episcoporum cum Patriarcha;

II. Praeterea episcopos omnes eiusdem nationis monemus, ut praelaudato Patriarchae tamquam legitimo Praesuli honorem et obsequium exhibeant, debitamque obtemperationem praeseferant; quod si quaedam suboriatur inter ipsos controversia, eam primum Patriarchae iudicio demisse subiiciant: si vero rem dirimi non eveniat, ad Sedem Apostolicam reverenter deferatur.

3. de celebranda synodo nationali.

III. Ad praecavendas futuras iurium contestationes, optime valitura est Synodi Nationalis celebratio. Quocirca,

1. *I Pet.*, v, 3.

quemadmodum alias vobis commendavimus, ita nunc per praesentem epistolam praecipimus ut huiusmodi Synodus quantocius convocetur, in qua de iuribus Patriarchae et Episcoporum, de recta fidelium administratione, de cleri disciplina, de monachorum vel aliis piorum institutis, de missionum necessitatibus, de cultus divini decore, de sacra liturgia, de cognatisque agatur rebus, quae diligenter cautissiméque sunt reputandae ad maiorem Dei gloriam procurandam et Ecclesiae graeco-melchitae splendorem augendum. Uti penes alias orientales ecclesias Synodi nationalis celebratio maximo fuit emolumento pro negotiis componendis et ecclesiastica disciplina instauranda, ita vestrae Ecclesiae ex legum scriptarum elucubratione et promulgatione praeclaros fructus profecturos, Nobis iure merito pollicemur. *21 IULII 1900.*

Tandem monet de concordia servanda,

Nunc vero, antequam finem praesentibus litteris imponamus, intimo Nostri cordis affectu vos hortamur et obsecramus, ut quotidie magis arctissimo caritatis foedere devincti, *solliciti sitis cum omni humilitate et mansuetudine servare unitatem spiritus in vinculo pacis.* Nemo enim vestrum ignorat quantopere ad totius Ecclesiae bonum et ad reconciliationem dissidentium fovendam intersit, animorum, voluntatum et sententiarum concordia. Quapropter certa Nobis spes est, Venerabiles Fratres, futurum ut vos paternis hisce monitis, desideriis, postulationibus libentissime obsequentes, dissensionum germina radicitus evellere ac ita gaudium Nostrum implere velitis, omnesque gravissimi vestri muneris partes obire ad consummationem sanctorum in aedificationem corporis Christi. Persuasum vobis sit, deliberatum esse Nobis ea omnia praestare, quae ad maiorem Ecclesiae graeco-melchitae utilitatem pertinere posse noverimus. Interim in humilitate cordis Nostri Deum oramus et obsecramus, ut caelestium charismatum copiam vobis propitius largiatur. Ac divini praesidii auspicem et flagrantissimae illius, qua vos in Domino amplectimur, caritatis testem, Apostolicam benedictionem vobis, Venerabiles Fratres, cunctisque clericis laicisque fidelibus graeco-melchitis peramanter impertimus.

et benedicit.

Datum Romae apud S. Petrum die XXI Iulii MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Episcopum Assisiensem.

DE SOLEMNIBUS ANNO 50mo AB INVENTO S. CLARAE CORPORE PERAGENDIS.

PRAESTANTIAM Assisiensis urbis, a beatissimo Francisco partam, eo vel amplius commendat Clarae nomen et virtus, quae prima extitit eiusdem patris alumna, virginalis sanctimoniae cultrix eadem et fautrix eximia. Recteque nunc coniuncta civium piorum studia, te praeeunte, in id calescunt ut tantae Virgini insignes quidam honores habeantur, quum quinquennia explentur dena ex quo sacrum eius corpus inventum feliciter est. Qua oblata Nobis opportunitate, libens animus ad Umbriam revolat dilectissimam, maxime quia illud ipsum factum non modo intima recordatione inhaeret, sed etiam veluti praesens ante oculos obversatur. Nam in corona Episcoporum quos Antistes Assisiensis, ad fidem rei celebritatemque augendam, ex finitimis urbibus humaniter advocarat. Nos quoque adfuisse gratiam Deo profitemur. — Solemni ritu, cum delecto sacerdotum et civium comitatu ventum est ad Clarae templum : in cuniculum sub ara maxima alte defossum succedimus; ad permunitum loculum adstamus venerabundi. Eo coram recluso, tam diu desideratae patescunt exuviae, dormientis in modum cum lauro compositae suaviterque circum halantes. Tum nobis singulariter contigit, laboriosum id quidem sed quam gratissimum, ut pretiosas eas margaritas Nostris ipsi manibus ad unam e loculo colligeremus, digniore in arca recondendas. Praescriptis quae oportebat legitime perfectis, thesaurus ipse rite profertur, arae impositus ornatissimae ; ad eum omnium oculi cupide convertuntur et vota : qui demum per urbem, faustitatis auspex, circumlatus est pompa maxime splendida : quanto quidem cum gaudio et Nostro et omnis cleri populique confertissimi, dici vix

2 AUGUST. 1900.

Sancta Clara qua, una cum S. Francisco, civitas Assisiensis illustratur,

merito hac occasione colitur.

Pontifex partes, quas ipse ante 50 annos habuerit in solemnitatibus inventionis S. Clarae, fuse describit.

Tum praeterita tum futura solemnitas tendat in honorem gloriosae Virginis necnon in incitamentum fidelium.

potest. — Hac tota in re admirari sane licuit peramans Dei concilium, tum ut humillimae fidelissimaeque Virginis in opinione et spe hominum accresceret gloria, tum etiam ut ex ossibus eius, quasi pullulantibus de loco suo, late efflaretur bonus odor Christi, generosae virtutis incitamentum. Adsimiles plane fructus optari atque expectari par est ex festa memoria facti proxime renovanda. Clarae conciliatricem ad Deum gratiam, quotquot pie imploraverint, in primisque cives sui, abunde sentiant; exemplumque eius salubriter moneat, tam molli praesertim saeculo, quanti sit et quam beatum, ex caducis rebus assurgere, humilem sequi Christum, animose crucem eius amplecti.

Laudat Pontifex praesulis solertiam,

Itaque tuam, Venerabilis Frater, sollertiam eiusque pariter coetus qui sacris istis solemnibus apparandis dat tecum operam, merita laude ex animo honestamus: communes curas secundus exitus compleat. —

ac propriam benevolentiam profitetur in Clarales

Nos autem, qui, pro veteri benevolentia erga istud virginum Claralium coenobium, tutelam eius Nobismetipsis propriam iampridem voluimus, eumdem peculiarem animum hac praeclara occasione prorsus confirmamus: simul

ad quas hortamenta et vota dirigit

ipsas hortamur ut sanctae Matris legiferae vestigiis religiosissime insistentes, ad institutam perfectionem alacriore in dies proposito pergant, et Patris caelestis clementiam in prodigos errantesque filios exorare ne cessent. Placet porro donum adiicere, Nostrae in Claram pietatis testem mansurum; quod ipsa excipere velit perbenigna, et canitiem Nostram in mediis iactatam fluctibus praesenti ope iuvare. Iamvero accedat divinorum munerum copia per

nec non benedictionem.

Apostolicam benedictionem, quam tibi, Venerabilis Frater, et clero atque eisdem devotis virginibus omnique populo tuo amantissima voluntate impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die II Augusti MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Hippolytum Feher, Archiabbatem Congregationis Benedictinae in Hungaria.

DE VITA RELIGIOSA IN HUNGARIA ANTE NOVEM SAECULA RECOGNITA.

6 AUGUST 1900.

PERACTA haud ita pridem celebritate anni millesimi a constituta re hungarica, opportune cadit, ut nonum conficiatur saeculum, ex quo christianae sapientiae in Hungaris professio primum reverentiam auctoritatis publicae debitamque legum tutelam feliciter assecuta est. Commoda enim sese dat occasio expressius commemorandi, quam recte provisum fuerit dignitati et saluti civitatis, quamdiu instituta omnia publica sanctissimae religioni paruerunt : quae quidem commemoratio mirum quantum ad eos redarguendos valet, qui civitatem usquequaque vellent hodie religionis exsortem. Optimo igitur consilio visum est Venerabilibus Fratribus istic Episcopis occasionem huiusmodi oblatam non praetermittere, et auspicati eventus memoriam, accommodate ad horum calamitates temporum, recolere. — Novimus autem peculiarem quamdam et propriam communis istius faustitatis partem ad vos, alumnos Benedicti Patris, pertinere. Locuples historia testis, industriae et laboribus maiorum vestrorum non postremo tribuendum loco, quod fides catholica altas in gente Hungarorum egerit radices lateque creverit. Itaque probamus admodum, quod iidem sacrorum Antistites datis ad te, dilecte fili, communiter litteris honorificentissimum de ordine vestro iudicium his ipsis diebus fecerunt. Verum recordatio haec vestra domesticarum laudum ne publicae sit utilitatis vacua, magnopere velimus, ut magis magisque benemerendi de religione patriaque studium in vobis acuat. Videtis ipsi quantis invidiae telis obnoxia apud multos sit catholica fides, prorsus ut non minore virtute opus esse videatur ad retinendam, quam olim

Memorat Pontifex recognitionem vitae religiosae ante 9 saecula factam

necnon beneficia quae ex religione in civitates dimanant ;

igitur merito haec memoria recolitur.

Agnoscit Pontifex laudem praecipuam esse apud Benedictinos,

quos ad majora stimulat :

tempora sunt asperiora ;

ergo nullo modo populo desint. ad serendam propagandamque fuerit. Quare agite, dilecti filii; et Hungariae, quod vetus instituti vestri ratio postulat, catholici nominis gloriam tueri voce, scriptis, exemplo vitae, quantum est in vobis, contendite. Auspicem caelestium munerum et benevolentiae Nostrae testem, tibi *Benedictio.* tuisque sodalibus universis Apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die VI Augusti MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad electum Archiepiscopum Salisburgensem.

DE UNIVERSITATE CATHOLICA ERIGENDA.

17 AUGUSTI 1900.

Jam olim egimus de hac erectione

Ad Franciscum Albertum, tunc temporis Salisburgensium Antistitem, litteras dedimus die IV Martii anni MDCCCLXXXV, quibus Comitiorum Ducatûs istius decretum laudabamus, Lycei magni, istic per duo ferme saecula olim florentis, instaurandi. Eius enim decreti occasione, praestantium virorum coetus est constitutus, qui liberam catholicamque Universitatem studiorum in civitate vestra erigendam curarent: utilissimum sane opus tum rei religiosae, tum publicae. Nunc autem susceptae provinciae nec memorati coetus diligentias defuisse, nec spem fausti exitus deesse libenter novimus. Nam ex data nuper epistola comperire licuit, industriis vestris non mediocrem pecuniae vim operi exequendo fuisse collatam. Ast avet animus rem quantocius perficere. Quamobrem, ad tollendas moras, expeditiorem viam inire vobis visum est: ut videlicet, per universum Austriae imperium, praecipue vero per ecclesiasticas provincias Vindobonensem et Salisburgensem, certam sed perexiguam stipem singuli fideles conferant; qua per quinquennium tributa, ea colligatur pecuniae quantitas, quae par omnino sit operi. — Nos, quibus cordi est summopere Lyceum magnum Salisburgense fundari quamprimum ac dedicari, consilium hoc vestrum expediendae rei probamus plane et commendamus. Venerabiles vero Fratres, praedictarum dioecesium Episcopos, vehementer hortamur ut populum de condendi Instituti utilitate doceant, omnesque excitent ad conferendam pro viribus operam. Tibi autem et universis qui coeptis vestris obsecundabunt Apostolicam benedictionem, Nostrae caritatis testem ac munerum divinorum auspicem, amantissime impertimus.

ad quam parandam coetus constitutus fuit cum spe successus.

Ut res quantocius perficiatur modus colligendae pecuniae probatur.

Sequitur monitum practicum

et benedictio.

Datum Romae apud S. Petrum die XVII Augusti MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Archiepiscopum Dubuquensem.

DE MODO AGENDI IN STATIBUS FOEDERATIS AMERICAE.

18 AUGUSTI 1900.

Episcopus, cujus laus describitur,

COMMENDATIONEM quam pro translatione tua a titulo Damasceno ad sedem Dubuquensem sacrum Consilium christiano nomini propagando Nobis exhibuit, libenter excepimus, eidemque ex animo adhaesimus: compertam enim habemus quum singularem qua praestas ingenii laudem, tum spectatam animi virtutem qua exornaris. Verum episcopale munus te iterum in Foederatis Civitatibus Americae Septentrionalis capessentem latere non potest, multis de caussis, quas Nos in Nostris litteris ad Cardinalem Archiepiscopum Baltimorensem anno superiore datis attigimus, fidelium pietatem in discrimen vocari, quod ut caveatur, omni sane ope adnitendum est. Duo autem potissimum ingravescentibus malis remedia suppetunt saluberrima: provehere videlicet catholicas scholas, in quibus puerorum animi christiana disciplina germanaque fide imbuantur; et alumnos sacri cleri ad mores sacerdote dignos et ad scientiam opportunam pietatemque instituere, ut forma dein facti gregis, fidelibus in exemplum praeluceant. Haec te alacriter praestiturum probata voluntas tua certos Nos facit; nec dubitamus quin ad gliscentes istic errores discutiendos et animorum coniunctionem cum hac infallibili veritatis Cathedra fovendam, pro tuo religionis studio sis totis viribus adlaboraturus. Quod ut uberius cedat, Apostolicam benedictionem, Nostrae caritatis testem, amantissime tibi in Domino impertimus.

monetur: I de cura adhibenda 1° scholis puerorum,

2° educationi cleri;

II de erroribus exstirpandis et unione cum S. Sede servanda.

Benedictio.

Datum Romae apud S. Petrum die XVIII Augusti MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Cardinalem Vicarium.

DE HAERESEOS PROPAGATIONE IN URBE

Signor Cardinale,

19 AUGUSTI 1900.

Memorat Pontifex se alias jam hoc periculum attigisse.

GIA fin da gli esordi del Nostro Pontificato Noi dovemmo additare come uno dei danni più deplorevoli che il mutato ordine di cose portò a questa Capitale del mondo cattolico, l'attivo proselitismo dell'eresia ed il conseguente pericolo a cui veniva esposta la fede del Nostro popolo. E su tale proposito rivolgendoci al Nostro Cardinale Vicario, venimmo ripetutamente impartendo ai fedeli esortazioni, consigli ed avvertimenti, ponendoli in guardia contro i molteplici tentativi, che sètte di ogni genere, venute da estranee contrade, andavano qui facendo, sotto la tutela delle pubbliche leggi, per spargere nelle anime credenti il veleno della negazione e dell'errore.

Efficax fuit appellatio, at, invalescentibus hostibus, exhortatio reiterari debet.

Ma se da un lato siamo lieti di riconoscere, che la Nostra parola, avvalorata da cure non interrotte, non fu priva di buoni risultati ; dall'altro siamo costretti di confessare, che raddoppiata, pei potenti aiuti che loro giungono dal di fuori, la pertinacia dei nemici della cattolica religione, il male lungi dal diminuire andò aumentando, specialmente in questi ultimi tempi. Ci è quindi necessario, Signor Cardinale, di tornare su questo penoso ed importante argomento, che si connette tanto intimamente coi diritti e coi doveri del Nostro Apostolico Ministero e coll' amore tenero e paterno che portiamo alla Nostra popolazione di Roma.

Jam discordia seminatur in ipsa Urbe, quae ut unionis centrum a

È ormai noto ad ognuno per l'evidenza dei fatti, che il disegno concepito da sètte eretiche, emanazione multiforme del protestantesimo, è quello di piantare il vessillo della discordia e della ribellione religiosa nella Penisola, ma soprattutto in quest'alma Città, nella quale Dio stesso, con

Deo constituta et a pontificibus servata fuit.

ammirabile disposizione di avvenimenti, fondò il centro di quella feconda e sublime unità, che fu l'oggetto della preghiera rivolta dal nostro divin Salvatore al suo Padre celeste [1] e che i Papi conservarono gelosamente anche a prezzo della loro vita, e malgrado le opposizioni degli uomini e le vicende del tempo.

Destructa jam alibi fide, en in Urbe nullum non movent lapidem ut religionem aboleant.

Dopo aver distrutto nelle rispettive loro patrie, con discordi ed opposti sistemi, antiche e venerate credenze, che formavano parte del sacro deposito della rivelazione ; dopo avere infuso nelle anime dei loro seguaci l'alito glaciale del dubbio, della divisione e dell'incredulità ; rovina immensa, che noi deploriamo e compassioniamo dal fondo del cuore, ravvisando in tutte quelle creature i figli dell'istesso Padre ed i redenti coll'istesso Sangue: le sètte ansidette si sono introdotte in questa vigna eletta del Signore allo scopo di continuarvi la loro opera distruggitrice e funesta. Nè potendo contare sulla forza della verità, esse traggono profitto, per ispegnere od almeno comprimere nelle anime la fede cattolica, dalla indifesa tenerezza degli anni, dalla insufficienza della coltura, dalle distrette dell'indigenza, dalla semplicità di molti, accessibile alle lusinghe, agli allettamenti, alle seduzioni.

Lugenda est conditio Summi Pontificis qui haereticis, falsas doctrinas et in S. Sedem calumnias impune spargentibus, obstare nequit.

Di fronte a questo fatto, Noi sentiamo, innanzi tutto, il bisogno di dichiarare pubblicamente, come già facemmo altra volta, quanto sia penosa la condizione fatta al Capo della Chiesa cattolica,costretto a rimirare il libero e progressivo sviluppo dell'eresia in questa Città santa, dalla quale deve spandersi in tutto il mondo la luce della verità e dell'esempio e che pure dovrebbe essere la sede rispettata del Vicario di GESÙ CRISTO. Come non bastasse a corrompere la mente ed il cuore del popolo il torrente di malsane dottrine e di depravazione, che irrompe, giornalmente ed impunemente dai libri, dalle cattedre, dai teatri, dai giornali, doveva aggiungersi a tutte queste cause di pervertimento l'insidioso lavoro di uomini eretici, i quali in lotta fra loro, si trovano solamente d'accordo nel vilipendere il supremo

1. *Ioann.*, XVII, 11, 21.

Magistero pontificio, il Clero cattolico e i dommi della Nostra santa religione, dei quali non comprendono il significato e molto meno l'augusta bellezza. Ond'è che i fedeli, i quali da tutte le regioni, anche più remote, affluiscono peregrinando in Roma per trovarvi conforto alla loro pietà ed alla loro fede, debbono rimanere profondamente rattristati nel vedere invaso questo suolo, bagnato dal sangue dei martiri, da sètte di ogni specie, intente unicamente a svellere dall'anima del popolo quella Religione, che pur venne dichiarata religione dello Stato, e che forma l'oggetto precipuo del loro amore e del loro culto.

19 AUGUSTI 1900.

Ella comprenderà facilmente, Signor Cardinale, quanto siffatto stato di cose sia doloroso al Nostro cuore e quanto vivo il Nostro desiderio di vedere addottati opportuni rimedi, che valgano, se non a togliere interamente il male, almeno a mitigarne la gravità e l'asprezza. Ed è perciò che Ci furono di non lieve conforto la fondazione di un'Opera egregia, a cui Noi stessi demmo ispirazione ed impulso, che si intitola dalla Preservazione della Fede, e più ancora i soddisfacenti risultati ch'essa ha incominciato ad ottenere mediante lo zelo infaticabile di quei che la dirigono e che ne fanno parte.

Laudatur opus cui nomen de praeservanda fide,

Noi vogliamo, Signor Cardinale, contando sulla sua nota e solerte operosita, che quest'opera salutare, tanto adatta al presente bisogno, si sostenga, si rafforzi e si propaghi fino a costituire una difesa efficace e gagliarda contro l'indicato pericolo. Ad essa deve arrecare un valido e costante apoggio, in primo luogo il Clero parocchiale di Roma, quel clero laborioso, zelante e modesto, al quale incombe principalmente la cura e la responsabilità della salute delle anime; ad essa deve pure aggiungere vitalità, forza ed estenzione il laicato cattolico di questa città, il quale è sempre pronto ad apportare il suo intelligente e caritatevole concorso ovunque lo richieda l'interesse della religione e il bene morale e materiale del prossimo.

quod extendendum est ope imprimis parochorum, et deinde laicorum Urbis.

A tutti poi sia cura di corroborare il carattere del popolo cattolico, ispirandogli nobili e santi propositi e prevenendo in pari tempo gl' incauti, che sotto le innocue apparenze di

Doceatur populus haereticorum pallia-

convitti per giovinetti, di educatori per fanciulle, di scuole di lingue estere, di aumento di coltura, di sussidî a famiglie indigenti si cela il reo disegno di insinuare nelle menti e nei cuori le massime riprovate della eresia. Che tutti i fedeli sieno penetrati di questa verità, che nulla vi può essere di più grande e de più prezioso che il tesoro di quella fede, per la quale i loro padri affrontarono impavidi, non solo privazioni e miserie, ma spesso persecuzioni violente e la stessa morte. E tale sentimento di fortezza non può essere che naturale e profondo nell'animo di questa Nostra popolazione, la quale ben sa, che la Chiesa cattolica non solo possiede note divine, che la distinguono come l'unica vera, l'unica che ha ricevuto le promesse di vita immortale ; ma ha pure versato, in ogni tempo, beneficî incomparabili su Roma, sull'Italia e sul mondo ; domando la barbarie con la giustizia delle leggi e la mitezza dei costumi ; estendendo, como ben dice san Leone Magno [1], il dominio della pace cristiana molto al di là dei confini esplorati dalle aquile romane ; salvando le lettere, le biblioteche, la coltura, i monumenti ; ispirando ogni ordine di scienze e di arti ; venendo in aiuto dei deboli, dei poveri, degli oppressi colla generosità degli affetti e colla magnanimità del sagrifizio e dell'eroismo.

tum consilium, fidei pretium, Ecclesiae catholicae veritatem necnon efficaciam quoad prosperitatem temporalem.

Nutriamo pertanto fiducia che niuno dei romani che sono i figli più privilegiati della Chiesa cattolica, vorrà mai, per qualsiasi umano interesse, separarsi da questa madre tenerissima, che dopo averlo partorito alla grazia, non ha cessato di circondarlo colle sue affettuose sollecitudini : come siamo altresì persuasi, che quei generosi cattolici, i quali fondarono e promossero l'opera mentovata della Preservazione della Fede, non si daranno nè tregua nè riposo finchè può pericolare la salute eterna anche di un'anima, sola, mostrando così col fatto, che se i nemici della religione sono più potenti per copia di ricchezze, essi li vincono per l'ampiezza della carità.

Utinam nemo spe rei temporalis seducatur, Utinam Catholici opere et charitate, saluti animarum invicti allaborent.

Auspice intanto del divino favore per ben condurre la gravissima impresa, impartiamo di tutto cuore a Lei, Signor

Benedictio.

1. *Serm.* I, in Natali sanctorum Petri et Pauli.

Cardinale, ai Promotori della pia Opera e a quanti la favoriranno l'Apostolica benedizione.

Dal Vaticano li 19 Agosto 1900.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Patriarchum Antiochenum Maronitarum.

DE MUTUA MARONITAS INTER ET SANCTAM SEDEM CONJUNCTIONE.

19 AUGUSTI 1900.

Gaudet Pontifex ex testimonio amoris erga S. Sedem quod more patrio exhibuerunt.

QUAM alte in Maronitarum gente radices egerit ac porro viguerit reverentia atque amor erga Apostolicam Sedem assidua praeteritarum aetatum testimonia demonstrarunt. Quamobrem iucundum quidem, non tamen mirum accidit quod tres nuper Episcopos ad Nos legaveris, qui litteras a te redderent obsequii plenas, et stipem offerrent, pietatis testem, ab universis collatam qui Libanum incolunt. Quem vero animum in Maronitarum Ecclesiam Nos vicissim geramus, ostendimus sane quum alumnis de gente vestra patere in Urbe sedes voluimus, aedibus aere Nostro coëmptis, ubi sacris imbuantur disciplinis apteque ad sacerdotium educentur. Id Nos institutum, pignus perpetuum benevolentiae eius, qua vos prosequuti sumus, carere effectibus providentiae Nostrae non permittemus. Quin his ipsis diebus redditus eius augendos voluimus, atque ita auximus, ut alumnorum numerus duplicari fere in posterum queat. Cuius expediendae rei sacro Consilio christiano nomini propagando negotium dedimus. Tibi interea, Episcopis et clero, nec non populo Maronitarum universo Apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Propriam in Maronitas sollicitudinem, praesertim ex seminario ipsis in Urbe aperto, ostendit.

Benedicit

Datum Romae apud S. Petrum die XIX Augusti MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Ioannem Baptistam Paganuzzi Com.

DE COMMENDANDA UNIONE IN ACTIONE CATHOLICA.

31 AUGUSTI 1900.

Recreatur Pontifex et spem concipit ex conventu cujus causam aperte probavit.

AD catholicorum conventum vobis proxime in Urbe celebrandum Noster festinat animus, malis fatigatus ruentis in exitum saeculi, cuius varie agitatum cursum pene totum, Deo sic volente, conspeximus. Recreat enim eorum cogitatio, quae ab Instituti vestri exordiis hucusque per vos acta sunt feliciter ad Religionis tutamen patriaeque salutem in gravi christianae reipublicae discrimine; quae quidem non habent solum praesentis laudis testimonium, sed auspicium etiam futurae utilitatis. Caussam dudum complexi estis Nobis et bonis omnibus gratissimam, cuius in dies acrius tuendae, non modo Decessor Noster Pius fel. rec. PP. IX, sed Nos ipsi auctores fuimus, qui operis vestri praestantiam Apostolicis litteris saepe comprobavimus. Latior autem virtuti industriaeque vestrae patebit campus hoc expiabili anno, e conspicuo profecto loco, ubi consilia de certis haud parvi ponderis negotiis estis habituri. Ex hac enim Urbe principe, tamquam ex arce mundi, clarius obversantur oculis multa, quae cogitanda vobis et apprime curanda videantur. Singulis igitur his in rebus naviter prudenterque tractandis nervos omnes contendetis, quos pluribus acuere verbis supervacaneum ducimus, rati non opus esse incitare currentes. Verum, quemadmodum in bene instructa acie non satis est ducibus milites habere ad praeliandum paratissimos, nisi dicto audientes iisdem sint, ita consociationis ratio, probe ac sapienter instituta, disciplinam singulorum concordiamque requirit. Magna enim vis est voluntatum in unum et idem conspirantium, diuturnoque usu comprobatur vetus illa sententia: « Concordia parvae res crescunt, discordia maximae dilabuntur. » Quamobrem haud mediocrem rem

Annus sacer ostendet campum latiorem industriae vestrae.

Ad successum requiritur:
I *unio inter milites et duces consociationis;*

II *obedien-*

actam arbitremini, si, opera vestra, quicumque pro optima caussa in Italia militant ordines, id est catholicae consociationes, vel etiam privatim agentes, Ecclesiae pastorum auctoritatem vereri solemne habeant ; si, remotis contentionibus, coetui vestro adhaereant, non specie tenus aut nomine, sed re in usum deducta, vosque, compacta veluti phalange, sectentur ; si denique coniunctis viribus, studiis, voluntatibus, iure sibi usurpare possint Pauli Apostoli verba : « Nunc autem multa quidem membra, unum autem corpus. » Haec vobis documenta etsi alias iam dedimus, iteranda tamen esse censuimus hoc maxime tempore, quo, aestuantibus animis, ipse ardor agendi nonnihil docilitati facile detrahit, sine qua nulla potest esse sancta societas. In caussam igitur incumbite, qui in Ecclesiae subsidium vocati estis ; flos catholicae Italiae, egregium immotae in Pontificem fidei retinete nomen, quod initio adscivistis, edituri fructus tali appellatione dignissimos. Ac fundamenta quidem iacta erunt totius operis, quum de vobis omnibus gloriari liceat Apostoli verbis : « Vestra obedientia in omnem locum divulgata est. » — Quo autem omnia prospere atque e sententia cedant, instate precibus apud clementissimum Deum ut afflictis Ecclesiae rebus ipse prospiciat, haud praetermittentes coetui vestro adprecari Beatissimae Virginis patrocinium, quae Sedes sapientiae appellatur et Mater boni consilii.

tia consociationum erga Episcopos;

III *coniunctio actuosa inter consociationes diversas.*

Haec nunc temporis maxime necessaria sunt.

Digni estote bona fama qua gaudetis;

orationi instate

Interea, paternae Nostrae benevolentiae testem eamdemque caelestium munerum auspicem, Apostolicam benedictionem, tibi, dilecte fili, et sodalibus universis catholicae consociationis vestrae peramanter impertimus.

et accipite benedictionem.

Datum Romae apud S. Petrum die XXXI Augusti MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Alphonsum Petrum Favier,

Episcopum titularem Pentacomiensem,

Vicarium Apostolicum Pekinensem.

DE PERSECUTIONE IN IMPERIO SINENSI.

I SEPT. 1900.

Nuper laetabamur de statu rei catholicae in Sina,

TE sane meminit quanta animi iucunditate te Romam venientem, hoc ipso exordiente anno, exceperimus. Quum vero de statu catholicae rei in Sinarum Imperio narrabas deque spe proferendae latius in dies christianae veritatis, micare cor laetitia sensimus, tecumque plurimum gratulabamur. Quae tum mens imminentes turbas praeciperet, quibus sacrorum aedes depopulatae, sacerdotes ac fideles fugati et fusi, luctu et cruore completa omnia?

nunc crudelissima persecutio saevit.

Haec Nos dum quotidianis nunciis comperiebamus, moereri penitus ; graviorumque malorum formidine trepidi, Deum enixissime precabamur ut tristia adeo mutaret mitibus, et florentibus Sinarum ecclesiis excidium caveret.

Doluimus multum et oravimus.

Episcopis quibusdam egregiis ferro extinctis, sors etiam tua sollicitos Nos vehementer habebat. At quoniam, tegente Deo, te salvum et incolumem cognovimus, placet paterna caritate laetari tibi ac meliora adprecari, quae Nostrum tuumque animum, pro perlatis acerbitatibus, recreent. Haec tu sensa cum iis communices, qui tecum in inferendo istis gentibus Evangelio adlaborant ; quorum tot fratrum ac fidelium casum non animos incidere sed obfirmare oportet, eius praemii spe ac fiducia, quo iam illi feliciter potiuntur.

Te tamen evasisse gaudemus et te, tuosque recreare volumus.

Tibi interim, clero ac fidelibus tibi creditis Apostolicam benedictionem, testem benevolentiae Nostrae christianaeque fortitudinis auspicem, amantissime impertimus.

Benedictio.

Datum Romae apud S. Petrum die I Septembris MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Amedeum Rossi, Franciscum Codeglia,

Iulium Caesarem de Rossi.

DE COETU JUVENUM

STUDIIS MAJORIBUS DEDITORUM.

5 SEPT, 1900.

Coetus juvenum studiis majoribus deditorum prae coeteris probamus.

CATHOLICORUM haberi coetus nunquam Nobis non utile visum est maximeque opportunum tempori : quare illos, dum agerentur, laude saepe, benevolentia semper prosequuti sumus. — At iuvenes, qui maioribus disciplinis dant operam, in conventum coire, neque ex Italia solum sed ex aliis undique gentibus, sicut nunc primum contigit, ita peculiari quadam praeterque modum iucunditate Nos afficit. Quamobrem et vobis, dilecti filii, qui coetum disposuistis, et universis qui in illo intersunt gratulationem Nostram profiteri libet : quam, ut non verbis modo sed re testaremur, placuit Venerabilem Fratrem Nostrum Lucidum Mariam Episcopum Portuensem destinare, virum omnigenae doctrinae egregiaeque prudentiae, qui et conventum vestrum praesentia cohonestet et agitandarum rerum sit auspex et moderator. — Ceterum Nos ipsi, dilecti filii, videmur vobis adesse, quum sedem coetui vestro in hac urbe Nostra elegeritis. Quod quidem quam opportune sit factum, omnibus in promptu est. Hic enim centrum et caput est catholicae Ecclesiae ; hic eius cathedra, qui Christi vices in terris gerit ; et quamvis insolescentium hostium vis adversatur, hinc opus est humanitatis verae ac sapientiae haurire latices, unde, historia teste, in gentes universas manarunt primum. — Quae porro vobis discutienda proposuistis, digna profecto sunt quae probentur. Illud tamen prae ceteris studio vestro commendatum volumus, quod primo loco scripsistis ; ut videlicet in vobis collegiisque vestris firmitas fidei, castimonia morum, propositorum

In signum benevolentiae nostrae deputavimus ad vos legatum.

Conventus eo laudabilior est : I quod est in Urbe congregatus,

II quo ea, quae a vobis proponuntur, commendabiliora sunt.

constantia promoveatur. Scitis namque christianis officiis non satit esse *corde credere*, nisi etiam *ore fiat confessio ad salutem ;* scitis *non habitare* sapientiam *in corpore subdito peccatis.* Ubi autem fides integra integrique mores, ibi fortitudo est animi ac propositi tenax voluntas. — Haec ut cedant, auspicem divinorum munerum et paternae Nostrae caritatis testem, Apostolicam benedictionem coetui universo amantissime impertimus.

Benedictio.

Datum Romae apud S. Petrum die V Septembris MCM Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad G. Billecocq, Sodalem Sulpitianum Parisiis.

DE ARCHISODALITATE B. M. V. PERDOLENTIS PRO CONVERSIONE ANGLIAE.

13 SEPT. 1900.

Congregatio Sulpitiana optime meruit de Archisodalitate,

APOSTOLICIS litteris, die XXII Augusti MDCCCXCVII datis, Archisodalitatem ereximus precum ac piorum operum pro reditu Britanniae ad fidem catholicam, sub patrocinio Beatae Mariae Virginis Perdolentis. Memores autem studii, quo Joannes Olierius, Congregationis Sulpitianae auctor, flagravit reconciliandae Angliae cum Romana Ecclesia, eamdem Archisodalitatem in Aedibus Sulpitianis constituimus et Moderatori supremo Sulpitianorum regendam ac propagandam tradidimus. Spem quidem Nostram in vestro Instituto iure recteque collocatam fuisse exitus abunde comprobat. Ex epistola enim, quam nuper a te accepimus, magna animi iucunditate cognovimus in perdolentis Virginis sodalitatem quamplures ubique gentium cooptatos esse ac cooptari. Hic autem

quae late propagatur,

catholicorum ardor, optatis Nostris obsecundantium, ne porro desideat sed augeatur, visum vobis est commentarios pluries in anno edendos suscipere, in quibus Sodalitatis dignitas illustretur eiusdemque progressus narrentur. Opportunum sane opus et maximae utilitatis. Cuius cum tibi, dilecte fili, cura sit demandata, gratulamur tibi et coeptis secunda ominamur. Ne vero desint subsidia caelestia, quae labores tuos fecundent, horum auspicem et benevolentiae Nostrae testem, Apostolicam benedictionem tibi tuisque adiutoribus amantissime impertimus.

de qua laudabiliter commentarii publicantur.

Benedictio.

Datum Romae apud S. Petrum die XIII Septembris MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

LITTERAE APOSTOLICAE

DE TRANSLATIONE CORPORIS SANCTI AUGUSTINI AD BASILICAM SANCTI PETRI IN CAELO AUREO CIVITATIS PAPIENSIS.

14 SEPT. 1900.

VENERABILIS Frater Augustinus Episcopus Papiae una cum dilectis filiis Eremitis Ordinis sancti Augustini Papiae consistentibus supplices Nobis preces nuper admovit, ut mortales sancti Augustini reliquiae ad instauratam refectamque sancti Petri in caelo aureo Basilicam, pristinum requietis locum, facta a Nobis facultate, transferantur. Id vero ne ipsi temere efflagitare videantur, totam sanctarum exuviarum historiam retexunt, quam placet Nobis summatim attingere. Quum itaque beatus Augustinus Ecclesiae Doctor, e corporis vinculis tamquam ex carcere evolavit, caeloque potitus est, Hippone in ecclesia Cathedrali, Deo sacra in hono-

Postulationi suae de translatione Antistes adjecit historiam Reliquiarum S. Augustini.

De sepultura in cathedrali

Hipponensi, sanctum corpus,

persequentibus Vandalis, in Sardiniam transvectum fuit;

ubi, prodigiis clarum et recognitum, a Saracenis violatum fuit;

a Luitprando redemptum, ad Italiam adductum, regiis honoribus exceptum, Papiae in templo S. Petri collocatum fuit.

rem sancti Stephani protomartyris, corpus a discipulis peramanter est compositum, ubi diuturna in pace conquievit. Sed quum Trasamundus, Vandalorum Rex arianus, crudeli contra catholicos homines excitata persecutione, Fulgentium Episcopum Ruspensem et cum eo quamplurimos Episcopos, Presbyteros, Clericos, Monachos aliosque christianos ex Africa in proximam Insulam Sardiniam commigrare atque exulare iussisset; illi ne tantus thesaurus in rapaces adversariorum manus veniret, Augustini corpus aliasque sanctorum reliquias in Sardiniam secum transvexerunt. In ea annos circiter ducentos et viginti beatae illae exuviae prodigiis claruerunt, quibus et fama sanctitatis optimi Antistitis, et veritas reliquiarum est probata et confirmata. Cum autem haud multo post ingens atque effera Saracenorum multitudo Sardiniam pervaderet, atque, ut mos erat eorum, omnia vastatum iret, et ipsum sepulchrum sancti Augustini violaret, Luitprandus, Longobardorum Rex pientissimus, ob singularem quo ferebatur in Augustinum amorem, viros primarios gentis suae magna cum auri argentique vi mox Sardiniam in insulam transmisit, sancti Doctoris corpus pretio redempturos. Legati Longobardi rem, quam curari ab ipsis Rex voluerat, optime gesserunt, et sanctis exuviis navigio impositis unius diei ac noctis spatio, sospite cursu, Ianuam pertingunt. Quo nuntio nuntiato Rex ipse, cum optimatibus et viris Principibus, cum omnibus regni Episcopis et universo clero usque ad fines agri Derthonensis processit, positisque regiae dignitatis insignibus, magna animi submissione pronusque in obsequium sacras Reliquias, tamquam oblatum sibi Dei munus, est veneratus. Vere dici poterat de Augustini corpore « ossa eius visitata sunt, et post mortem prophetaverunt » : multa enim fuerunt portenta et prodigia, quibus voluit Deus famuli sui mortales reliquias illustrare. Simul ac Regis adventus cum sanctis spoliis in Urbe Ticinensi est nuntiatus, tota civitas prope convulsa sedibus suis ad suscipiendas complectendasque Augustini exuvias obviam sese effundit, hymnos et cantus solvit, ea laetitia gestiens, qua, si Rex confecto bello ex hostibus formidolosis triumphum ageret Papiae in templo

sancti Petri in caelo aureo Luitprandus Augustini reliquias composuit, in eo nimirum templo quod, a parentibus suis olim fundatum et dotatum, ipse munifice instauraverat, excoluerat, continenti monasterio et redditibus liberaliter auxerat. Ibi usque ad annum christianum millesimum sexcentesimum nonagesimum quintum beatissimum corpus, oculis quidem christianorum subductum sed miraculorum fama illustratum iacuit, cum civium, tum externorum veneratione cultuque celebratum. Verum eo ipso anno feliciter repertum, et post longum iudicium et diuturnas investigationes et a Francisco Episcopo Papiensi et a Decessore Nostro Benedicto XIII anno MDCCXXVIII recognitum, sub ara maxima eiusdem templi, ad Basilicae Minoris dignitatem evecti, illustri decorata monumento, requievit. Deinde Basilica ob vetustatem fatiscente, ac prope collapsa, prius in templum IESU nomini sacrum, postea in Basilicam Papiae Cathedralem anno MDCCXCIX rite translatum est. Ibidem anno MDCCCXXXII, auctore Episcopo Aloisio Tosi, aedicula extructa est, in eaque marmoreum monumentum, quod in honorem Patris sui Legiferi Ordo Eremitarum sancti Augustini affabre perficiendum curaverat, quodque hominum iniuria, iniuriaque temporum et rerum disiectum erat, repositum est: inde anno insequenti, auctoritate et iussu Pontificis Maximi Gregorii XVI Decessoris Nostri, sanctae Augustini reliquiae denuo recognitae et confirmatae, ex veteri cupressina in novam urnam aere inaurato conflatam sub instaurato monumento collocatae sunt. Anno autem MDCCCLXXXIV hodiernus Antistes Papiae, nactus occasionem instaurationis Basilicae Cathedralis, ob quam sancti cineres et ossa suo loco removeri debuerunt, impetrata Nobis venia, tum authenticam inspectionem et recognitionem confecit, tum urnam argenteis ornamentis, conferente etiam sumptum Capitulo Cathedrali, decoravit. Quum vero nunc vetustissima Basilica sancti Petri in caelo aureo, olim labefactata et pene eversa, ad pristinam firmitatis speciem sit revocata, et catholico cultui restituta, et cum Eremitae Ord. sancti Augustini continentis Monasterii suo quodam iure Reliquias Patris sui Legiferi reposcant et

14 SEPT. 1900.

Ibi, oculis subductum at miraculis insigne, repertum et recognitum fuit, et in illustri monumento repositum.

Inde ad ecclesiam Cathedralem transvectum, a qua, post varias mutationes et bis recognitum,

ad primam sedem, h.e. Basilicam S. Petri, apostolica auctoritate transferri

permittitur.

Venerabilis Frater Episcopus Papiae consilio suo ac prudentia omnia caverit et omnia providerit, ut sancti Doctoris lipsana convenienter pristino sepulchri loco restituantur, Nos libenter sinimus, ut ille sacrarum exuviarum thesaurus in Basilicam sancti Petri in caelo aureo transferatur. Quapropter Apostolica potestate Nostra, per praesentes litteras, servata semper apud Nos et hanc Apostolicam Sedem auctoritate earumdem reliquiarum, ita ut nemini hominum eas surripere et possidere ius sit, facultatem facimus, sacras beati Augustini Pontificis et Doctoris reliquias a Cathedrali templo ad refectam et restitutam sancti Petri in caelo aureo Basilicam transferendi. Volumus tamen et Apostolica auctoritate Nostra decernimus, ut Basilica sancti Petri, quae Ordini Eremitarum sancti Augustini cum exemptione huic Ordini concessa committetur, id habeat oneris, ut Curioni urbanae ecclesiae sanctae Mariae de Monte Carmelo fassit eam adire, ut inde Ss^mum^ Viaticum ad proximos Parochianos aegrotos deferendum accipiat; ut translatio sacrarum Reliquiarum declaretur concessa ea conditione, qua, si forte Basilica sancti Petri in caelo aureo cultui subtrahatur, vel Eremitae Ordinis sancti Augustini inde gravi qualibet caussa secedant, iterum illae ad Cathedralem Basilicam reducantur; ut sacri eiusdem thesauri, qui tribus clavibus custodiri assolet, clavem unam ipsi Religiosi Eremitani habeant; alteram Episcopus cum Capitulo Cathedrali; tertiam magister seu praeses municipii Papiensis, id quod Benedictus XIII Pontifex Maximus largitus est: ut Episcopo et Capitulo Cathedrali ius asseratur accedendi collegialiter quotannis ad Basilicam sancti Petri, ut ibidem solemnis in honorem sancti Augustini Missa peragatur; ut demum Episcopus pro tempore, quoties publica aliqua caussa aut occasio se offerat, ad eamdem Basilicam vel dioecesanas peregrinationes decernere, vel ipsemet se conferre ob sacram aliquam functionem solemnem possit. Decernentes has Nostras litteras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et spectare poterit in omnibus plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios et delega-

Hac occasione varia onera Basilicae S. Petri imponuntur.

Praesentes litterae firmantur.

tos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque, speciali licet et individua mentione ac derogatione dignis, contrariis quibuscumque. *14 SEPT. 1900*

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, die XIV Septembris MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

A. CARD. MACCHI.

LITTERAE APOSTOLICAE

QUIBUS NOVUS INDEX GENERALIS LIBRORUM PROHIBITORUM AUCTORITATE APOSTOLICA APPROBATUR ET CONFIRMATUR.

17 SEPT. 1900.

Prohibitio librorum pertinet ad munus Apostolicum,

ROMANI Pontifices, quibus grande illud munus in beato Petro Apostolorum principe commissum est, universum pascendi Christi gregem, toti in eo constanter fuerunt, ut pretiosissimum fidei depositum integrum inviolatumque servarent, et christianas toto orbe gentes salutaris doctrinae pabulo enutrirent. Hinc profecto vehemens illa ac provida ab ipsis adhibita perpetuo cura, ut, quemadmodum bonum semen a lolio, ita et sani optimique libri ab adulterinis et apocryphis et perniciosis secernerentur ; ne christiani homines, incauto vel temerario horum usu, integritatis fidei morumque detrimentum caperent. Quo in genere, varia quidem pro varietate temporum tum Pontifices ipsi, tum Concilia, nunquam neglexerunt apta malis adhibere remedia. Quum vero, comperta, saeculo decimo quinto, nova arte typographica, magis in dies crevisset librorum copia, praetereaque malarum haeresum pestis late grassaretur, necessarium omnino visum est, qua

ut testatur historia praesertim inde a comperta typographia.

praecavendis periculis, qua reparandis mature damnis, in prave scripta acrius animadvertere. Itaque Concilii Tridentini Patres, ad quos Pius IV praedecessor Noster id negotium remiserat, ingenti librorum sive haereticorum, sive de haeretica pravitate suspectorum, sive pietati moribusque nocentium contagioni, duplici esse ratione occurrendum existimarunt. Ac primo quidem, eiusdem Synodi auctoritate lecti ad id praesules et theologi generales quasdam condidere regulas, ut nimirum facilius dignosci posset a quibus generatim libris fideles cavere oporteret; tum vero accuratum atque absolutum librorum improbatae lectionis elenchum seu indicem exararunt. Quem indicem una cum memoratis regulis, quum peracta Synodo, ex ipsius decreto, Pio IV praedecessori Nostro exhibitus fuerit ut ne antea ederetur quam Apostolicae auctoritatis robur acciperet, summa diligentia denuo excussum idem Pontifex approbavit et ab omnibus observari iussit. — Res tamen ipsa ferebat ut eiusmodi Index, novis editis decursu temporis pravis perniciosisque libris, nova additamenta requireret: idque sane ab Apostolica Sede iterum iterumque assidua cura perfectum esse neminem latet. Ita quidem Clemens VIII, ac deinceps Alexander VII et Benedictus XIV praedecessores Nostri Indicem ipsum, insertis iis libris quos postmodum Summi Pontifices vel per litteras Apostolicas vel per Romanas Congregationes, praecipue Inquisitionis atque Indicis, proscripserant, in meliorem aptioremque formam redactum, quasi innovarunt. Quum vero a Benedicti XIV praedecessoris Nostri pontificatu maximo longa iam aetas, centum quadraginta fere annorum, effluxisset, maius quiddam atque efficacius res ipsa postulare videbatur. Non solum enim complura hoc temporis intervallo damnata fuerant prave scripta, sed non pauci etiam errores ac mendae in Indicem ipsum irrepserant. Itaque, quod in votis etiam fuisse perspectum est multorum Patrum Vaticanae Synodi, manum huic Indicis emendandi perficiendique operi admovendam duximus. Ac primo quidem regulas, quas e mente Concilii Tridentini Pius IV praedecessor Noster constituerat, aliquanto molliores efficere,

Duplici ratione Ecclesia occurrit:

1° statuendo regulas; 2° edicendo indicem.

Index postulabat perfici et emendari.

Itaque: 1° Regulae accommodatae sunt per

17 SEPT. 1900.

easdemque tempori accommodare decrevimus : idque sane perfecimus Constitutione Apostolica *Officiorum ac munerum* edita die XXV Ianuarii anni MDCCCXCVII. Quod vero ad Indicem spectat, eum diligentissime recognosci, e mendis purgari, atque ita disponi ordinarique iussimus, ut tota eiusdem ratio cum regulis seu decretis generalibus apprime congrueret. Eiusmodi negotium, sane laboriosum, Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Congregationi Indicis librorum prohibitorum praepositis demandavimus, qui, doctis aliquot accitis in operis subsidium viris, rem totam alacri assiduoque studio ita perfecere, ut novus Index ceteris iis qui praecesserunt non solum longe emendatior appareat, sed et expeditioris usus, omissis libris non ita paucis, quorum proscriptio, olim necessaria vel opportuna, hodie vix non inutilis evasit.

praesentem constitutionem.

2º Correctio Indicis Congregationi demandata fuit.

Huiusmodi igitur librorum prohibitorum generalem Indicem, iussu Nostro recognitum et emendatum, ac typis vaticanis impressum, quem tamquam litteris hisce expresse insertum haberi volumus, auctoritate Apostolica, tenore praesentium, approbamus et confirmamus, atque abomnibus ubique locorum integre et inviolabiliter observari praecipimus, sub poenis in Constitutione Nostra *Officiorum ac munerum* sancitis. Mandantes omnibus locorum Ordinariis, itemque regularium quorumcumque superioribus, omnibusque aliis ad quos spectat, aut in futurum spectabit, ut eumdem Indicem vulgandum et observandum pro viribus curent. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Index publicatur ejusque auctoritas vindicatur.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, die XVII Septembris MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

A. CARD. MACCHI.

EPISTOLA

Ad tertianos Franciscales qui Romam habituri coetum convenerunt.

DE TERTIO FRANCISCALIUM ORDINE.

21 SEPT. 1900.

Profitetur Pontifex studium suum in Tertium Ordinem, nostris temporibus adaptissimum, atque a se temperatum et promotum.

IN Tertium Franciscalium Ordinem adlecti iamdiu, quo illum loco haberemus quantoque studio prosequeremur, ad gerendum Pontificatum maximum vocati, multimodis patefecimus. Et iure quidem : persuasum etenim semper habuimus, institutum hoc Francisci Patris, si rite recteque vigeat, malis iis medendis natum esse, quibus maxime consociatio hominum aetate nostra laborat. Quamobrem, ut ad disciplinam eius christianae ubique gentes frequentiores confluerent, leges, quibus regitur, suavi temperatione molliendas duximus ; alumnos vero primi Ordinis atque adeo sacrorum Antistites hortati impense fuimus, ne eidem promovendo industriis curisque deessent. — Hic autem conventus vester, quem Roma secundis auspiciis excipit, spes Nostras ac diligentias non irritas fuisse probat : de quo profecto et vobis gratulandum, et gratiae agendae Deo bonorum omnium largitori. Quia porro progredientis feliciter operis securitati prospicere suadet amor, libenter communibus optatis obsecundamus, ut nonnulla inculcemus, quae si serventur, non stare modo Institutum vestrum sed florere necesse est. Atque illud in primis sanctum omnibus esto, quod Franciscus legifer, supremum obiturus diem, testamento veluti alumnis legavit ; observantia videlicet in Apostolicam Sedem. Neque ea solum, qua Christi in terris Vicarium colatis ; sed ea maxime quae in obediendo est, seu ille iubeat, seu etiam consilio vel hortatione utatur. — A studiis vero partium quicumque in Tertium Ordinem cooptatur abstineat vel maxime ; iis enim, ut cetera damna praetereamus, fraternae concordiae vincula labefactantur. Vim potius virtutemque animi omnem eo convertant, ut suscepti instituti in se quisque rationem exprimat. Cuius

Coetui, laude digno, monitum tradit ad majorem prosperitatem Ordinis,

scl. de observantia et maxime de obedientia erga S. Sedem;

item, de servanda concordia fraterna secundum indolem

est, christianae vitae praecepta severius sequi, exlegem caducarum rerum appetitionem frangere, pietatem impensius colere, modestiae ceterarumque virtutum exemplis praelucere. — Religiosi autem viri e primo seraphici Patris Ordine, quorum Tertianorum coetum moderari est, id fixum ac persuasum habeant, in huius propagatione magnum esse salutis privatae ac publicae praesidium. Sic tamen studeant ut sanctae huic militiae quamplurimi ex utroque sexu dent nomen, ut nihil de statis legibus detrahatur, sed eadem ubique gentium sit cooptatis vivendi agendique ratio. — Quibus industriis venerabiles fratres singularum dioecesium Episcopos vim auctoritate sua addituros confidimus: qui, ut fideles Tertium Ordinem pro veritate aestiment, illum cleri hominibus magnopere commendent; quod facile assequentur, si eiusdem cleri alumni, dum in sacris seminariis formantur, insignia *Poenitentiae* induant. — Vobis interea, dilecti filii, qui Romam convenistis, fausta quaevis a Domino in habendo coetu ominamur; ut ex eo vis nova novusque ardor Institutum vestrum pervadat. Cuius rei auspex sit Apostolica benedictio, quam vobis et universae Franciscalium familiae amantissime impertimus.

ipsius instituti; tandem de propagando instituto salvis tamen ejus legibus.

Institutum commendatur zelo episcoporum.

Tertianis coadunatis vota deferuntur et benedictio.

Datum Romae apud S. Petrum die XXI Septembris MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

MOTU PROPRIO

DE COLLEGIO CLERICIS PHILIPPINIS INSTITUENDIS.

30 SEPT. 1900.

EXIMIIS in Ecclesiam promeritis claret Philippi Nerii et clarebit nomen. Ipse enim ex eo est numero quos, saeculo sexto decimo, miserentis providentisque Dei consilium ideo excitavit ut sanandis vulneribus religioni et christianae vitae miserrime inflictis alacres darent operam, quum sanctissimis de se

Pontifex celebrat memoriam S. Philippi Nerei de Urbe meritissimi.

exemplis, tum aptis in commune bonum perpetuisque institutis. Nerio sacerdotalis industriae campus in Urbe late patuit : in quo ad summam senectutem impigre elaboravit cum admirabili plane fructu ; ob eam nimirum rem apostolus Romae iure appellatus. Eique merito, recenti adhuc memoria, tertio videlicet exeunte saeculo a beatissimo eius natali, insignes quosdam honores Roma persolvit memor.

Oratorii finis et utilitas memoratur.

Ipse igitur, tametsi omnem pietatis formam et multiplex caritatis genus complexus est, singulari tamen studio enituit adolescentis aetatis probe imbuendae formandique cleri ad optimorum exempla : quod utrumque, Sodalitio condito Presbyterorum ab Oratorio, feliciter praestitit. Ista enimvero solidae virtutis et doctrinae palaestra magnam romanorum Pontificum gratiam Auctori etiamtum viventi conciliavit, ab iisque deinceps et beneficia habuit non pauca et legitimam comprobationem : multiplicatis autem Familiis, satis cognitum est quam lecta inde alumnorum soboles et quanta copia bonorum ad hos dies provenerit.

Instituto decrescenti opitulari cupiens, collegium clericis instituendis condit,

Quae quidem apud Nos reputantes, aegre ferebamus quod in aliquod Italiae regionibus, propter leges sane quam exitiosas de Religiosorum ordinibus abolendis, Philippini quoque Sodalitii decresceret numerus, exarescerent vires. Quapropter ad ipsum, quod peculiari semper benevolentia prosecuti sumus, providentiae Nostrae curas convertimus, eodem acti studio quo piis aliis Coetibus opitulari pro facultate censuimus. Congruenter proposito, aedes satis amplas in Perusina urbe, prope scilicet templum Philippi patris, aere Nostro comparavimus ; quas destinatas volumus delectis clericis ad eiusdem sancta instituta excolendis ; ita nempe, ut ex eo recte posito tirocinio operarii prodeant digni in spem decusque Oratorii, in uberem animorum utilitatem, hoc praesertim temporum cursu, a pristinis illis Sodalitii nascentis haud longe dissimilium. Consiliis autem curisque Nostris exitum optatum non defore valde confidimus, benignitate annuente Dei, tutelamque Collegii gerente, una cum Philippo patre, praeclaro eiusdem disciplinae alumno *Antonio Grassio*, cui Nosmet hac ipsa auspica-

tissima die honores caelitum Beatorum solemni ritu decrevisse laetamur. *30 SEPT. 1900.*

Est itaque auctoritate Nostra Apostolica constitutum Perusiae Collegium clericis Philippinis instituendis, ad leges quae sequuntur : *cui leges praescribit sequentes :*

I. Aedes et bona Collegii Pontifici romano sint maneantque omnino propria : eiusdem auctoritati, nullâ cuiusquam interiecta, Collegium pareat.

II. In Collegium nulli admittantur adolescentes, nisi quibus propositum sit Philippinorum institutum amplecti.

III. Alumni ad mentem animumque Patris legiferi educantur, in Oratorii Familias, prout singulis opus fuerit, postea recipiendi. Litteras, doctrinas, cumprimis sacras, addiscent. Magistris quamdiu domi carebunt, scholas Seminarii Perusini celebrabunt.

IV. Collegio administrando rector praeerit ; eidem sacerdotes bini a consiliis aderunt, alter magister pietatis, alter studiorum moderator. Eos omnes summus Pontifex primum eliget : suum quisque munus sexennio geret.

V. Sexennio exacto, qui succedant, a praepositis singulis Coetuum Philippinorum, quotquot sunt in Umbria, in Piceno, in Flaminia, in Aemilia, quorum praecipue bono Collegium est constitutum, per suffragia designabuntur. Designati, sex item annos fungantur munere ; eosdem in sexennium alterum confirmare liceat.

VI. Suffragiis ferendis rector Collegii Perusini praesit, idemque suffragii iure fruatur. Electi, munus ne suscipiant nisi sacro sanciente Consilio Episcopis ac Religiosorum ordinibus praeposito.

VII. Alumnos cooptandi, item, si male meruerint, dimittendi potestas rectori esto ; qui tamen sententiam consiliarii utriusque ea de re rogare ne negligat.

VIII. Rector qui primum a Pontifice maximo creatus sit, utroque consiliario adhibito, leges Collegii condat ab eodem Pontifice probandas. In iis cooptandi alumnos conditiones, eorum in Collegio commorationis diuturnitas, omnisque disciplinae ratio ex ordine praefiniatur.

IX. Praeter eos, qui redditu a Nobis attributo alantur adolescentes alios rector adiungendos curabit, in quorum victum Familiae singulae Philippinorum, pro suis quaeque viribus, conferant.

X. Ii, qui certae cuiusdam Philippinae Domus collatione in Collegio aluntur, edito iureiurando spondeant se, perfecto studiorum cursu, in ea ipsa Domo commoraturos eidemque navaturos operam. Qui vero aluntur aere pontificio, fidem itidem sacramento obligabunt se praesto fore, quascumque in Domos rector miserit.

XI. Rei familiari curandae sacerdos e Philippinorum numero praeerit, a Pontifice maximo designandus.

XII. Rector, itemque rei familiaris Administrator, dato quotannis libello manu ipsorum subscripto, de alumnorum disciplina, de studiis actis, de accepto expensove, ad eumdem Pontificem referent.

Haec edicimus et statuimus; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXX Septembris MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio. LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Cardinalem Vives y Tuto.

DE TERTIO FRANCISCALIUM ORDINE ITERUM.

4 OCTOB. 1900.

Litteris alteris Pontifex suum studium in Franciscales tertianos demonstrat.

QUA mente quove animo prosequuti fuerimus coetum, quem Ordo Franciscalium Tertius, abhinc dies paucos, in Urbe habuit, coniicere perspicue licuit ex ea epistola, quam ad coeuntes sodales communiter dedimus in antecessum. Quam ob rem quum, tuo primum ceterorumque praesidum testimonio ac scriptis deinde litteris, felicem conventus exitum cognovimus, gavisi admodum sumus et spem amplam cepimus de propagando latius in dies Tertianorum Franciscalium In-

stituto. — Quae, Nostra quidem sententia, optatae huic propagationi conducunt maxime, iam in memorata epistola innuimus et inculcavimus. Ex iis tamen concordiam animorum iterum commendare libet ac servandarum legum par in omnibus et ubique studium. Una lex unum corpus efficit; servataque ex lege, vigor corpori manet agendique quamvis dispar variarum gentium sit indoles diversique mores, integre ubique valere queat. Quia vero Tertii Ordinis institutum, ex seraphici Auctoris consilio, eo demum spectat ut caritas Dei atque hominum *diffundatur in cordibus*, ac sicubi intermortua sit reviviscat; huc Tertiani omnes laborem studiumque advertant, ut Dei primum honorem provehant, tum vero miseros quosque iuvent ad aeternam et, quoad fieri possit, huius etiam aevi felicitatem adipiscendam. Ratio temporum, in quae Franciscus legifer incidit, ad nostrorum rationem pluribus ex caussis accedit. Nihil igitur dubitandum quin, quas ille ex Instituto vestro utilitates praeclaras obtinuit, eaedem, vobis adnitentibus, Ecclesiae ac Civitati sint modo obventurae. Faxit haec Deus, Francisco exorante. Nos autem ut divinorum munerum subsidia conciliemus, Apostolicam benedictionem Franciscalium Ordinibus universis amantissime impertimus.

Renovat monita sua de concordia, de servandis instituti legibus,

quarum indoles scl. de caritate Deo et proximis exhibenda, ubique valeat,

utpote nostris temporibus aptissima.

Benedictio.

Datum Romae apud S. Petrum die IV Octobris MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

LITTERAE APOSTOLICAE

DE COLLEGIO CLERICORUM LUSITANORUM IN URBE CONDENDO.

20 OCTOB. 1900.

REI catholicae apud Lusitanos iuvandae ducimur studio, nec inusitato Nobis nec impari meritis spectatissimae gentis, cuius laudes per occasionem haud semel attigimus. Insidet enim menti species illa plane nobilis tum populi per varias vices cum

Populo regibusque Lusitaniae de Ecclesia benemeritis

Pontifex mutuam benevolentiam exhibuit,

Apostolica Sede coniuncti, tum regum victricia signa inferentium consociata Cruci in adiectas imperio plagas late dissitas. Quae quidem egregia virtus fideique constantia iamdudum sibi demeruit romanos Pontifices, effecitque ut Lusitanae nationi essent ad multam gratiam benigni. Huc spectant in eos reges collata decora, et in Indiae orientalis Ecclesias ius amplissimum patrocinii, et privilegia cetera atque ornamenta complura. Nec paternae Nostrae caritatis defuere significationes, sive quum rebus Goanis componendis animum adiecimus, sive quum variis Lusitanae Ecclesiae necessitatibus opportune prospeximus Eiusdemque rei caussâ, binis litteris encyclicis ad Venerabiles Fratres episcopos datis, alteris die XIV Septembris anno MDCCCLXXXVI, alteris die XXV Iunii anno MDCCCXCI, non pauca visum est monere et praecipere salutaria. Quae iacta semina non infecundum solem experta sunt. Prudentiâ enim vigilantiaque episcoporum, pia cleri et populi voluntate, omniumque uno in Apostolicam Sedem obsequio, nonnulla cogitata sunt et proposita, quae ad religionis sarcienda damna utilitatesque provehendas conducerent.

reges decorando, res civiles componendo, et populum docendo ;

et sollicitudo non fuit infecunda.

Prae ceteris optat aperire in Urbe collegium sacerdotale Lusitanis.

Sed consiliorum omnium illud in primis secundum optata Nostra cessit, quod est de adolescentibus ad sacerdotale munus exquisitiore quadam cultura formandis : quo uno beneficio omnia propemodum Ecclesiae praesidia continentur. Consilium nempe dicimus, de proprio Lusitanis clericis Collegio Romae aperiendo. Sane, si huiusmodi curam pro aliis gentibus quanta licuit navitate gessimus, id providentes ut sacrorum alumnis multiplicarentur domicilia, eaque doctrinae virtutisque laude florentia, magna certe animi propensione excipere Nos oportebat inchoata proposita in peculiare bonum cleri Lusitani, cuius optimum cursum nihil fere aliud nisi publicarum rerum conditio retardavit. — Multum quidem operae ac laboris in huius deflexu aetatis episcopi contulerunt, ut imminuti cleri reficeretur numerus et legitima disciplina vigeret, iuventutis sacrae vel excitatis contuberniis vel restitutis. Nihilominus iidem multa adhuc desiderari professi sunt, nec satis ecclesiis suis consultum fore censuerunt, nisi Colle-

Ut clerici numero reficiantur et disciplina floreant, aptissimum medium est hoc collegium,

20 OCTOB. 1900.

gium in Urbe conderetur clericis instituendis, ex omni Lusitania delectis. In hoc enimvero quasi perfugio, prope veneranda sepulcra Apostolorum Principum augustamque Petri Cathedram, multo licet plenius saluberrimam haurire doctrinam, quae Dei ministros deceat; hic ad probatissimae disciplinae solidaeque pietatis consuetudinem sanctius adduci; hic multiplici rerum ope ea arma expeditius instruere, quibus muniti, boni Christi milites, perutile religioni neque minus civitati exhibeant ministerium. Res in usu versatur, quum neminem profecto lateat, quantam fecerint et faciant messem, non modo ceteri exterorum collegiorum et sodalitatum alumni, sed unus etiam aut alter e Lusitanis ipsis, quorum prima aetas altricem Romam habuerit atque magistram.

quod quidem experientia comprobatur.

His de caussis, quo nimirum tempore solemnia saecularia detectae Indiae acta sunt Romae, susceptum negotium quum ad Nos esset delatum, Nos coepta optima omnino probare et collaudare nihil dubitavimus, optime eis a Deo precati. Ad hoc movit praeterea par et idem omnium consensus, non modo sacrorum antistitum, sed amplissimorum quoque ex omni ordine civium; quo in numero commemorabiles praecipue sunt Aloisius Souza Rebello Vahia, vicecomes a sancto Ioanne de Pesqueira, et nobilissima coniux, qui omni officiorum genere institerunt ut res bene feliciterque eveniret, certa quoque pecuniae vi in Collegii tuitionem liberaliter attributa.

Laudavit negotium studio tum antistitum tum laicorum susceptum.

Superiore igitur anno tentata sunt quaedam Collegii initia, et temporaria ei quaesita sedes. Rebusque satis feliciter procedentibus, cum laetioribus in futurum auspiciis, minime iam remorandum id esse duximus quod expetebatur, ut eidem ephebeo ius Collegii legitimi auctoritate Nostra tribueremus.

Nunc, rebus procedentibus, collegium erigit,

Itaque ad maiorem Dei gloriam, ad catholicae religionis incrementum, ad decus utilitatemque incliti Lusitaniae regni, hisce litteris, Collegium clericorum Lusitanorum, sub Nostra et Successorum auctoritate ac tutela, in Urbe fundamus et constituimus, eodemque iure esse volumus quo sunt pontificia clericorum Collegia urbana.

ejus jura definit, ipsumque munificentia sua cumulat.

Quo autem Nostra in gentem Lusitanam benevolentia apertius pateat, et plus prosperitatis res Collegii inde ab ortu sint habiturae, hoc deliberatum habemus, de aedibus eidem aptis comparandis aere Nostro providere.

Decernit quomodo regendum sit, quot et quales alumni mittendi sint.

Decernimus porro ut rei familiaris administratio sit penes Collegii rectorem, a Pontifice maximo eligendum, consociatâ cura cum duobus e clero viris, quos pariter ei muneri Pontifex ipse praefecerit. Cum rectore consilia communicabunt episcopi de alumnis suis in Collegium cooptandis; qui iis ingenii maximeque animi laudibus praestent, ut ad munia sacra digne aliquando obeunda spem afferant de se bonam. Mittantur ex omnibus dioecesibus Lusitanis, tum quae in continenti, tum transmarinis: bini, saltem ex continenti, ab unaquaque dioecesi mittantur. Eorum numerum praesenti rerum necessitati parem fore confidimus. Atque uberiori Collegii vitae prospicientes, edicimus ut alumni quatuor Lisitani, quibus locus est in Nostro Seminario Romano, itemque cui locus est in almo Collegio Capranicensi, in novum hoc suae gentis clericis destinatum domicilium commigrent, dotali censu eidem transmisso. — Quoniam vero e sacro ordine Cardinalium esse consuevit qui regni Lusitani patronatum gerat, idcirco eius quoque benevolentiae, gratiaeque similiter Legati apud Nos Regis Fidelissimi, Collegium ipsum libet commendare.

Cardinali et Legato commendatur collegium.

Expensis providebitur ex liberalitate.

Haec statuimus in praesens: opportunius alia quaedam in Collegii incrementa curabimus. — Quod attinet ad subsidia pecuniae, quae alumnis victum cultumque in perpetuitatem suppeditent, paratiora in dies ea fore pollicetur explorata Nobis egregia voluntas ac pia liberalitas quum sacrorum antistitum, tum civium optimorum, quibus prima commendatio est studium religionis avitae cum patria caritate coniunctum: bene quippe mereri de cleri adolescentis institutione, id demum est bene de patria ipsa et praeclare mereri. — Hoc restat ut, quotquot in urbanum clericorum Lusitanorum Collegium adlegantur, ii studeant oblati a Deo beneficii amplitudinem pro merito aestimare; proinde, virtutis omnis quasi instituto certa-

Alumnis monita traduntur.

mine, iustam episcoporum civiumque suorum expectationem atque Nostram alacres explere contendant. Cumulatam de ipsis percipiat laetitiam Lusitana Ecclesia, cuius in fastis non pauci numerantur et vitae sanctimonia et doctrinae ornamentis et actuosa caritate ad imitationem insignes.

20 OCTOB. 1900

Volumus denique ut hae litterae Nostrae firmae rataeque uti sunt, ita in posterum permaneant, irritum et inane decernentes si quid a quopiam super his contigerit attentari ; contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, die XX Octobris MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

Litterae confirmantur.

A. CARD. MACCHI

EPISTOLA ENCYCLICA

Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum Ordinariis pacem et communionem cum Apostolica Sede habentibus.

DE IESU CHRISTO REDEMPTORE.

I NOVEMB. 1900.

INTRODUCTIO : *Mediis in malis spes affulget ex virescente virtute christiana,*

TAMETSI futura prospicientibus, vacuo a sollicitudine animo esse non licet, immo vero non paucae sunt nec leves extimescendae formidines, cum tot tamque inveteratae malorum caussae et privatim et publice insideant : tamen spei ac solatii aliquid videntur haec extrema saeculi divino munere peperisse. Nemo enim existimet, nihil habere ad communem salutem momenti renovatam cogitationem bonorum animi, fideique et pietatis christianae excitata studia : quas quidem virtutes revirescere apud complures aut corroborari hoc tempore, satis expressa signa testantur. En quippe in medio illecebrarum saeculi ac tot circumiectis pietati offensionibus, tamen uno nutu Pontificis undique commeare Romam ad limina sanctorum Apostolorum multitudo frequens : cives pariter ac peregrini dare palam

cujus signa sunt frequens Romana peregrinatio et pietas in Jesum Christum.

religioni operam: oblataque Ecclesiae indulgentiâ confisi, parandae aeternae salutis artes studiosius exquirere. Quem praeterea ista non moveat, quae omnium obversatur oculis, erga humani generis Salvatorem solito magis incensa pietas? Optimis rei christianae temporibus facile dignus iudicabitur iste ardor animi tot hominum millium una voluntate sententiaque ab ortu ad solis occasum consalutantium nomen laudesque praedicantium IESU CHRISTI.

Utinam motus pietatis pervadat omnes; etiam negligentes et devios!

Atque utinam istas avitae religionis velut erumpentes flammas magnum incendium consequatur: exemplumque excellens multorum reliquos permoveat universos. Quid enim tam huic aetati necessarium, quam redintegrari late in civitatibus indolem christianam, virtutesque veteres? Illud calamitosum, alios et quidem nimis multos obsurdescere, nec ea, quae ab eiusmodi pietatis renovatione monentur, audire. Qui tamen si *scirent donum Dei*, si reputarent, nihil fieri posse miserius quam descivisse a liberatore orbis terrarum, moresque et instituta christiana deseruisse, utique exsuscitarent et ipsi sese, certissimumque interitum effugere converso itinere properarent. —

Ut fert munus nostrum, Imperium Christi tueri conati sumus;

Iamvero tueri in terris atque amplificare imperium Filii Dei, divinorumque beneficiorum communicatione ut homines salvi sint contendere, munus est Ecclesiae ita magnum atque ita suum, ut hoc in opere maxime omnis eius auctoritas ac potestas consistat. Id Nos in administratione Pontificatus maximi, perdifficili illa quidem ac plena curarum, videmur ad hunc diem pro viribus studuisse: vobis autem, Venerabiles Fratres, usitatum certe est, immo quotidianum, praecipuas cogitationes vigiliasque in eodem negotio Nobiscum consumere.

at, majora molienda sunt erga christianos qui sine fide et amore Christi vivunt.

Verum utrique debemus pro conditione temporum etiam maiora conari, nominatimque per sacri opportunitatem Anni disseminare latius notitiam atque amorem IESU CHRISTI docendo, suadendo, hortando, si forte exaudiri vox nostra queat, non tam eis, dicimus, qui effata christiana accipere pronis auribus consuevere, quam ceteris omnibus longe miserrimis, christianum retinentibus nomen, vitam sine fide, sine amore CHRISTI agitantibus. Horum Nos maxime

miseret : hos nominatim velimus, et quid agant et quorsum evasuri sint, nî resipuerint, attendere.

1 NOVEMB. 1900.

Ia PARS.

Beneficia Redemptionis in memoriam revocantur : Christum deseruisse pejus est quam ignorasse et ad extrema rerum ducit.

IESUM CHRISTUM nullo unquam tempore nullaque ratione novisse, summa infelicitas est, vacat tamen pervicacia atque ingrati animi vitio : repudiare aut oblivisci iam cognitum, id vero scelus est adeo tetrum atque insanum, ut in hominem cadere vix posse videatur. Principium enim atque origo ille est omnium bonorum : humanumque genus, quemadmodum sine CHRISTI beneficio liberari nequiverat, ita nec conservari sine eius virtute potest. *Non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri* (1). Quae vita mortalium sit, unde exsulet IESUS, *Dei virtus et Dei sapientia*, qui mores, quae extrema rerum non satis docent exemplo suo expertes christiani luminis gentes? Quarum qui parumper meminerit vel adumbratam apud Paulum (2) caecitatem mentis, depravationem naturae, portenta superstitionum ac libidinum, is profecto defixum misericordia simul atque horrore animum sentiat. — Comperta vulgo sunt, quae memoramus hoc loco, non tamen meditata, nec cogitata vulgo. Neque enim tam multos abalienaret superbia, aut socordia languefaceret, si divinorum beneficiorum late memoria coleretur, saepiusque repeteret animus, unde hominem CHRISTUS eripuit, et quo provexit. Exheres atque exsul tot iam aetates in interitum gens humana quotidie rapiebatur, formidolosis illis aliisque implicata malis, quae primorum parentum pepererat delictum, nec ea erant ulla humana ope sanabilia, quo tempore CHRISTUS Dominus, demissus e caelo liberator, apparuit. Eum quidem victorem domitoremque *serpentis* futurum, Deus ipse in primo mundi ortu spoponderat : inde in adventum eius intueri acri cum expectatione desiderii saecula consequentia. In eo spem omnem repositam, sacrorum fata vatum perdiu ac luculente cecinerant : quin etiam lecti cuiusdam populi varia fortuna, res gestae, instituta, leges, caeremoniae, sacrificia, distincte ac dilucide praesignificaverant, salutem

Haec, quamvis vulgo nota, non recoluntur scl. : necessitas et beneficium Redemptionis,

olim splendide praedemonstratae

1. *Act.*, IV, 12. — 2. *Ad Rom.*, I.

hominum generi perfectam absolutamque in eo fore, qui sacerdos tradebatur futurus, idemque hostia piacularis, restitutor humanae libertatis, princeps pacis, doctor universarum gentium, regni conditor in aeternitate temporum permansuri. Quibus et titulis et imaginibus et vaticiniis specie variis, re concinentibus, ille designabatur unus, qui propter nimiam caritatem suam qua dilexit nos, pro salute nostra sese aliquando devoveret. Sane cum divini venisset maturitas consilii, unigenitus Filius Dei, factus homo, violato Patris numini cumulatissime pro hominibus uberrimeque satisfecit de sanguine suo, tantoque redemptum pretio vindicavit sibi genus humanum. *Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis :... sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, et incontaminati* (1). Ita omnes in universum homines potestati iam imperioque suo subiectos, quod cunctorum ipse et conditor est et conservator, vere proprieque redimendo, rursus fecit iuris sui. *Non estis vestri: empti enim estis pretio magno* (2). Hinc a Deo instaurata in Christo omnia. *Sacramentum voluntatis suae, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo* (3). Cum delesset IESUS chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, affigens illud cruci, continuo quievere caelestes irae ; conturbato errantique hominum generi antiquae servitutis liberata nexa, Dei reconciliata voluntas, reddita gratia, reclusus aeternae beatitudinis aditus, eiusque potiundae et ius restitutum et instrumenta praebita. Tum velut excitatus e veterno quodam diuturno ac mortifero dispexit homo lumen veritatis concupitum per tot saecula quaesitumque frustra ; in primisque agnovit, ad bona se multo altiora multoque magnificentiora natum quam haec sint, quae sensibus percipiuntur, fragilia et fluxa, quibus cogitationes curasque suas antea finierat : atque hanc omnino esse humanae constitutionem vitae, hanc legem supremam, huc tamquam ad finem omnia referenda, ut a Deo profecti, ad Deum aliquando revertamur. Ex hoc initio et funda-

tandem per mortem Christi perfectae ;

per quam nempe homo liberatus, ad altiora evectus

et suae di-

1. *I Petr.*, I, 18-19. — 2. *I Cor.*, VI, 19-20. — 3. *Ephes.*, I, 9-10.

mento recreata revixit conscientia dignitatis humanae: sensum fraternae omnium necessitudinis excepere pectora: tum officia et iura, id quod erat consequens, partim ad perfectionem adducta, partim ex integro constituta, simulque tales excitatae passim virtutes, quales ne suspicari quidem ulla veterum philosophia potuisset. Quamobrem consilia, actio vitae, mores, in alium abiere cursum: cumque Redemptoris late fluxisset cognitio, atque in intimas civitatum venas virtus eius, expultrix ignorantiae ac vitiorum veterum, permanasset, tum ea est conversio rerum consecuta, quae, christiana gentium humanitate parta, faciem orbis terrarum funditus commutavit.

1 NOVEMB. 1900.

gnitatis conscius effectus fuit et facies terrae renovata.

Istarum in recordatione rerum quaedam inest, Venerabiles Fratres, infinita iucunditas, pariterque magna vis admonitionis, scilicet ut habeamus toto animo, referendamque curemus, ut potest, divino Servatori gratiam.

Exinde gratiae Salvatori debentur.

Remoti ob vetustatem sumus ab originibus primordiisque restitutae salutis: quid tamen istuc referat, quando redemptionis perpetua virtus est, perenniaque et immortalia manent beneficia? Qui naturam peccato perditam reparavit semel, servat idem servabitque in perpetuum: *Dedit redemptionem semetipsum pro omnibus* (1). *In Christo omnes vivificabuntur* (2). *Et regni eius non erit finis* (3). Itaque ex aeterno Dei consilio, omnis est in CHRISTO IESU cum singulorum, tum universorum posita salus: eum qui deserunt, hoc ipso exitium sibi privatim coeco furore consciscunt, eodemque tempore committunt, quantum est in se, ut quam malorum calamitatumque molem pro pietate sua Redemptor depulerat, ad eam ipsam convictus humanus magna iactatus tempestate relabatur.

TRANSITIO: *Sed, non secus ac olim, etiam nunc, in Christo est Salus.*

Rapiuntur enim errore vago optata ab meta longius, quicumque in itinera se devia coniecerint. Similiter si lux veri pura et sincera respuatur, offundi caliginem mentibus, miseraque opinionum pravitate passim infatuari animos necesse est. Spes autem sanitatis quota potest esse reliqua iis, qui principium et fontem vitae deserant? Atqui via,

II^a^ PARS. *Quomodo Christus maneat salutis causa ostenditur: Ipse enim nobis est Via, Veritas et Vita.*

1. *I Tim.*, II, 6. — 2. *I Cor.*, XV, 22. ... 3. *Luc.*, I, 33.

veritas et vita Christus est unice. *Ego sum via, et veritas, et vita* (1): ita ut, eo posthabito, tria illa ad omnem salutem necessaria principia tollantur.

A. VIA. *Homo peregrinatur ad Deum, ad quem nemo venit nisi per Christum;*

Num disserere est opus, quod ipsa res monet assidue, quodque vel in maxima mortalium bonorum affluentia in se quisque penitus sentit, nihil esse, praeter Deum, in quo voluntas humana absolute possit atque omni ex parte quiescere? Omnino finis homini, Deus: atque omnis haec, quae in terris degitur, aetas similitudinem peregrinationis cuiusdam atque imaginem verissime gerit. Iamvero *via* nobis Christus est, quia ex hoc mortali cursu, tam laborioso praesertim tamque ancipiti, ad summum et extremum bonorum, Deum, nulla ratione pervenire, nisi Christo auctore et duce, possumus. *Nemo venit ad Patrem, nisi per me* (2). Quo modo nisi per eum? Nempe in primis et maxime, nisi per gratiam eius: quae tamen *vacua* in homine foret, neglectis praeceptis eius et legibus. Quod enim fieri, parta per IESUM CHRISTUM salute, oportebat, legem ipse suam reliquit custodem et procuratricem generis humani, qua nimirum gubernante, a vitae pravitate conversi, ad Deum homines suum securi contenderent. *Euntes docete omnes gentes :... docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis...* (3). *Mandata mea servate* (4). Ex quo intelligi debet, illud esse in professione christiana praecipuum planeque necessarium, praebere se ad IESU CHRISTI praecepta docilem eique, ut domino ac regi summo, obnoxiam ac devotam penitus gerere voluntatem. Magna res, et quae multum saepe laborem vehementemque contentionem et constantiam desiderat. Quamvis enim Redemptoris beneficio humana sit reparata natura, superstes tamen in unoquoque nostrum velut quaedam aegrotatio est, infirmitas ac vitiositas. Appetitus varii huc atque illuc hominem rapiunt, rerumque externarum illecebrae facile impellunt animum ut, quod lubeat, non quod a Christo imperatum sit, sequatur. Atqui tamen contra nitendum, atque omnibus viribus repugnandum est cupiditatibus *in obsequium Christi:*

scl. observando ejus mandata,

refraenando concupiscentiam,

1. *Io.*, XIV, 6. — 2. *Io.*, XIV, 6. — 3. *Matth.*, XXVIII, 19-20. — 4. *Io.*, XIV, 15.

quae, nisi parent rationi, dominantur, totumque hominem Christo ereptum, sibi faciunt servientem. *Homines corrupti mente, reprobi circa fidem, non efficiunt ut non serviant..., serviunt enim cupiditati triplici, vel voluptatis, vel excellentiae, vel spectaculi* (1). Atque in eiusmodi certamine sic quisque affectus esse debet, ut molestias etiam et incommoda sibi suscipienda, Christi caussa, putet. Difficile, quae tanto opere alliciunt atque oblectant, repellere: durum atque asperum ea, quae putantur bona corporis et fortunae, prae Christi domini voluntate imperioque contemnere: sed omnino christianum hominem oportet patientem et fortem esse in perferendo, si vult hoc, quod datum est vitae christiane traducere. Oblitine sumus cuius corporis et cuius capitis simus membra? Proposito sibi gaudio sustinuit crucem, qui nobis ut nosmetipsos abnegaremus praescripsit. Ex ea vero affectione animi, quam diximus, humanae naturae dignitas pendet ipsa. Quod enim vel sapientia antiquorum saepe vidit, imperare sibi efficereque ut pars animi inferior obediat superiori, nequaquam est fractae voluntatis demissio, sed potius quaedam generosa virtus rationi mirifice congruens, in primisque homine digna. — Ceterum, multa ferre et perpeti, humana conditio est. Vitam sibi dolore vacuam atque omni expletam beatitate extruere non plus homo potest, quam divini conditoris sui delere consilia, qui culpae veteris consectaria voluit manere perpetua. Consentaneum est ergo, non expectare in terris finem doloris, sed firmare animum ad ferendum dolorem, quo scilicet ad spem certam maximorum bonorum erudimur. Neque enim opibus aut vitae delicatiori, neque honoribus aut potentiae, sed patientiae et lacrimis, studio iustitiae et mundo cordi sempiternam in caelo beatitudinem Christus assignavit.

1 NOVEMB. 1900.

molestias pro Christo et ut Christus perferendo.

Et hoc quidem postulat hominis dignitas,

nec non necessaria conditio.

Hinc facile apparet quid sperari denique ex eorum errore superbiaque debeat, qui, spreto Redemptoris principatu, in summo rerum omnium fastigio hominem locant, atque imperare humanam naturam omni ratione atque in

Regno Christi radicaliter opponitur illa, quam quidam in-

1. S. Aug., *De vera rel.*, 37.

saniunt, dominatio hominis.

omnes partes statuunt oportere: quamquam id regnum non modo assequi, sed nec definire, quale sit, queunt. IESU CHRISTI regnum a divina caritate vim et formam sumit: diligere sancte atque ordine, eius est fundamentum et summa. Ex quo illa necessario fluunt, officia inviolate servare: nihil alteri de iure detrahere: humana caelestibus inferiora ducere: amorem Dei rebus omnibus anteponere. Sed isthaec dominatio hominis, aut aperte Christum reiicientis aut non curantis agnoscere, tota nititur in amore sui, caritatis expers, devotionum nescia. Imperet quidem homo, per IESUM CHRISTUM licet: sed eo, quo solo potest, pacto, ut primum omnium serviat Deo, eiusque ab lege normam religiose petat disciplinamque vivendi.

Via autem Christi ab Ecclesia petenda est.

Legem vero Christi dicimus non solum praecepta morum naturalia, aut ea quae accepere antiqui divinitus, quae utique IESUS CHRISTUS omnia perfecit et ad summum adduxit declarando, interpretando, sanciendo: verum etiam doctrinam eius reliquam, et omnes nominatim ab eo res institutas. Quarum profecto rerum caput est Ecclesia: immo ullaene res numerantur Christo auctore institutae, quas non illa cumulate complectatur et contineat? Porro Ecclesiae ministerio, praeclarissime ab se fundatae, perennare munus assignatum sibi a Patre voluit: cumque ex una parte praesidia salutis humanae in eam omnia contulisset, ex altera gravissime sanxit, ei ut homines perinde subessent ac sibimetipsi, eamdemque studiose et in omni vita sequerentur ducem: *Qui vos audit, me audit: et qui vos spernit, me spernit* (1). Quocirca omnino petenda ab Ecclesia lex Christi est: ideoque via homini Christus, via item Ecclesia: ille per se et natura sua; haec, mandato munere et communicatione potestatis. Ob eam rem quicumque ad salutem contendere seorsum ab Ecclesia velint, falluntur errore viae, frustraque contendunt.

Non solum privatis hominibus, sed et imperiis

Quae autem privatorum hominum, eadem fere est caussa imperiorum: haec enim ipsa in exitus perniciosos incurrere necesse est, si digrediantur de *via*. Humanae procreator idemque redemptor naturae, Filius Dei, rex et

1. *Luc.*, X, 16.

dominus est orbis terrarum, potestatemque summam in homines obtinet cum singulos, tum iure sociatos. *Dedit ei potestatem, et honorem, et regnum ; et omnes populi, tribus et linguae ipsi servient*(1). *Ego autem constitutus sum rex ab eo... Dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae* (2). Debet ergo in convictu humano et societate lex valere Christi, ita ut non privatae tantum ea sit, sed et publicae dux et magistra vitae. Quoniamque id ita est provisum et constitutum divinitus, nec repugnare quisquam impune potest, idcirco male consulitur rei publicae ubicumque instituta christiana non eo, quo debent, habeantur loco. Amoto IESU, destituitur sibi humana ratio, maximo orbata praesidio et lumine : tum ipsa facile obscuratur notio caussae, quae caussa, Deo auctore, genuit communem societatem, quaeque in hoc consistit maxime ut, civili coniunctione adiutrice, consequantur cives naturale bonum, sed prorsus summo illi, quod supra naturam est, perfectissimoque et perpetuo bono convenienter. Occupatis rerum confusione mentibus, ingrediuntur itinere devio tam qui parent, quam qui imperant : abest enim quod tuto sequantur, et in quo consistant.

1 NOVEMB. 1900.

ipsis, Christus est Via.

B. VERITAS

Quo pacto miserum et calamitosum aberrare de via, simillime deserere veritatem. Prima autem et absoluta et essentialis *veritas* Christus est, utpote Verbum Dei, consubstantiale et coaeternum Patri, unum ipse et Pater. *Ego sum via, et veritas.* Itaque, si verum quaeritur, pareat primum omnium IESU CHRISTO, in eiusque magisterio secura conquiescat humana ratio, propterea quod Christi voce loquitur ipsa veritas. — Innumerabilia genera sunt, in quibus humani facultas ingenii, velut in uberrimo campo et quidem suo, investigando contemplandoque, libere excurrat, idque non solum concedente, sed plane postulante natura. Illud nefas et contra naturam, contineri mentem nolle finibus suis, abiectâque modestia debita, Christi docentis aspernari auctoritatem. Doctrina ea, unde nostra omnium pendet salus, fere de Deo est rebusque

Ratio, quamvis de se non vana, Christi doctrinae subjicienda est

1. *Daniel.*, VII, 14. — 2. *Ps.* II.

divinissimis: neque sapientia hominis cuiusquam peperit eam, sed Filius Dei ipso ab Patre suo totam hausit atqua accepit: *Verba quae dedisti mihi, dedi eis* (1). Idcirco plura necessario complectitur, non quae rationi dissentiant, id enim fieri nullo pacto potest, sed quorum altitudinem cogitatione assequi non magis possumus, quam comprehendere, qualis est in se, Deum. At enim si tam multae res existunt occultae et a natura ipsa involutae, quas nulla queat, humana explicare sollertia, de quibus tamen nemo sanus dubitare ausit, erit quidem libertate perverse utentium non ea perferre quae supra universam naturam longe sunt posita, quod percipere qualia sint non licet. Nolle dogmata huc plane recidit, christianam religionem nullam esse velle. Porro flectenda mens demisse et obnoxie *in obsequium Christi*, usque adeo, ut eius numine imperioque velut captiva teneatur: *In captivitatem redigentem omnem intellectum in obsequium Christi* (2). Tale prorsus obsequium est, quod Christus sibi tributum vult; et iure vult, Deus est enim, propptereaque sicut voluntatis in homine, ita et intelligentiae unus habet summum imperium. Serviens autem intelligentiâ Christo domino, nequaquam facit homo serviliter, sed maxime convenienter tum rationi, tum nativae excellentiae suae. Nam voluntate in imperium concedit non hominis cuiuspiam, sed auctoris sui ac principis omnium Dei, cui subiectus est lege naturae: nec astringi se humani opinatione magistri patitur, sed aeterna atque immutabili veritate. Ita et mentis naturale bonum, et libertatem simul consequitur. Veritas enim, quae a Christi magisterio proficiscitur, in conspicuo ponit, unaquaeque res qualis in se sit et quanti: qua imbutus cognitione, si perceptae veritati paruerit homo, non se rebus, sed sibi res, nec rationem libidini, sed libidinem rationi subiiciet: peccatique et errorum pessima servitute depulsa, in libertatem praestantissimam vindicabitur: *Cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos* (3). — Apparet igitur, quorum mens imperium Christi recusat, eos pervicaci vo-

etiam quoad mysteria.

Christus est intelligentiae rex, cui, haec, si servierit, libera erit;

1. *Io.*, XVII, 8. — 2. *II Cor.*, X, 5. — 3. *Io.*, VIII, 32.

luntate contra Deum contendere. Elapsi autem e potestate divina, non propterea solutiores futuri sunt : incident in potestatem aliquam humanam : eligent quippe, ut fit, unum aliquem, quem audiant, cui obtemperent, quem sequantur magistrum. Ad haec, mentem suam, a rerum divinarum communicatione seclusam, in angustiorem scientiae gyrum compellunt, et ad ea ipsa, quae ratione cognoscuntur, venient minus instructi ad proficiendum. Sunt enim in natura rerum non pauca, quibus vel percipiendis, vel explicandis plurimum affert divina doctrina luminis. Nec raro, poenas de superbia sumpturus, sinit illos Deus non vera cernere, ut in quo peccant, in eo plectantur. Utraque de caussa permultos saepe videre licet magnis ingeniis exquisitaque eruditione praeditos, tamen in ipsa exploratione naturae tam absurda consectantes, ut nemo deterius erraverit.

1 NOVEMB. 1900.

si non servierit, serva erit hominis atque erroris.

Certum igitur sit, intelligentiam in vita christiana auctoritati divinae totam et penitus esse tradendam. Quod si in eo quod ratio cedit auctoritati, elatior ille animus, qui tantam habet in nobis vim, comprimitur et dolet aliquid, inde magis emergit, magnam esse in christiano oportere non voluntatis dumtaxat, sed etiam mentis tolerantiam. Atque id velimus meminisse, qui cogitatione sibi fingunt ac plane mallent quamdam in christiana professione et sentiendi disciplinam et agendi, cuius essent praecepta molliora, quaeque humanae multo indulgentior naturae, nullam in nobis tolerantiam requireret, aut mediocrem. Non satis vim intelligunt fidei institutorumque christianorum : non, vident, undique nobis occurrere *Crucem*, exemplum vitae vexillumque perpetuum iis omnibus futurum, qui re ac factis, non tantum nomine, sequi Christum velint.

Haec intelligentiae submissio, quamvis dura, Christi discipulo necessaria est.

Vitam esse, solius est Dei. Ceterae naturae omnes participes vitae sunt, vita non sunt. Ex omni autem aeternitate ac suapte naturâ *vita* Christus est, quo modo est veritas, quia Deus de Deo. Ab ipso, ut ab ultimo augustissimoque principio, vita omnis in mundum influxit perpetuoque influet : quidquid est, per ipsum est, quidquid vivit, per ipsum vivit, quia *omnia* per Verbum *facta sunt, et sine*

C. VITA.

Christus est principium vitae naturalis,

et supernaturalis, quae sistit in iustitia ex fide,

ipso factum est nihil quod factum est. — Id quidem in vita naturae: sed multo meliorem vitam multoque potiorem satis iam tetigimus supra, Christi ipsius beneficio partam, nempe *vitam gratiae:* cuius beatissimus est exitus *vita gloriae*, ad quam cogitationes atque actiones referendae omnes. In hoc est omnis vis doctrinae legumque christianarum ut *peccatis mortui, iustitiae vivamus* (1), id est virtuti et sanctitati, in quo moralis vita animorum cum explorata spe beatitudinis sempiternae consistit. Sed vere et proprie et ad salutem apte nulla re alia, nisi fide christiana, alitur iustitia. *Iustus ex fide vivit* (2). *Sine fide impossibile est placere Deo* (3). Itaque sator et parens et altor fidei

et maxime ab Ecclesia petenda est scl. per sacramenta et magisterium;

IESUS CHRISTUS, ipse est qui vitam in nobis moralem conservat ac sustentat: idqne potissimum Ecclesiae ministerio: huic enim, benigno providentissimoque consilio, administranda instrumenta tradidit, quae hanc, de qua loquimur, vitam gignerent, generatam tuerentur, extinctam renovarent. Vis igitur procreatrix eademque conservatrix virtutum *salutarium* eliditur, si disciplina morum a fide divina diiungitur: ac sane despoliant hominem dignitate maxima,

quia sola ratio incapax est tum beatificandi singulos

vitaque deiectum super naturali ad naturalem perniciosissime revolvunt, qui mores dirigi ad honestatem uno rationis magisterio volunt. Non quod praecepta naturae dispicere ac servare recta ratione homo plura non queat: sed omnia quamvis dispiceret et sine ulla offensione in omni vita servaret, quod nisi opitulante Redemptoris gratia non potest, tamen frustra quisquam, expers fidei, de salute sempiterna confideret. *Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes; et arescet, et colligent eum, et in ignem mittent, et ardet* (4). *Qui non crediderit, condemnabitur* (5). Ad extremum quanti sit in se ipsa, et quos pariat fructus ista divinae fidei contemptrix honestas, nimis multa habemus documenta ante oculos. Quid est quod in tanto studio stabilien-

tum procurandi prosperitatem publicam.

dae augendaeque prosperitatis publicae, laborant tamen ac paene aegrotant civitates tam multis in rebus tamque gra-

1. *I Petr.*, II, 24. — 2. *Galat.*, III, 11. — 3. *Hebr.*, XI, 6. — 4. *Io.*, XV, 6. — 5. *Marc.*, XVI, 16.

vibus quotidie magis? Utique civilem societatem satis aiunt fretam esse per se ipsam: posse sine praesidio institutorum christianorum commode se habere, atque eo, quo spectat, uno labore suo pervenire. Hinc quae administrantur publice, ea more profano administrari malunt: ita ut in disciplina civili vitaque publica populorum vestigia religionis avitae pauciora quotidie videas. At non cernunt satis quid agant. Nam submoto numine recta et prava sancientis Dei, excidere auctoritate principe leges necesse est, iustitiamque collabi, quae duo firmissima sunt coniunctionis civilis maximeque necessaria vincula. Similique modo, sublata semel spe atque expectatione bonorum immortalium, pronum est mortalia sitienter appetere: de quibus trahere ad se, quanto plus poterit, conabitur quisque pro viribus. Hinc aemulari, invidere, odisse; tum consilia teterrima: de gradu deiectam velle omnem potestatem, meditari passim dementes ruinas. Non pacatae res foris, non securitas domi: deformata sceleribus vita communis.

1 NOVEMB. 1900.

Remedium malorum extra vitam Christianam frustra quaeritur.

In tanto cupiditatum certamine, tantoque discrimine, aut extrema metuenda pernicies, aut idoneum quaerendum mature remedium. Coercere maleficos, vocare ad mansuetudinem mores populares atque omni ratione deterrere a delictis providentiâ legum, rectum idemque necessarium: nequaquam tamen in isto omnia. Altius sanatio petenda populorum: advocanda vis humanâ maior, quae attingat animos, renovatosque ad conscientiam officii, efficiat meliores: ipsa illa nimirum vis, quae multo maioribus fessum malis vindicavit semel ab interitu orbem terrarum. Fac reviviscere et valere, amotis impedimentis, christianos in civitate spiritus; recreabitur civitas. Conticescere proclive erit inferiorum ordinum cum superioribus contentionem, ac sancta utrinque iura consistere verecundiâ mutuâ. Si Christum audiant, manebunt in officio fortunati aeque ac miseri: alteri iustitiam et caritatem sentient sibi esse servandam, si salvi esse volunt, alteri temperantiam et modum. Optime constiterit domestica societas, custode salutari metu iubentis, vetantis Dei: eademque ratione plurimum illa in populis valebunt, quae ab ipsa natura praecipiuntur,

vereri potestatem legitimam et obtemperare legibus ius esse: nihil seditiose facere, nec per coitiones moliri quicquam. Ita, ubi christiana lex omnibus praesit et eam nulla res impediat, ibi sponte fit ut conservetur ordo divina providentia constitutus, unde efflorescit cum incolumitate prosperitas. Clamat ergo communis salus, referre se necesse esse, unde numquam digredi oportuerat, ad eum qui via et veritas et vita est, nec singulos dumtaxat, sed societatem humanam universe. In hanc velut in possessionem suam, restitui Christum dominum oportet, efficiendumque ut profectam ab eo vitam hauriant atque imbibant omnia membra et partes reipublicae, iussa ac vetita legum, instituta popularia, domicilia doctrinae, ius coniugiorum convictusque domestici, tecta locupletium, officinae opificum. Nec fugiat quemquam, ex hoc pendere magnopere ipsam, quae tam vehementer expetitur, gentium humanitatem, quippe quae alitur et augetur non tam iis rebus, quae sunt corporis, commoditatibus et copiis, quam iis, quae sunt animi, laudabilibus moribus et cultu virtutum.

CONCLUSIO II^ae PARTIS. *Communis salus obtinebitur si Christus habetur ut via, veritas et vita.*

Alieni a IESU CHRISTO plerique sunt ignoratione magis, quam voluntate improba: qui enim hominem, qui mundum studeant dedita opera cognoscere, quam plurimi numerantur; qui Filium Dei, perpauci. Primum igitur sit, ignorationem scientiâ depellere, ne repudietur aut spernatur ignotus. Quotquot ubique sunt, christianos obtestamur dare velint operam, quoad quisque potest, Redemptorem suum ut noscant, qualis est: in quem ut quis intuebitur mente sincera iudicioque integro, ita perspicue cernet nec eius lege fieri quicquam posse salubrius, nec doctrinâ divinius. In quo mirum quantum allatura adiumenti est auctoritas atque opera vestra, Venerabiles Fratres, tum Cleri totius studium et sedulitas. Insculpere populorum in animis germanam notionem ac prope imaginem IESU CHRISTI, eiusque caritatem, beneficia, instituta illustrare litteris, sermone, in scholis puerilibus, in gymnasiis, in concione, ubicumque se det occasio, partes officii vestri praecipuas putatote. De iis, quae appellantur *iura hominis*, satis audiit multitudo: audiat aliquando de iuribus Dei. Idoneum tempus esse,

CONCLUSIO PRACTICA TOTIUS EPISTOLAE. *Sincera notio Jesu Christi Redemptoris spargenda est nempe beneficiorum ejus et jurium.*

vel ipsa indicant excitata iam, ut diximus, multorum recta studia, atque ista nominatim in Redemptorem tot significationibus testata pietas, quam quidem saeculo insequenti, si Deo placet, in auspicium melioris aevi tradituri sumus. Verum, cum res agatur quam non aliunde sperare nisi a gratia divina licet, communi studio summisque precibus flectere ad misericordiam insistamus omnipotentem Deum, ut interire ne patiatur, quos ipsemet profuso sanguine liberavit: respiciat hanc propitius aetatem, quae multum quidem deliquid, sed multa vicissim ad patiendum aspera in expiationem exanclavit: omniumque gentium generumque homines benigne complexus, meminerit suum illud: *Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum* (1).

1 NOVEMB. 1900.

Per orationem Redemptor offensus propitius reddatur.

Auspicem divinorum munerum, benevolentiaeque Nostrae paternae testem vobis, Venerabiles Fratres, Clero populoque vestro Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Benedictio.

Datum Romae apud S. Petrum die I Novembris MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio. LEO PP. XIII.

DECRETUM

DE NOVO SAECULI INITIIS CHRISTO REDEMPTORI SOLEMNITER CONSECRANDIS.

URBIS ET ORBIS

16 NOVEMB. 1900.

REGI saeculorum CHRISTO IESU iam prope labentis aevi finem, novique properantis initia solemniter consecrare omnes, quotquot ubique terrarum sunt, redemptos maxime convenit; tum ut pro acceptis ab illo, elapso praesertim saeculo, beneficiis gratiae peragantur, tum ut in tam adversis rerum vicissitudinibus validiora auxilia ad novum feliciter ineundum ipse misericors et clemens tribuat.

Convenientia hujus consecrationis ostenditur.

1. *Io.*, XII, 32.

Quaenam solemnitates fieri possint.

Quibus superiore anno praeludens Beatissimus Pater et Dominus Noster Leo XIII, Decreto S. RR. C. die XIII Novembris dato, concessit ut etiam incipientis Ianuarii anni MCMI media nocte *in templis ac sacellis exponi posset adorandum augustissimum Eucharistiae Sacramentum, facta potestate legendi vel canendi eadem hora coram Illo unicam Missam de festo in Circumcisione Domini et Octava Nativitatis; fidelibus autem sive infra, sive extra Sacrificii actionem, de speciali gratia, S. Synaxim sumendi.*

Indulgentiae rogatae fuerunt,

Nunc vero cogitanti Beatissimo Patri de novo aliquo stimulo fidelium pietati addendo, tam solemni eventu, innotuit plures sacrorum Antistites, piasque Sodalitates in votis habere, ut Christifideles spiritualis Indulgentiarum thesauri divitiis adlecti, undequaque ad sacrosanctae Eucharistiae adorationem invitarentur, qui et illatas Numini iniurias reparare, et seipsos eiusdem suavissimo Cordi arctius coniungere satagerent.

et plenaria, servata servandis, conceditur.

Quae cum apprime Eius voluntati responderent, Beatissimus Pater benigne largitus est, ut omnes Christi-fideles, qui Sacramentali Confessione rite expiati et S. Synaxi refecti in templis ac sacellis, ubi sanctissima Eucharistia adservatur, coram augustissimo Sacramento publicae adorationi exposito a media nocte diei XXXI Decembris ad meridiem usque diei I Ianuarii, qua libuerit hora integra orationi vacando etiam iuxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces fuderint, Plenariam Indulgentiam assequi possint et valeant.

Quanto tempore adoratio Sanctissimi fieri potest.

Quantum vero temporis adoranda Eucharistia exposita manere debeat, dummodo intra memoratum duodecim horarum spatium fiat, Sanctitas Sua Ordinariorum prudentiae reliquit.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die XVI Novembris anno MCM.

S. CARD. CRETONI
S. C. Indulgg. et SS. Reliqq. Praefectus.

FRANCISCUS SOGARO, Archiep. Amiden,
Secretarius.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE RELIGIOSORUM INSTITUTIS VOTA SIMPLICIA PROFITENTIUM.

CONDITAE a Christo Ecclesiae ea vis divinitus inest ac fecunditas, ut multas anteactis temporibus, plurimas aetate hac elabente utriusque sexus tamquam familias ediderit, quae, sacro *votorum simplicium* suscepto vinculo, sese variis religionis at misericordiae operibus sancte devovere contendunt. Quae quidem pleraeque, urgente caritate Christi, singularis civitatis vel dioecesis praetergressae angustias, adeptaeque, unius eiusdemque vi legis communisque regiminis, perfectae quamdam consociationis speciem, latius in dies proferuntur. — Duplex porro earumdem est ratio: aliae, quae Episcoporum solummodo approbationem nactae, ob eam rem *dioecesanae* appellantur; aliae vero de quibus praeterea romani Pontificis sententia intercessit, seu quod ipsarum leges ac statuta recognoverit, seu quod insuper commendationem ipsis approbationemve impertiverit.

6 DECEMB. 1900.

Iam in binas huiusmodi religiosarum Familiarum classes quaenam Episcoporum iura esse oporteat, quaeque vicissim illarum in Episcopos officia, sunt qui opinentur incertum controversumque manere. — Profecto, ad *dioecesanas* consociationes quod attinet, res non ita se dat laboriosam ad expediendum ; eae quippe una inductae sunt atque vigent Antistum sacrorum auctoritate. At gravior sane quaestio de ceteris oritur, quae Apostolicae Sedis comprobatione sunt auctae. Quia nimirum in dioeceses plures propagantur, eodemque ubique iure unoque utuntur regimine ; ideo Episcoporum in illas auctoritatem opus est temperationem quamdam admittere certosque limites. Qui limites quatenus pertinere debeant, colligere licet ex ipsa decernendi ratione Sedi Apostolicae consueta in eiusmodi consociationibus approbandis, scilicet certam aliquam Congregationem approbari ut piam Societatem votorum simplicium, *sub regimine Moderatoris*

generalis, salve Ordinariorum iurisdictione,ad formam sacrorum canonum et Apostolicarum constitutionum. — Iamvero perspicuum inde fit, tales Consociationes neque in *dioecesanis* censeri, neque Episcopis subesse posse nisi intra fines dioecesis cuiusque, incolumi tamen supremi earumdem Moderatoris administratione ac regimine. Qua igitur ratione summis societatum harum Praesidibus in Episcoporum iura et potestatem nefas est invadere; eâdem Episcopi prohibentur ne quid sibi de Praesidum ipsorum auctoritate arrogent. Secus enim si fieret, tot moderatores istis Congregationibus accederent, quot Episcopi, quorum in dioecesibus alumni earum versentur; actumque esset de administrationis unitate ac regiminis. — Concordem atque unanimem Praesidum Congregationum atque Episcoporum auctoritatem esse oportet; at ideo necesse est alteros alterorum iura pernoscere atque integra custodire.

Id autem ut, omni submota controversia, plene in posterum fiat, et ut Antistitum sacrorum potestas, quam Nos, uti par est, inviolatam usquequaque volumus, nihil uspiam detrimenti capiat; ex consulto sacri Consilii Episcopis ac Religiosorum ordinibus praepositi, duo praescriptionum capita edicere visum est; alterum de Sodalitatibus quae Sedis Apostolicae commendationem vel approbationem nondum sunt assecutae, alterum de ceteris, quarum Sedes Apostolica vel leges recognovit vel institutum commendavit aut approbavit.

Caput primum haec habet servanda:

I. Episcopi est quamlibet recens natam sodalitatem non prius in dioecesim recipere, quam leges eius constitutionesque cognorit itemque probarit; si videlicet neque fidei honestative morum, neque sacris canonibus et Pontificum decretis adversentur, et si apte statuto fini conveniant.

II. Domus nulla novarum sodalitatum iusto iure fundabitur, nisi annuente probante Episcopo. Episcopus vero fundandi veniam ne impertiat, nisi inquisitione diligenter acta quales sint qui id poscant: an recte probeque sentiant, an prudentia praediti, an studio divinae gloriae, suaeque et alienae salutis praecipue ducti.

III. Episcopi, quoad fieri possit, potius quam novam in aliquo genere sodalitatem condant vel approbent, utilius unam quamdam adsciscent de iam approbatis,quae actionis institutum profiteatur adsimile. — Nullae fere, ni forte in *Missionum* regionibus, probentur sodalitates, quae, certo proprioque fine non praestituto, quaevis universe pietatis ac beneficentiae opera, etiamsi penitus inter se disiuncta, exercenda amplectantur.

6 DECEMB. 1900.

Episcopi sodalitatem condi ullam ne siverint, quae redditibus careat ad sodalium victum necessariis. — Sodalitia, quae stipe collaticia vivant ; item muliebres familias, quae aegrotis,domi ipsorum,interdiu noctuque absint, cautissime, quin etiam difficulter comprobent. — Si quae autem nova feminarum sodalitas eo spectet et suis in aedibus valetudinaria aperiat viris promiscue mulieribusve excipiendis ; vel similes domos excipiendis sacerdotibus, qui Sororum curâ atque opera aegrotantes leventur ; eius modi proposita Episcopi ne probent,nisi maturo adhibito severoque consilio. — Praeterea Episcopi religiosarum domus, ubi viris feminisve peregre advenientibus hospitium victusque accepto pretio suppeditetur, nequaquam permittant.

IV. Sodalitas quaevis dioecesana ad dioeceses alias ne transgrediatur, nisi consentiente utroque Episcopo,tum loci unde excedat, tum loci quo velit commigrare.

V. Sodalitatem dioecesanam si ad dioeceses alias propagari accidat, nihil de ipsius natura et legibus mutari liceat, nisi singulorum Episcoporum consensu, quorum in dioecesibus aedes habeat.

VI. Semel approbatae sodalitates ne extinguantur, nisi gravibus de caussis, et consentientibus Episcopis, quorum in ditione fuerint. Singulares tamen domos Episcopis, in sua cuique dioecesi, tollere fas est.

VII. De puellis habitum religiosum petentibus, item de iis quae, probatione expleta, emissurae sint vota, Episcopus singulatim certior fiat : eiusdem erit illas et de more explorare et, nihil si obstet, admittere.

VIII. Episcopo alumnas sodalitatum dioecesanarum

professas dimittendi potestas est, votis perpetuis aeque ac temporariis remissis, uno dempto (ex auctoritate saltem propria) colendae perpetuo castitatis. Cavendum tamen ne istiusmodi remissione ius alienum laedatur ; laedetur autem, si insciis moderatoribus id fiat iusteque dissentientibus.

IX. Antistitae, ex constitutionum iure, a Sororibus eligantur. Episcopus tamen, ipse vel delegato munere, suffragiis ferendis praeerit : peractam electionem confirmare vel rescindere integrum ipsi est pro conscientiae officio.

X. Dioecesanae cuiusvis sodalitatis domos Episcopus invisendi ius habet, itemque de virtutum studio, de disciplina, de oeconomicis rationibus cognoscendi.

XI. Sacerdotes a sacris, a confessionibus, a concionibus designare, item de sacramentorum dispensatione statuere munus Episcoporum est, pro sodalitatibus dioecesanis pariter ac pro ceteris ; id quod in capite consequenti (num. VIII) explicate praefinitur.

Alterum praescriptionum caput, de Sodalitatibus, quarum Apostolica Sedes vel leges recognovit vel institutum commendavit aut approbavit, haec habet servanda :

I. Candidatos cooptare, eosdem ad sacrum habitum vel ad profitenda vota admittere, partes sunt Praesidum sodalitatum ; integrâ tamen Episcopi facultate, a Synodo Tridentina tributa [1], ut, quum de feminis agitur, eas et ante suscipiendum habitum et ante professionem emittendam ex officio exploret. Praesidum similiter est familias singulas ordinare, tirones ac professos dimittere, iis tamen servatis quaecumque ex instituti legibus pontificiisque decretis servari oportet. — Demandandi munera et procurationes, tum quae ad universam sodalitatem pertinent, tum quae in domibus singulis exercentur, Conventus seu *Capitula*, et Consilia propria ius habent. In muliebrium autem sodalitatum Conventibus ad munerum assignationem, Episcopus,

1. Sess. XXV, cap. XVII, de Regul. et Monial.

cuius in dioecesi habentur, per se vel per alium praeerit, ut Sedis Apostolicae delegatus. 6 DECEMB. 1900.

II. Condonare vota, sive ea temporaria sint sive perpetua, unius est romani Pontificis. Immutandi constitutiones, utpote quae probatae a Sede Apostolica, nemini Episcoporum ius datur. Item regimen, quod penes moderatores est sive sodalitatis universae sive familiarum singularum ad constitutionum normam, Episcopis mutare temperare ne liceat.

III. Episcoporum sunt iura, in dioecesi cuiusque sua, permittere vel prohibere novas domos sodalitatum condi; item nova ab illis templa excitari, oratoria seu publica seu semipublica aperiri, sacrum fieri in domesticis sacellis, Sacramentum augustum proponi palam venerationi fidelium. Episcoporum similiter est sollemnia et supplicationes, quae publica sint, ordinare.

IV. Domus sodalitatum huiusmodi si *clausura episcopali* utantur, Episcopis iura manent integra, quae de hac re a pontificiis legibus tribuuntur. Si quae autem *clausura*, ut inquiunt, *partiali*, utantur, Episcopi erit curare ut rite servetur, et quidquid in eam irrepat vitii cohibere.

V. Alumni alumnaeve sodalitatum harum, ad *forum internum* quod attinet, Episcopi potestati subsunt. In *foro* autem *externo*, eidem subsunt quod spectat ad censuras, reservationem casuum, votorum relaxationem quae non sint uni summo Pontifici reservata, publicarum precum indictionem, dispensationes concessionesque ceteras, quas Antistites sacrorum fidelibus suis impertire queant.

VI. Si qui vero ad sacros ordines promoveri postulent, eos Episcopus, etsi in dioecesi degentes, initiare caveat, nisi hisce conditionibus: ut a moderatoribus quisque suis proponantur; ut quae a iure sacro sancita sunt de *litteris dimissorialibus* vel *testimonialibus*, sint rite impleta; ut *titulo sacrae ordinationis* ne careant, vel certe eo legitime eximantur; ut theologiae studiis operam dederint, secundum decretum *Auctis admodum*, die datum IV Novembris anno MDCCCXCII.

VII. In sodalitates, quae mendicato vivunt, ea Episcopis stent iura, quae habet decretum *Singulare quidem*, a sacro Consilio Episcopis et Religiosorum ordinibus praeposito promulgatum die XXVII Martii anno MDCCCXCVI.

VIII. In iis quae ad spiritualia pertinent subduntur sodalitates Episcopis dioecesium in quibus versantur. Horum igitur erit sacerdotes ipsis et a sacris designare et a concionibus probare. Quod si sodalitates muliebres sint, designabit item Episcopus sacerdotes a confessionibus tum ordinarios tum extra ordinem, ad normam constitutionis *Pastoralis curae*, a Benedicto XIV decessore Nostro editae, ac decreti *Quemadmodum*, dati a sacro Consilio Episcopis et Religiosorum ordinibus praeposito, die XVII Decembris anno MDCCCXC; quod quidem decretum ad virorum etiam consociationes pertinet, qui sacris minime initiantur.

IX. Bonorum, quibus Sodalitia singula potiuntur, administratio penes Moderatorem supremum maximamve Antistitam eorumque Consilia esse debet: singularum vero familiarum redditus a praesidibus singulis administrari oportet, pro instituti cuiusque legibus. De iis nullam Episcopus rationem potest exigere. Qui vero fundi certae domui tributi legative sint ad Dei cultum beneficentiamve eo ipso loco impendendam; horum administrationem moderator quidem domus gerat, referat tamen ad Episcopum, eique se omnino praebeat obnoxium: ita nimirum ut neque Praeposito neque Antistitae sodalitii universi liceat quidquam ex iis bonis Episcopo occultare, distrahere, vel in alienos usus convertere. Talium igitur bonorum Episcopus rationes accepti impensique, quoties videbitur, expendet; idem ne sortes minuantur, redditus ne perperam erogentur, curabit.

X. Sicubi sodalitatum aedibus instituta curanda adiecta sint, uti gynaecea, orphanotrophia, valetudinaria, scholae, asyla pueris erudiendis; Episcopali vigilantiae ea omnia subsint quod spectat ad religionis magisteria, honestatem morum, exercitationes pietatis, sacrorum administra-

tionem, integris tamen privilegiis, quae collegiis, scholis, institutisve eiusmodi a Sede Apostolica sint tributa. *6 DECEMB. 1900.*

XI. In quarumlibet sodalitatum domibus vota simplicia profitentium, Episcopis cuiusque dioecesis ius est invisendi templa, sacraria, oratoria publica, sedes ad sacramentum poenitentiae, de iisque opportune statuendi iubendi. — In presbyterorum sodalitiis, de conscientia ac disciplina, item de re oeconomica uni praesides cognoscent. In consociationibus vero feminarum, aeque ac virorum qui sacerdotio abstinent, Episcopi erit inquirere num disciplina ad legum normam vigeat, num quid sana doctrina morumve probitas detrimenti ceperit, num contra clausuram peccatum, num sacramenta aequâ statâque frequentia suscipiantur. — Reprehensione dignum si quid Episcopus forte offenderit, ne decernat illico : moderatores uti prospiciant moneat ; qui si neglexerint, ipse per se consulat. Si quae tamen maioris momenti occurrant quae moram non expectent, decernat statim : decretum vero ad sacrum Consilium deferat Episcopis ac Religiosorum ordinibus praepositum.

Episcopus, in visitatione potissimum, iuribus, quae supra diximus, utatur suis quod spectat ad scholas, asyla ceteraque memorata instituta. — Ad rem vero oeconomicam quod attinet muliebrium sodalitatum itemque virorum sacerdotio carentium, Episcopus ne cognoscat nisi de fundorum legatorumve administratione,quae sacris sint attributa, vel loci aut dioecesis incolis iuvandis.

His porro, quae hactenus ediximus sancivimus, nihil penitus derogari,volumus de facultatibus vel privilegiis,tum Nostro aut quovis alio Sedis Apostolicae decreto concessis, tum immemorabili aut saeculari consuetudine confirmatis, tum etiam quae in alicuius Sodalitatis legibus a romano Pontifice approbatis contineantur.

Praesentes vero litteras et quaecumque in ipsis habentur nullo unquam tempore de subreptionis aut obreptionis sive intentionis Nostrae vitio aliove quovis defectu notari vel impugnari posse, sed semper validas et in suo robore fore

et esse, atque ab omnibus cuiusvis gradus et praeeminentiae inviolabiliter in iudicio et extra observari debere decernimus : irritum quoque et inane declarantes si secus super his a quoquam, quavis auctoritate vel praetextu, scienter vel ignoranter contigerit attentari ; contrariis non obstantibus quibuscumque.

Volumus autem ut harum litterarum exemplis, etiam impressis, manu tamen Notarii subscriptis et per constitutum in ecclesiastica dignitate virum sigillo munitis, eadem habeatur fides, quae Nostrae voluntatis significationi his praesentibus ostensis haberetur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo nongentesimo, sexto idus Decembres, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

C. CAR. ALOISI-MASELLA PRO-DAT. — A. CARD. MACCHI

VISA

DE CURIA I. DE AQUILA E VICECOMITIBUS

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Secret. Brevium

I. CUGNONIUS

EPISTOLA

Ad L. B. De Hertling, praesidem Societatis Goerresianae et Stephanum Ehses, sac. moderatorem Instituti historici eiusdem societatis in Urbe

DE SOCIETATE GOERRESIANA IN URBE.

10 DECEMB. 1900.

Societatis propositum, utpote christianae reipublicae utile, comprobat pontifex.

HAUD mediocri animi oblectatione iam pridem accepimus ab electa doctorum hominum catholicorum manu Societatis, cui a Iosepho Goerres viro eximio nomen, in Germania vestra initia posita esse, hoc proposito ut optimis quibusque artibus et disciplinis provehendis, una dempta theologia, communi-

bus studiis operam darent. Huiusmodi consilium ideo praesertim comprobavimus, quod persuasum Nobis sit ex bonarum disciplinarum incrementis insignes utilitates in christianam rempublicam derivari. Neque enim pertimescendum fore ut ex sincera veri investigatione disciplinarumque progressibus christianae revelataeque doctrinae detrimentum contingat; quasi fieri possit ut veritas veritati usquam adversetur, aut emolumenti aliquid ex errore vel veritatis ignoratione expectari liceat. Quod sane meminimus Nos fusius esse prosecutos litteris die XVIII Augusti anno MDCCCLXXXIII datis, illud nimirum veteris sapientiae praescriptum de arte historica inculcantes, *primam esse legem historiae, ne quid falsi dicere audeat; deinde ne quid veri non audeat; ne qua suspicio gratiae sit in scribendo, ne qua simultatis.* — Haec quidem constanter reputans, optime de veritate, de religione, de re publica merita est societas vestra, tum egregiis in lumen editis scriptis, tum variis institutis in Urbe conditis, tum etiam attributo praemiorum incitamento iis iuvenibus, qui prima in Academiis stipendia mereantur.

Ex arte historica nihil timendum esse edicit dummodo rite exerceatur, uti fit in vestra societate non de uno nomine optime merita.

At eo maiore commendatione dignum censemus consilium illud, aliquot ante annos a vobis susceptum, in quo perficiendo strenue nonnullorum virorum industria naviterque elaborat. Intelligimus novam atque amplam monumentorum, quae ad sacrum Concilium Tridentinum spectant, collectam seriem, ex tabulario Vaticano adauctam, scienter emendatam, omnique critico apparatu instructam. Placuit vobis huiusce haud exiguae molis operis volumen primum, vel antea quam extrema ei manus accederet, ad Nos perferri; in eoque rerum copiam, perapto ordine digestam, ad integram fidem documentorum, atque ipsum etiam librariae artis nitorem iucundum fuit laudare pro merito. — Quamobrem cum vehementer vobis in votis sit, ut opus idem auspiciis Nostris in publicum prodeat Nostroque augeatur nomine, id libentes concedimus, optamusque ut quod tam egregie aggressi estis, ad felicem exitum, Deo bene iuvante, perducatis. Minimeque dubi-

Probat editionem monumentorum Concilii Tridentini, cujus primum volumen laudat. Ipsi operi libenter patrocinatur Pontifex

tamus quin labores vestros gratia bonorum et comprobatio consequatur, proinde ac postulat et ipsa rei praestantia et catholicae religionis decus.

et benedicit.

Divinorum interim munerum auspicem, praecipuaeque Nostrae benevolentiae testem, Apostolicam benedictionem vobis, dilecti filii, et sodalibus vestris universis peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die X Decembris MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

ALLOCUTIO

HABITA IN CONSISTORIO

DIE XVII DECEMBRIS MCM.

VENERABILES FRATRES,

17 DECEMB. 1900.

Deo gratiae debentur propter felicem exitum anni sacri

PROPE iam exegimus piacularis anni urbana solemnia: spatiumque praeteritum cogitatione respicientes, plane sentimus atque intelligimus quantum benignitati divinae huiusce rei caussâ debeatur. Dei quippe munere beneficioque maternam Ecclesiae indulgentiam conceptasque spessatis prosperus consecutus est exitus. De pietate populari, cuius extitit in Urbe toto hoc tempore tam luculenta significatio tamque multiplex, utique liberet attingere oratione aliquid hoc die atque hoc loco, nisi vobismetipsis, Venerabiles Fratres, testibus ac spectatoribus esse licuisset. Aliud igitur malumus, hortari nimirum et rogare vos ut, iunctis caritate animis, contendere a Deo suppliciter Nobiscum una velitis, ut quod ille opus inchoavit, idem cumulate perficiat, ipsoque custode et adiutore fructus ii, quos sacer annus eduxit, ne fugaces labantur, sed mansuri consistant, atque in maiorem amplioremque ubertatem fauste pubescant. Hoc vult et studet

et orandum est ut successus permaneant.

Ecclesia : hoc est maximum Nostrorum in summa senectute votorum.

De clausura Basilicarum statuitur.

Nunc vero pars sacrae celebritatis extrema postulat, ut Portae Basilicarum accepto a maioribus ritu obstruantur. Id Nos quidem ad continentem aedem Vaticanam exemplo decessorum Nostrorum perfecturi Deo opitulante sumus pridie natalis Domini. Quoniamque peragi eodem die caeremonia eadem ad reliquas Patriarchales Basilicas per S. R. E. Cardinales consuevit, idcirco eligimus et nominamus Legatos Nostros a latere Venerabiles Fratres Nostros Lucidum Mariam S. R. E. Cardinalem Parocchi Episcopum Portuensem et Sanctae Rufinae, qui Portam Sanctam Basilicae Sancti Pauli Apostoli Nostro nomine claudat : item Franciscum titulo Sanctae Mariae *in Aracoeli* S. R. E. Presbyterum Cardinalem Satolli, Basilicae Lateranensis Archipresbyterum, qui Portam Sanctam eiusdem Basilicae Nostro nomine claudat : tum Vincentium S. R. E. Cardinalem Vanutelli Episcopum Praenestinum, Basilicae Liberianae Archipresbyterum, qui Portam Sanctam eiusdem Basilicae Nostro nomine claudat. In nomine ✠ Patris, et Filii ✠, et Spiritus ✠ Santi. Amen.

Occasione inaugurationis novi Regis, tristis sed fortis protestatur Pontifex de spoliatione Sedis Apostolicae.

Iucunda ista quidem et ad solatium apta : verumtamen plura aliunde ingrata premunt ac tristia. Maximam sollicitudinum caussam nostis intestinam esse atque insidere domi. Qui enim possumus non solliciti esse, non angi, in hoc rei italicae publicae cum Ecclesia dissidio ? Si multa dudum incumbunt perpessu gravia, graviora etiam quotidie pertimescimus ab hostilibus animis, ab infestis legibus. Illud vero in primis calamitosum, quod, quae vis Pontificem exuit principatu iusto ac legitimo, et cum libertate sacri muneris eius coniuncto, eadem, continenter urgens, tenere pergit alienae obnoxium potestati alienoque arbitrio. Huius in Nobis acerbitatis sensum ea res renovavit, quae paulo ante in administratione rerum italicarum gerebatur, cum scilicet in alium ex alio transmissum vidimus imperium Urbis, perinde ac sit iure quaesitum, quod est iniuria partum. His igitur circumfusi incommodis tam gravibus, officiique conscientia permoti, continuationem querimur iniuriae : salvum

et incolume Sedis apostolicae ius esse volumus: illudque nec productione temporis, nec possessorum successione, intercidere aut minui ullo modo posse, testamur.

Electio Josephi Emmanuelis Thomas in Patriarcham Babylonensem Chaldaeorum confirmari postulatur

Alio hinc cogitatione curaque pro munere Nostro conversa, referendum ad vos hoc ipso die censemus de Antistite Ecclesiae Babylonensis Chaldaeorum sanciendo. Cum venerabilis frater Georgius Ebed-Jesu Khayyath postremus eius Ecclesiae Patriarcha mense Novembri superioris anni naturae cessisset, Archiepiscopi et Episcopi chaldaici ritus in Synodum legitimo iure congregati in templum S. Meskintae civitatis Mausiliensis princeps, venerabilem fratrem Iosephum Emmanuelem Thomas, Episcopum Seerthensem, in locum demortui, suffragiis de more latis, subrogavere. De re tota litteras dederunt ad Nos Episcopi suffragatores: itemque dedit Patriarcha electus, adiecta fidei catholicae suique in Romanam Apostolicam Ecclesiam obsequii professione. Quibus eisdem litteris cum is, tum illi postulant ut electionem confirmare, sacrique Pallii honorem electo decernere auctoritate apostolica velimus.

et Antistes benemeritus, de quo et maiora sperantur, de more constuitur.

Iamvero venerabilis fratris Iosephi Emmanuelis Thomas virtus multiplex in muneribus eluxit ad hanc usque diem integre gestis, praesertim vero in episcopatu Seerthensi, quem non paucos annos naviter ac prudenter administravit. Ratio igitur erat cur confideremus, altiore in gradu positum de Ecclesia posse ac de communi animorum salute magis etiam, quam antea, mereri. Quamobrem ad Sacrum Consilium Nostrum fidei christianae propagandae, negotiis Orientalium Ecclesiarum praepositum, caussam reiecimus, deque ipsius sacri Consilii sententia Venerabilem Fratrem supradictum in Patriarcham Babylonensem Chaldaeorum confirmandum, eique Pallium de beati Petri corpore sumptum hodie concedendum censuimus. Itaque auctoritate omnipotentis Dei, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra confirmamus et approbamus electionem seu postulationem a Venerabilibus Fratribus chaldaici ritus factam de persona Venerabilis Fratris Iosephi Emmanuelis Thomas, eum praeficientes in Patriarcham et Pastorem Ecclesiae Babylonensis Chaldaeorum, prout in decreto et sche-

dula Consistorialibus exprimetur : contrariis quibuscumque non obstantibus. In nomine Patris ✠, et Filii ✠, et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

EPISTOLA

Ad Cardinalem Perraud Episcopum Augustodunensem.

DE INSTITUTO AD EXERCITIA SPIRITUALIA PUELLIS TRADENDA.

18 DECEMB. 1900.

Institutum denuo laudat Pontifex ob eximios ejus fructus

et sacerdotibus Oratorii, utpote illud dirigentibus, congratulatur.

Indolem instituti paucis adumbrat

et benedicit.

IAM ante annos septemdecim litteras dedimus ad dilectam filiam Hedvigem Zamoyskam, quibus laudabamus institutum eius ad puellas seu nobiles seu sequioris ordinis christianis virtutibus omnique familiari opere exercendas,antequam de statu vitae deligendo deliberarent. Caelestia insuper indulgentiarum munera largiti sumus tum iis qui instituto faverent, tum iis quae in eo praeessent vel educarentur. Quoniam vero egregium hoc caritatis opus, religiosae rei ac familiis perutile, sacerdotum Oratorii consilio atque ductu geri novimus, illudque optimos huc usque fructus tulisse ; placet tibi, qui Oratorianae Sodalitati praefectus es, animi Nostri iucunditatem aperire, et gratulari iis, qui instituto vel provehendo vel latius amplificando adlaborant. Nihil in eo quod a communi vitae ratione discedat; nullum votorum vinculum, vel religiosae consociationis species : sed non exiguum christianae sanctimoniae studium magnique emolumenti. Ut igitur coeptum provectumque feliciter opus vigeat porro atque floreat, Apostolicam benedictionem tibi et Oratorii sodalibus, nec non praedictae Hedvigi Zamoyskae eiusque filiae et universis quae in Instituto censentur, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XVIII Decembris MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Gherardum van Caloen, abbatem monasterii Olindensis, vicarium generalem Congregationis benedictinae in Brasilia.

19 DECEMB. 1900.

Diserte Pontifex navitatem abbatis extollit,

ALIAS iam, et voce et scriptis, speciatim vero in Litteris « *Ex quo primum* » die XXV Aprilis MDCCCXCV datis, Nostram significavimus iucunditatem animi ob instaurationem Benedictini Ordinis in Brasilia feliciter coeptam ; simulque promptam commendavimus voluntatem, qua tu, dilecte fili, ceterique Beuronensis Congregationis sodales, illud opus aggressi fuistis. Magis porro laetati sumus, quum, te nuper referente, didicimus, sollertiae vestrae industriis adeo prospere cessisse, ut tam brevi annorum cursu tria monasteria, Olindense videlicet, Bahiense, ac Paulianum disciplinae regulari fuerint reddita ; novum in statu Cearensi caenobium, ob aëris salubritatem adolescentium monachorum valetudini aptius e fundamentis conditum ; domus alia operariis ac mediis pro brasilica missione comparandis in Belgio erecta ; agmen denique satis frequens tum tironum tum sacerdotum in antiqua Brasilicae Congregationis monasteria remearit. De hisce omnibus huc usque gestis igitur gratulamur libenter tum tibi, dilecte fili, tum Abbati Generali Congregationis Brasilicae, tum etiam religiosis Beuronensibus. Etsi vero nos minime lateat quae quantaque tibi superanda adhuc maneant in praeclari operis prosecutione, tamen de tua alacritate confidimus fore, ut demandatum munus forti, quo soles, anima urgeas feliciterque perficias. Quod, ut facilius assequi possis, caritatem tum Beuronensium Abbatum, tum fidelium hortamur ; illorum, ut tibi idoneos adiutores suppetant ; horum vero, ut stipem operi necessariam liberali manu conferant.

et restaurationem antiquorum, necnon fundationem novorum monasteriorum probat.

Gratulatur et animos addit ad prosequendum alacriter ;

opus vero commendat abbatibus Beuronensibus et fideli populo

Testem denique peculiaris nostrae benevolentiae, Abbati Generali, universisque Sodalibus Congregationis Brasilicae

ac tibi, Apostolicam benedictionem peramanter impertimus. *et benedicit.*

Datum Romae apud S. Petrum die XIX Decembris MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA

Ad Cardinalem Richard Archiepiscopum Parisiensem.

DE PERSECUTIONE RELIGIOSORUM IN GALLIIS.

23 DECEMB. 1900.

Au milieu des consolations que Nous procurait l'Année Sainte par le pieux empressement des pèlerins accourus à Rome de tous les points du monde, Nous avons éprouvé une amère tristesse en apprenant les dangers qui menacent les Congrégations religieuses en France. — A force de malentendus et de préjugés, on en est venu à penser qu'il serait nécessaire au bien de l'État de restreindre leur liberté et peut-être même de procéder plus durement contre elles. Le devoir de Notre ministère suprême et l'affection profonde que nous portons à la France Nous engagent à vous parler de ce grave et important sujet dans l'espoir que, mieux éclairés, les hommes droits et impartiaux reviendront à de plus équitables conseils. En même temps qu'à Vous Nous Nous adressons à Nos vénérables frères vos Collègues de l'épiscopat français. Au nom des graves sollicitudes que vous partagez avec Nous, il vous appartient de dissiper les préjugés que vous constatez sur place et d'empêcher, autant qu'il est en vous, d'irréparables malheurs pour l'Église et pour la France.

Tristatur Pontifex ex imminente Religiosis persecutione; sperat fore ut cives admoniti a praejudiciis recedant, atque in hunc finem Episcoporum cooperationem expostulat.

Les Ordres religieux tirent, chacun le sait, leur origine et leur raison d'être de ces sublimes Conseils évangéliques que notre divin Rédempteur adressa, pour tout le cours

A. Ordinum Religiosorum utilitas

ostenditur In genere.

Vita Religiosa nititur in Consiliis evangelii divinitus traditis ad consequendam perfectionem ;

probatur ab Ecclesia cujus ornamentum extat.

Vota religiosa sunt res sacra et fons virtutum.

des siècles, à ceux qui veulent conquérir la perfection chrétienne : âmes fortes et généreuses qui par la prière et la contemplation, par de saintes austérités, par la pratique de certaines règles, s'efforcent de monter jusqu'aux plus hauts sommets de la vie spirituelle. Nés sous l'action de l'Église, dont l'autorité sanctionne leur gouvernement et leur discipline, les Ordres religieux forment une portion choisie du troupeau de Jésus-Christ. Ils sont, suivant la parole de saint Cyprien, *l'honneur et la parure de la grâce spirituelle* (1) en même temps qu'ils attestent la sainte fécondité de l'Église. Leurs promesses, faites librement et spontanément, après avoir été mûries dans les réflexions du noviciat, ont été regardées et respectées par tous les siècles, comme des choses sacrées, sources des plus rares vertus. Le but de ces engagements est double : d'abord élever les personnes qui les émettent à un plus haut degré de perfection ; ensuite les préparer, en épurant et en fortifiant leurs âmes, à un ministère extérieur qui s'exerce pour le salut éternel du prochain et pour le soulagement des misères si nombreuses de l'humanité. Ainsi, travaillant sous la direction suprême du Siège Apostolique à réaliser l'idéal de perfection tracé par Notre-Seigneur, et vivant sous des règles qui n'ont absolument rien de contraire à une forme quelconque de gouvernement civil, les Instituts religieux coopèrent grandement à la mission de l'Église, qui consiste essentiellement à sanctifier les âmes et à faire du bien à l'humanité. C'est pourquoi partout où a été respecté le droit naturel de tout citoyen de choisir le genre de vie qu'il estime le plus conforme à ses goûts et à son perfectionnement moral, partout aussi les Ordres religieux ont surgi comme une production spontanée du sol catholique, et les Évêques les ont considérés à bon droit comme des auxiliaires précieux du saint ministère et de la charité chrétienne.

Regula civitati nihil nocet,

et religiosi, favente libertate, Ecclesiae adjumento fuere ;

imo de ipsa civitate bene meriti

Mais ce n'est pas à l'Église seule que les Ordres religieux ont rendu d'immenses services dès leur origine :

1. *De discipl. et habitu Virginum*, c. II.

23 DECEMB. 1900.

c'est à la société civile elle-même. Ils ont eu le mérite de prêcher la vertu aux foules par l'apostolat de l'exemple autant que par celui de la parole, d'embellir les esprits par l'enseignement des sciences sacrées et profanes et d'accroître même par des œuvres brillantes et durables le patrimoine des beaux-arts. Pendant que leurs docteurs illustraient les Universités par la profondeur et l'étendue de leur savoir, pendant que leurs maisons devenaient le refuge des connaissances divines et humaines et, dans le naufrage de la civilisation, sauvaient d'une ruine certaine les chefs-d'œuvre de l'antique sagesse, souvent d'autres religieux s'enfonçaient dans les régions inhospitalières, marécages ou forêts impénétrables, et là, desséchant, défrichant, bravant toutes les fatigues et tous les périls, cultivant, à la sueur de leur front, les âmes en même temps que la terre, ils fondaient autour de leurs monastères et à l'ombre de la croix des centres de population qui devinrent des bourgades ou des villes florissantes, gouvernées avec douceur, où l'agriculture et l'industrie commencèrent à prendre leur essor.

sunt, utpote qui omnigenae civilisationis operarii fuere.

Quand le petit nombre des prêtres ou le besoin des temps l'exigèrent, on vit sortir des cloîtres des légions d'apôtres, éminents par la sainteté et la doctrine, qui, apportant vaillamment leur concours aux évêques, exercèrent sur la société l'action la plus heureuse en apaisant les discordes, en étouffant les haines, en ramenant les peuples au sentiment du devoir et en remettant en honneur les principes de la religion et de la civilisation chrétiennes.

Clero saeculari cooperatores pacifici extitere.

Tels sont, brièvement indiqués, les mérites des Ordres religieux dans le passé. L'histoire impartiale les a enregistrés, et il est superflu de s'y étendre plus longuement. Ni leur activité, ni leur zèle, ni leur amour du prochain ne se sont amoindris de nos jours. Le bien qu'ils accomplissent frappe tous les yeux, et leurs vertus brillent d'un éclat qu'aucune accusation, qu'aucune attaque n'a pu ternir.

Eorum merita in dubium vocari non possunt.

Dans cette noble carrière où les Congrégations religieuses font assaut d'activité bienfaisante, celles de France, Nous le déclarons avec joie une fois de plus, occupent une place

B. Ordinum religiosorum utilitas

ostenditur In specie quoad Gallos.

Inter coeteros eminent Religiosi Galli sive quoad educationem juventutis sive quoad opera charitatis,

de quo omnes conveniunt.

d'honneur. Les unes, vouées à l'enseignement, inculquent à la jeunesse, en même temps que l'instruction, les principes de religion, de vertu et de devoir sur lesquels reposent essentiellement la tranquillité publique et la prospérité des États. Les autres, consacrées aux diverses œuvres de charité, portent un secours efficace à toutes les misères physiques et morales dans les innombrables asiles où elles soignent les malades, les infirmes, les vieillards, les orphelins, les aliénés, les incurables, sans que jamais aucune besogne périlleuse, rebutante et ingrate arrête leur courage ou diminue leur ardeur. Ces mérites plus d'une fois reconnus par les hommes les moins suspects, plus d'une fois honorés par des récompenses publiques, font de ces Congrégations la gloire de l'Église tout entière et la gloire particulière et éclatante de la France, qu'elles ont toujours noblement servie et qu'elles aiment avec un patriotisme capable, on l'a vu mille fois, d'affronter joyeusement la mort.

Semotis Religiosis in periculum vocatur prosperitas et pax civitatum.

Il est évident que la disparition de ces champions de la charité chrétienne causerait au pays d'irréparables dommages. En tarissant une source si abondante de secours volontaires, elle augmenterait notablement la misère publique, et, du même coup, cesserait une éloquente prédication de fraternité et de concorde. A une société où fermentent tant d'éléments de troubles, tant de haines, il faut, en effet, de grands exemples d'abnégation, d'amour et de désintéressement. Et quoi de plus propre à élever et à pacifier les âmes que le spectacle de ces hommes et de ces femmes qui, sacrifiant une situation heureuse, distinguée et souvent illustre, se font volontairement les frères et les sœurs des enfants du peuple, en pratiquant envers eux l'égalité vraie par le dévoûment sans réserve aux déshérités, aux abandonnés et aux souffrants ?

Eorum activitas et abnegatio pacifico modo longe lateque spargit nomen Patriae, religio-

Si admirable est l'activité des Congrégations françaises, qu'elle n'a pu rester circonscrite aux frontières nationales et qu'elle est allée porter l'Évangile jusqu'aux extrémités du monde, et, avec l'Évangile, le nom, la langue, le prestige de la France. Exilés volontaires, les missionnaires français s'en vont, à travers les tempêtes de l'Océan et les sables du

désert, chercher des âmes à conquérir, dans des régions lointaines et souvent inexplorées. On les voit s'établir au milieu de peuplades sauvages pour les civiliser en leur enseignant les éléments du christianisme, l'amour de Dieu et du prochain, le travail, le respect des faibles, les bonnes mœurs ; et ils se dévouent ainsi sans attendre aucune récompense terrestre, jusqu'à une mort souvent hâtée par les fatigues, le climat ou le fer du bourreau. Respectueux des lois, soumis aux autorités établies, ils n'apportent, partout où ils passent, que la civilisation et la paix ; ils n'ont d'autre ambition que d'éclairer les infortunés auxquels ils s'adressent et de les amener à la morale chrétienne et au sentiment de leur dignité d'hommes. Il n'est pas rare, d'ailleurs, qu'ils apportent en outre d'importantes contributions à la science en aidant aux recherches qui se font sur ses différents domaines : l'étude des variétés de races dans l'espèce humaine, les langues, l'histoire, la nature et les produits du sol, et autres questions de ce genre.

23 DECEMB. 1900.

nem, civilisationem, scientias.

C'est précisément sur l'action laborieuse, patiente, infatigable de ces admirables Missionnaires qu'est principalement fondé le protectorat de la France, que les gouvernements successifs de ce pays ont tous été jaloux de lui conserver, et que Nous-même Nous avons affirmé publiquement. Du reste, l'attachement inviolable des Missionnaires français à leur patrie, les services éminents qu'ils lui rendent, la grande influence qu'ils lui assurent particulièrement en Orient, sont des faits reconnus par des hommes d'opinions très diverses et naguère encore proclamés solennellement par les voix les plus autorisées.

Galliae protectoratus necnon influxus maxime in orientem zelo debetur missionariorum.

C. Nefas est Religiosis bellum inferre.

Dans ces conjonctures, ce ne serait pas seulement répondre à tant de services par une inexplicable ingratitude, ce serait, évidemment, renoncer du même coup aux bénéfices qui en dérivent, que d'ôter aux Congrégations religieuses, à l'intérieur, cette liberté et cette paix qui seules peuvent assurer le recrutement de leurs membres et l'œuvre longue et laborieuse de leur formation. D'autres nations en ont fait la douloureuse expérience. Après avoir arrêté à l'intérieur l'expansion des Congrégations religieuses

Ut ipsis ingratitudo, sic Patriae infertur nocumentum si propagationis via praecluditur,

et en avoir tari graduellement la sève, elles ont vu, à l'extérieur, décliner proportionnellement leur influence et leur prestige, car il est impossible de demander des fruits à un arbre dont on a coupé les racines.

nec emolumento Patriae prospicitur si persecutio excipit solos missionarios, quorum vocatio extinguitur,

Il est facile aussi de voir que tous les grands intérêts engagés dans cette question seraient gravement compromis, même dans le cas où l'on épargnerait les Congrégations de Missionnaires pour frapper les autres ; car, à le bien considérer, l'existence et l'action des unes sont liées à l'existence et à l'action des autres. En effet, la vocation du religieux Missionnaire germe et se développe sous la parole du religieux prédicateur, sous la direction pieuse du religieux enseignant et même sous l'influence surnaturelle du religieux contemplatif.

necnon auctoritas destruitur.

D'ailleurs, on peut s'imaginer la situation pénible qui serait faite aux Missionnaires et la diminution que subiraient certainement leur autorité et leur prestige, dès que les peuples qu'ils évangélisent apprendraient que les Congrégations religieuses, loin de trouver dans leur pays protection et respect, y sont traitées avec hostilité et rigueur.

Imo religiosos persequi adversatur Ecclesiae libertati pacto solemnizatae,

Mais, élevant encore la question, nous devons remarquer que les Congrégations religieuses, ainsi que nous l'avons dit plus haut, représentent la pratique publique de la perfection chrétienne ; et, s'il est certain qu'il y a et qu'il y aura toujours dans l'Église des âmes d'élite pour y aspirer sous l'influence de la grâce, il serait injuste d'entraver leurs desseins. Ce serait attenter à la liberté même de l'Église qui est garantie en France par un pacte solennel ; car tout ce qui l'empêche de mener les âmes à la perfection nuit au libre exercice de sa mission divine.

ipsius missionem domi forisque impedit,

Frapper les Ordres religieux, ce serait encore priver l'Église de coopérateurs dévoués : d'abord à l'intérieur, où ils sont les auxiliaires nécessaires de l'épiscopat et du clergé en exerçant le saint ministère et la fonction de l'enseignement catholique, cet enseignement que l'Église a le droit et le devoir de dispenser et qui est réclamé par la conscience des fidèles ; puis à l'extérieur, où les intérêts généraux de l'Apostolat et sa principale force dans toutes

les parties du monde sont représentés principalement par les Congrégations françaises. Le coup qui les frapperait aurait donc son retentissement partout, et le Saint-Siège, tenu par mandat divin de pourvoir à la diffusion de l'Évangile, se verrait dans la nécessité de ne point s'opposer à ce que les vides laissés par les missionnaires français fussent comblés par des missionnaires d'autres nationalités.

23 DECEMB. 1900.

et extraneis campum aperit.

Enfin nous devons faire observer que frapper les Congrégations religieuses ce serait s'éloigner, à leur détriment, de ces principes démocratiques de liberté et d'égalité qui forment actuellement la base du droit constitutionnel en France et y garantissent la liberté individuelle et collective de tous les citoyens, quand leurs actions et leur genre de vie ont un but honnête qui ne lèse les droits et les intérêts légitimes de personne. Non, dans un état d'une civilisation aussi avancée que la France, Nous ne supposerons pas qu'il n'y ait ni protection ni respect pour une classe de citoyens honnêtes, paisibles, très dévoués à leur pays, qui, possédant tous les droits et remplissant tous les devoirs de leurs compatriotes, ne se proposent, soit dans les vœux qu'ils émettent, soit dans la vie qu'ils mènent au grand jour, que de travailler à leur perfection et au bien du prochain, sans rien demander que la liberté ! Les mesures prises contre eux paraîtraient d'autant plus injustes et odieuses que, dans le même moment, on traiterait bien différemment des sociétés d'un tout autre genre.

Religiosis bellum inferre pacificis, benemeritis, repugnat ipsi Galliae constitutioni in alias societates benignae.

Nous n'ignorons pas que, pour colorer ces rigueurs, il en est qui vont répétant que les Congrégations religieuses empiètent sur la juridiction des évêques et lèsent les droits du clergé séculier. Cette assertion ne peut se soutenir si l'on veut se rapporter aux sages lois édictées sur ce point par l'Église et que Nous avons voulu rappeler récemment. En parfaite harmonie avec les dispositions et l'esprit du Concile de Trente, tandis qu'elles règlent d'un côté les conditions d'existence des personnes vouées à la pratique des Conseils évangéliques et à l'apostolat, d'autre part elles respectent autant qu'il convient l'autorité des évêques dans

D. Objectionibus satisfit

I. *Jura cleri saecularis laeduntur minime a regularibus : utrobique vigilat Ecclesia ; simul injuria contenditur clerum saecu-*

larem in regularem offensum esse.

leurs diocèses respectifs. Tout en sauvegardant la dépendance due au chef de l'Église, elles ne manquent pas, en beaucoup de cas, d'attribuer aux évêques son autorité suprême sur les Congrégations par voie de délégation Apostolique. Quant à représenter l'épiscopat et le clergé français comme disposés à accueillir favorablement l'ostracisme dont on voudrait frapper les Congrégations religieuses, c'est une injure que les évêques et les prêtres ne peuvent que repousser de toute l'énergie de leur âme sacerdotale !

II. *Ex divitiis eorum contra religiosos arguere nefas est :*

Il n'y a pas lieu de donner plus d'importance à l'autre reproche qu'on fait aux Congrégations religieuses, de posséder trop de richesses. En admettant que la valeur attribuée à leurs propriétés ne soit pas exagérée, on ne peut contester qu'elles possèdent honnêtement et légalement et que, par conséquent, les dépouiller serait attenter au droit de propriété.

a) honeste et legitime possident,

b) possessiones in bonum publicum tendunt.

Il faut considérer en outre qu'elles ne possèdent point dans l'intérêt personnel et pour le bien-être des particuliers qui les composent, mais pour des œuvres de religion, de charité et de bienfaisance qui tournent au profit de la nation française, soit au dedans, soit au dehors où elles vont rehausser son prestige en contribuant à la mission civilisatrice que la Providence lui a confiée.

RESPONSIO GENERALIS.

Si difficultates verae essent injustum est inconsulta Ecclesia quidquam decernere.

Passant sous silence d'autres considérations que l'on fait au sujet des Congrégations religieuses, Nous Nous bornons à cette importante remarque : la France entretient avec le Saint-Siège des rapports amicaux fondés sur un traité solennel. Si donc les inconvénients que l'on indique ont sur tel ou tel point quelque réalité, la voie est toute ouverte pour les signaler au Saint-Siège qui est disposé à les prendre en sérieux examen et à leur appliquer, s'il y a lieu, des remèdes opportuns.

CONCLUSIO.

Quotquot rectae sanaeque mentis sunt objurgantur 1) ne religio-

Nous voulons, cependant, compter sur l'équitable impartialité des hommes qui président aux destinées de la France et sur la droiture et le bon sens qui distinguent le peuple français. Nous avons la confiance qu'on ne voudra pas perdre le précieux patrimoine moral et social que représentent

les Congrégations religieuses ; qu'on ne voudra pas, en attentant à la liberté commune par des lois d'exception, blesser le sentiment des catholiques français, et aggraver les discordes intérieures du pays, à son grand détriment. Une nation n'est vraiment grave et forte, elle ne peut regarder l'avenir avec sécurité que si, dans le respect des droits de tous et dans la tranquillité des consciences, les volontés s'unissent étroitement pour concourir au bien général. Depuis le commencement de Notre Pontificat, Nous n'avons omis aucun effort pour réaliser en France cette œuvre de pacification qui lui aurait procuré d'incalculables avantages, non seulement dans l'ordre religieux, mais encore dans l'ordre civil et politique. Nous n'avons pas reculé devant les difficultés, Nous n'avons cessé de donner à la France des preuves particulières de déférence, de sollicitude et d'amour, comptant toujours qu'elle y répondrait comme il convient à une nation grande et généreuse. Nous éprouverions une extrême douleur si, arrivé au soir de Notre vie, Nous Nous trouvions déçu dans ces espérances, frustré du prix de Nos sollicitudes paternelles et condamné à voir, dans le pays que Nous aimons, les passions et les partis lutter avec plus d'acharnement, sans pouvoir mesurer jusqu'où iraient leurs excès ni conjurer des malheurs que Nous avons tout fait pour empêcher et dont Nous déclinons, à l'avance, la responsabilité. En tout cas, l'œuvre qui s'impose en ce moment aux évêques français, c'est de travailler, dans une parfaite harmonie de vues et d'action, à éclairer les esprits pour sauver les droits et les intérêts des Congrégations religieuses, que Nous aimons de tout Notre cœur paternel et dont l'existence, la liberté, la prospérité importent à l'Église catholique, à la France et à l'humanité.

23 DECEMB. 1900.

sos adeo utiles removeant,

2/ ne legibus injustis libertati et conscientiae vim inferant in detrimentum ipsius reipublicae.

Protestatur Pontifex de sua in Gallos sollicitudine et denique tandem meliora sperat.

Episcopis suas obligationes praedicat

Daigne le Seigneur exaucer Nos vœux ardents et couronner les démarches que Nous faisons depuis longtemps déjà pour cette noble cause! Et comme gage de Notre bienveillance et des faveurs divines, Nous vous accordons, bien-aimé Fils, à vous, à tout l'épiscopat, à tout le clergé et à tout le peuple de France, la bénédiction Apostolique.

et benedicit.

Donné à Rome, près de Saint-Pierre, le 23 décembre de l'an 1900, de Notre Pontificat le vingt-troisième.

LEO PP. XIII.

LITTERAE APOSTOLICAE

DE EXTENSIONE IUBILAEI AD UNIVERSUM CATHOLICUM ORBEM.

25 DECEMB. 1900.

Profitetur Pontifex suum gaudium et spem ex Iubilaei successu in Urbe.

TEMPORIS quidem sacri, quod solemni caeremoniarum religione hesterno die conclusimus, sicut iucundus Nobis decursus fuit, sic est futura grata recordatio. Quod enim Ecclesia optarat, quodque spectarat unice, ut permoveret salutariter animos post annos quinque et septuaginta instaurata celebritas, id videmur, annuente Dei numine, consecuti. Non enim pauci, sed ad centena millia et ex omnibus civitatum ordinibus numerantur, qui extraordinariam sacrae indulgentiae potiundae facultatem libentes magnaque cum alacritate arripere studuerint. Neque est dubitandum, quin poenitentia salutari expiati atque ad christianas virtutes renovati plurimorum animi inde fuerint : ob eamque rem novum quoddam fidei pietatisque robur ex hoc fonte et capite catholici nominis usquequaque influxisse, non immerito existimamus.

Ipsum extendit per semi-annum ad universum orbem.

Iamvero, quod in simili caussa Decessores Nostri consuevere, nunc est in animo Apostolicae caritatis dilatare spatia, amplioremque caelestium bonorum praebere facultatem. Nimirum concreditum Nobis thesaurum indulgentiae sacrae, qui anno exacto Romae tantum patuit amplissime, eumdem dimidiato anno proximo in toto orbe catholico patere universitati christifidelium volumus. Valebit id quidem, arbitramur, latius ad revocandos christianos mores, ad copulandas cum Apostolica Sede arctius voluntates, ad cetera vulgo comparanda bona, quae fuse persecuti sumus, cum primo Iubilaeum magnum indiximus. Pertinebit id

Exinde salutares fructus sperat,

ipsum ad exorientis saeculi primordia rite dedicanda: neque enim aptius videmus iniri posse saeculum, quam si homines instituant de promeritis Redemptionis Christi uberius proficere. Minime vero dubitamus, quin novum hoc salutis praesidium omnes Ecclesiae filii eo sint animo accepturi, quo est a Nobis exhibitum. Confidimus autem Venerabiles Fratres Episcopos, universumque clerum, pro explorata ipsorum vigilantia diligentiaque daturos, uti par est, operam, ut communia optata plenissime eveniant.

confidens in diligentia fidelium et episcoporum.

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, Iubilaeum magnum, quod in hac Sacra Urbe celebratum est, ad universum catholicum orbem per has litteras extendimus ac sex mensium spatio prorogamus, et pro extenso prorogatoque haberi volumus.

Quapropter omnibus utriusque sexus Christifidelibus in quacumque ora ac parte terrarum existentibus, etiam iis qui forsan elapso anno sacro Romam venerunt, ibique seu alibi quavis ratione hoc idem Iubilaeum a Nobis concessum adepti sunt, qui intra sex menses, a die publicationis harum litterarum in qualibet Dioecesi factae computandos, Ecclesiam Cathedralem in civitate episcopali, et maiorem in ceteris locis dioecesis, tresque alias tam in illa, quam in istis, ab ipsis Ordinariis sive per se, sive per suos Officiales, aut Parochos vel Vicarios foraneos, designandas, semel saltem in die per quindecim continuos vel interpolatos dies, sive naturales, sive etiam ecclesiasticos, nimirum a primis vesperis unius diei ad integrum subsequentis diei crepusculum, devote visitaverint, et pro Ecclesiae exaltatione, haeresum extirpatione, catholicorum principum concordia, et christiani populi salute pias ad Deum preces effuderint, vere poenitentibus et confessis, sacraque Communione refectis, plenissimam peccatorum suorum indulgentiam, remissionem et veniam misericorditer in Domino semel concedimus et impertimus, ita tamen ut Confessio annualis et sacra Communio Paschalis ad effectum lucrandi Iubilaei minime suffragentur. In locis vero, in quibus quatuor Ecclesiarum defectus verificetur, eisdem Ordinariis eodemque modo facultas conceditur designandi minorem Ecclesiarum nu-

Quinam et quibus conditionibus lucrari possint jubilaeum atque praesertim de Ecclesiarum visitatione.

merum, seu etiam unam, si una tantum adsit Ecclesia, in quibus vel in qua fideles aliarum Ecclesiarum visitationes supplere possint, eas vel eam visitantes iteratis ac distinctis vicibus, eodem die naturali vel ecclesiastico, ita tamen ut numerus visitationum omnium sit sexaginta et per quindecim continuos vel interpolatos dies distribuantur. Ratione vero habita peculiaris conditionis, in qua certas quasdam personas versari contigerit, haec statuimus :

Relaxatio quoad navigantes et iter agentes.

I. Navigantes et iter facientes, si post elapsos sex menses dictos ad sua domicilia, aut alio ad certam stationem se receperint, peractis quae praescripta sunt, et visitata quindecim vicibus Ecclesia Cathedrali, vel maiori aut Parochiali eorum domicilii vel stationis, eamdem indulgentiam consequi possint.

Ordinarii dispensare possunt 1/ commutando visitationes cum certis personis in determinatis locis detentis,

2/ commutando communionem cum pueris.

3/ Minuendo numerum visitationum si determinatae classes personarum processionaliter ipsas instituunt.

II. Locorum Ordinariis facultatem facimus dispensandi a praescriptis visitationibus Moniales, Oblatas, aliasque puellas ac mulieres in claustris monasteriorum aut in aliis piis domibus et Communitatibus vitam agentibus ; item Anachoretas et Eremitas, aut alias quaslibet personas in carcere aut captivitate existentes, aut valetudine vel alio impedimento detentas, quominus statas visitationes peragant ; eisque omnibus et singulis in locum visitationum alia pia opera sive per se ipsos, sive per eorum earumve Regulares Praelatos aut Confessarios, etiam extra sacramentalem Confessionem, commutandi ; similiter dispensandi pueros, nondum ad primam Communionem admissos, eisque alia pia opera etiam pro sacramentali Communione praescribendi ; Capitulis autem, Congregationibus tam saecularium quam regularium, Sodalitatibus, Confraternitatibus, Universitatibus, seu Collegiis quibuscumque, nec non Christifidelibus cum proprio Parocho, aut alio sacerdote ab eo deputato, statuas Ecclesias processionaliter visitantibus, easdem visitationes ad minorem numerum reducendi.

De confessario varia statuuntur :

A. Quoad absolutionem,

De Confessario Iubilaei haec indulgemus :

I. Moniales earumque Novitiae sibi ad hunc effectum eligere poterunt Confessarium quemcumque ad excipiendas Monialium Confessiones ab actuali Ordinario loco approbatum.

II. Ceteri omnes utriusque sexus Christifideles tam laici quam ecclesiastici, Saeculares et cuiusvis Ordinis et Instituti etiam specialiter nominandi Regulares, poterunt ad eumdem effectum sibi eligere quemcumque presbyterum Confessarium, tam Saecularem, quam cuiusvis Ordinis et Instituti etiam diversi Regularem, ab Ordinario actuali loci ad audiendas personarum saecularium confessiones approbatum ; vel, si agatur de Regularibus, Confessarium proprii Ordinis eligere volentibus, a Praelato Regulari ad suorum Religiosorum audiendas confessiones approbatum.

25 DECEMB. 1900.

III. Confessario ita approbato et ad effectum lucrandi Iubilaei electo facultatem hac vice concedimus, intra dictum semestris spatium in foro dumtaxat conscientiae absolvendi ab excommunicationis, suspensionis et aliis ecclesiasticis sententiis et censuris a iure vel ab homine quavis de caussa latis seu inflictis, etiam Ordinariis locorum, ac Nobis et Sedi Apostolicae, etiam in casibus cuicumque ac Summo Pontifici et Sedi Apostolicae speciali licet forma reservatis, et qui alias in concessione quantumvis ampla non intelligerentur concessi, necnon ab omnibus peccatis et excessibus, quantumcumque gravibus et enormibus, etiam iisdem Ordinariis ac Nobis et Sedi Apostolicae, ut praefertur, reservatis, iniuncta poenitentia salutari aliisque de iure iniungendis. Excipitur crimen absolutionis complicis, quod ter, aut amplius admissum fuerit. — Praecipue vero haereticos, qui fuerint publice dogmatizantes, ne absolvat, nisi, abiurata haeresi, scandalum, ut par est, reparaverint ; item qui bona vel iura ecclesiastica acquisierint sine venia, ne absolvat nisi iis restitutis aut se composuerint, vel sincere promiserint, quam primum se compositoros apud Ordinarium, vel apud Sanctam Sedem.

B. *Quoad vota.*

IV. Item vota quaecumque etiam iurata, et Sedi Apostolicae reservata (Castitatis, Religionis et obligatoriis, quae a tertio acceptata fuerint, seu in quibus agatur de damno tertii semper exceptis, necnon poenalibus, quae praeservativa a peccato nuncupantur, nisi commutatio futura iudicetur eiusmodi,ut non minus a peccato committendo refraenet, quam prior voti materia) in alia pia et salutaria opera com-

mutare; et cum poenitentibus huiusmodi in Sacris Ordinibus constitutis etiam Regularibus super occulta irregularitate ad exercitium eorumdem Ordinum et ad superiorum assecutionem, ob censurarum violationem dumtaxat contracta, dispensare possit, dummodo ad forum ecclesiasticum non sit deducta, nec facile deducenda.

C. *Quoad impedimenta matrimonii.*

V. Similique modo cum illis qui, scienter vel ignoranter, cum impedimento gradus secundi et tertii, vel tertii solius, aut tertii et quarti, vel quarti solius consanguinitatis, vel affinitatis etiam ex copula licita provenientis, matrimonium iam contraxerunt, dummodo huiusmodi impedimentum occultum remaneat, dispensare pro foro tantum conscientiae possit ad remanendum in matrimonio.

VI. Similiter, pro foro conscientiae tantum dispensare valeat super impedimento dirimente occulto tam primi et secundi, quam primi tantum, aut secundi tantum gradus affinitatis ex copula illicita provenientis in matrimonio contracto; atque etiam, dummodo caussae graves et quae canonice sufficientes habentur intersint, in contrahendo: ita tamen ut, si huiusmodi affinitas proveniat ex copula cum matre desponsatae, vel desponsandae, huius nativitas copulam antecesserit, et non aliter.

VII. Dispensare similiter, pro eodem foro, tam de contracto, quam de contrahendo, possit super impedimento cognationis spiritualis, itemque super occulto impedimento criminis, neutro tamen machinante, idest quando solum concurrant adulterium et fides data de matrimonio contrahendo post coniugis mortem.

VIII. Dispensare ad petendum debitum possit in casu affinitatis incestuosae matrimonio supervenientis.

IX. Ad petendum pariter debitum cum illis qui voto simplici castitatis obstricti matrimonium contraxerunt, dispensare valeat, illos monendo facturos contra id votum, si extra usum matrimonialem delinquant, ac remansuros eodem prorsus ac antea voto obstrictos, si coniugi supervixerint.

Quaedam facultates non conceduntur.

X. Nolumus autem per praesentes litteras super aliqua alia irregularitate vel publica, vel occulta, seu defectu aut nota, aliaque incapacitate, aut inhabilitate quoquo modo

contractis dispensare, vel aliquam facultatem tribuere super praemissis dispensandi, seu habilitandi, et in pristinum statum restituendi etiam in foro conscientiae; nolumus ulli Confessario facultatem tribuere absolvendi complicem in quolibet inhonesto contra sextum Praeceptum peccato; aut complici licentiam impertiri eligendi confessarium huiusmodi ad effectum praesentium, ut iam in Constitutione Benedicti XIV, quae incipit *Sacramentum Poenitentiae* declaratum fuit: nec quidquam praefatae et aliis pontificiis Constitutionibus derogare volumus quoad obligationem denunciationum; neque demum iis, qui a Nobis et Apostolica Sede, vel ab aliquo Praelato seu Iudice ecclesiastico nominatim excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias et censuras incidisse declarati vel publice denunciati fuerint, nisi intra tempus dictorum sex mensium satisfecerint, et cum partibus, ubi opus fuerit, concordaverint, ullo modo has easdem Litteras suffragari posse aut debere.

25 DECEMB. 1900.

Quid si quis post inchoata opera morbo impeditus a proposito suo cessat.

Ceterum, siqui post inchoata, huius Iubilaei consequendi animo, praescripta opera, praefinitum visitationum numerum morbo impediti complere nequiverint, Nos piae promptaeque illorum voluntati benigne favere cupientes, eosdem vere poenitentes et confessos, ac sacra Communione refectos, praedictae Indulgentiae et remissionis participes fieri volumus. Si qui autem post obtentas absolutiones a censuris, aut votorum commutationes seu dispensationes praedictas, serium illud ac sincerum ad id alias requisitum propositum eiusdem Iubilaei lucrandi, ac cetera necessaria opera adimplendi mutaverint; licet propter id ipsum a peccati reatu immunes vix censeri possint; nihilominus huiusmodi absolutiones, commutationes et dispensationes ab ipsis cum praedicta animi dispositione obtentas, in suo vigore persistere decernimus ac declaramus.

Praesentes litterae confirmantur.

Praesentes litteras per omnia validas et efficaces suosque plenarios effectus, ubicumque publicatae et executioni demandatae fuerint, sortiri et obtinere, omnibusque Christifidelibus in Apostolicae Sedis gratia manentibus plenissime suffragari volumus et decernimus; non obstantibus de

Indulgentiis non concedendis ad instar, et in universalibus, provincialibus et synodalibus Conciliis editis constitutionibus, ordinationibus, et generalibus seu specialibus absolutionum seu relaxationum ac dispensationum reservationibus, necnon quorumcumque etiam Mendicantium et Militarium Ordinum, Congregationum et Institutorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, legibus, usibus, et consuetudinibus: privilegiis quoque, indultis et litteris Apostolicis eisdem concessis, praesertim in quibus caveatur expresse, quod alicuius Ordinis, Congregationis et Instituti professores extra propriam Religionem peccata sua confiteri prohibeantur: quibus omnibus et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua mentio facienda, vel alia exquisita forma ad id servanda foret, huiusmodi tenores pro insertis, et formas pro exactissime servatis habentes, pro hac vice et ad praemissorum effectum dumtaxat plenissime derogamus; ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.

Volumus autem, ut harum Litterarum transumptis sive exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem ab omnibus fides habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae extensionis, hortationis, commissionis, concessionis, derogationis, decreti et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo noningentesimo, Octavo Calendas Ianuarii, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

C. CARD. ALOISI MASELLA PRO-DAT. — A. CARD. MACCHI

VISA

DE CVRIA I. DE AQVILA E VICECOMITIBVS

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Secret. Brevium I. GVGNONIVS

APPENDIX.

INSTRUCTIO

data a Congregatione Episcoporum et Regularium.

DE PRAESCRIPTIONE IN CAUSIS CRIMINALIBUS ECCLESIASTICIS.

LITTERAE Amplitudinis Tuae die XVI Iunii MDCCCXCIV datae ad obtinendam authenticam solutionem nonnullorum dubiorum circa praescriptionem delictorum carnis in caussis criminalibus clericorum, remissae fuerunt ad hanc sacram Congregationem negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praepositam, ad hoc, ut ea, qua ipsa pollet, competentia in re criminali clericorum, quid in proposita quaestione sentiendum decerneret. Omnibus sedulo perpensis, E^mi Patres in Comitiis habitis die IV Martii MDCCCXCVIII haec retinenda censuerunt: tralatitii scilicet iuris esse, in caussis criminalibus ecclesiasticis locum habere praescriptionem, et quidem nedum quando iudex procedit ad instantiam privati accusatoris, sed et quando ad vindictam publicam seu ex officio inquirit; huius vero praescriptionis eum proprium effectum esse, *ut solam perimat actionem poenalem*, siquidem per accusatum seu inquisitum, aut per eius procuratorem, expresse de praescriptione in iudicio oppositum fuerit.

22 MARTII 1898.

Expetita solutio dubiorum authentica datur.

Vera praescriptio non admittitur unquam;

sed ea tantum quae dicitur actionis poenalis exclusivae,

Exinde facile est deprehendere, integrum tum accusandi tum inquirendi ius manere usquedum expresse non opponatur praescriptio, et omnino tenere iudicium, si eadem opposita minime fuerit.

eaque tantum postquam introducta fuerit;

Quod si in iudicium praescriptio deducta fuerit et legitima recognoscatur, tunc perimit quidem actionem criminalem, at non civilem, quae forte ex eodem delico promanet; et hinc, non obstante praescriptione, reum manere obno-

at non perimit actionem civilem sed criminalem tantum,

xium omnibus effectibus canonicis non criminalibus ex patrato delicto provenientibus manifesti iuris est. Immo licet praescriptione actio poenalis extinguatur, non tamen tollitur exceptio, quae perpetuo manet; iuxta iuris effatum: «Temporalia ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum»; ideoque delictum illud, etsi praescriptum, potest reo semper opponi per modum exceptionis, eique obest, si ad ecclesiasticas provisiones concurrere vellet.

ita tamen ut maneat exceptio.

Quodnam tempus requiritur et a quo die computandum est.

Quod autem spectat ad tempus necessarium ad dictam prescriptionem inducendam, regula generalis est, actionem iniuriarium spatio unius anni; crimen peculatus et delicta carnis spatio quinque annorum; caetera vero crimina spatio viginti annorum a die commissi delicti continuorum praescribi. Verumtamen si agatur de delictis, quae successiva sunt et permanentia, in his nulla praescriptio locum habet nisi a die cessantis delicti; quemadmodum si delictum fuerit *totaliter* occultum, praescriptionem non a die commissi criminis, sed a die scientiae accusatoris vel inquisitoris currere placet.

Quibusdam criminibus non praescribitur.

Illud demum haud praetereundum est, quod criminibus raptus, stupri per vim illati, et adulterii cum incestu coniuncti, nonnisi lapsu viginti annorum praescribatur; criminibus vero suppositi partus, parricidii, assassinii, laesae maiestatis, duelli, falsae monetae, apostatatus, haeresis, simoniae, concussionis, abortus et sodomiae nullo umquam tempore praescribatur, sed perpetuo horum criminum rei, dum vivunt, accusari et inquiri possunt.

Quibus omnibus Ssmo Domino Nostro relatis, in audientia habita ab infrascripto Cardinali Praefecto die XXI Martii anno MDCCCXCVIII, Sanctitas Sua sententiam Eminentissimorum Patrum adprobare dignata est.

Haec significanda habui Amplitudini Tuae, cui fausta et prospera omnia a Deo adprecor.

Amplitudinis Tuae

Romae, die XXII Martii MDCCCXCVIII.

Uti Frater

✠ S. Card. VANNUTELLI *Praef.*

A. Trombetta *Secr.*

DECRETUM

DE CLERICORUM EXCARDINATIONE ET ORDINATIONE

A PRIMIS Ecclesiae saeculis plura Sacra Concilia decreverunt, quod recentius confirmavit Tridentinum *cap. 8, sess. 23 de reform.*, neminem nisi a proprio Episcopo posse ordinari. *20 IULII 1898.*

De 4 titulis quibus jus fit Episcopis aliquem ad ordines promovendi.

Proprius autem alicuius Episcopus, iuxta ea quae praefinivit in primis Bonifacius VIII in Sexto Decret. cap. *Cum nullus*, *De tempore Ordin.* « intelligitur in hoc casu « Episcopus de cuius dioecesi est is, qui ad ordines promo- « veri desiderat, oriundus, seu in cuius dioecesi beneficium « obtinet ecclesiasticum, seu habet (licet alibi natus fuerit) « domicilium in eadem. » Deinde cum consuetudo invaluerit, ut Episcopi familiares suos, etsi alienae dioecesis, sacris initiarent, et sancta Tridentina synodus *cap. 9, sess. 23 de reform.* id certis sub conditionibus probaverit, obtinuit, ut tribus prioribus titulis, originis, domicilii et beneficii, quibus ius fiebat Episcopis aliquem ad ordines promovendi, quartus quoque accenseretur, scilicet familiaritatis. Cum autem de huiusmodi titulis disceptaretur, Innocentius XII apostolicis litteris incipientibus *Speculatores*, datis die IV novembris MDCXCIV, determinavit ac constituit quo sensu et extensione iidem essent accipiendi ad eum effectum, ut quis proprius fieret alicuius Episcopi subditus, quo legitime ordinari valeret. Quae Constitutio ut suprema lex deinde habita, est eaque duce omnes quaestiones diremptae.

De excardinatione et incardinatione quaedam statui opportunum est.

Verum nostris temporibus novae contentioni frequens se praebuit occasio. Pluribus enim in locis usu receptum est ut clerici, qui e sua dioecesi digredi et in âlia sibi sedem constituere desiderarent, excardinationem, quam vocant, id est plenam et perpetuam dimissionem a suo Ordinario peterent ; eaque innixi in alia dioecesi incardinationem seu adscriptionem implorarent : qua obtenta, eo ipso ut proprii novi Episcopi subditi ad ulteriores ordines

suscipiendos admitterentur. Quae agendi ratio, ubi caute prudenterque adhibita fuit, absque querelis processit, sed nonnullis in locis, ubi necessaria cautio defuit, controversiis et abusibus viam saepenumero patefecit.

Quapropter E^{mi} S. C. Concilii Patres, rebus omnibus mature perpensis, praesenti generali decreto haec statuenda censuerunt :

1° Excardinationem fieri non licere nisi iustis de caussis, nec effectum undequaque sortiri, nisi incardinatione in alia dioecesi executioni demandata.

2° Incardinationem faciendam esse ab Episcopo non oretenus, sed in scriptis, absolute et in perpetuum, id est nullis sive expressis sive tacitis limitationibus obnoxiam ; ita ut clericus novae dioecesi prorsus mancipetur, praestito ad hoc iuramento ad instar illius quod Constitutio *Speculatores* pro domicilio acquirendo praescribit.

3° Ad hanc incardinationem deveniri non posse, nisi prius ex legitimo documento constiterit alienum clericum a sua dioecesi fuisse in perpetuum dimissum, et obtenta insuper fuerint ab Episcopo dimittente, sub secreto, si opus sit, de eius natalibus, vita, moribus ac studiis opportuna testimonia.

4° Hac ratione adscriptos posse quidem ad ordines promoveri. Cum tamen nemini sint cito manus imponendae, officii sui noverint esse Episcopi, in singulis casibus perpendere, an, omnibus attentis, clericus adscriptus talis sit, qui tuto possit absque ulteriori experimento ordinari an potius oporteat eum diutius probari. Et meminerint quod sicut « nullus debet ordinari qui iudicio sui Episcopi non « sit utilis aut necessarius suis Ecclesiis » ut in *cap. 16, sess. 23 de reform.* Tridentinum statuit ; ita pariter nullum esse adscribendum novum clericum, nisi pro necessitate aut commoditate dioecesis.

5° Quo vero ad clericos diversae linguae et nationis, oportere ut Episcopi in iis admittendis cautius et severius procedant, ac numquam eos recipiant, nisi requisiverint prius a respectivo eorum Ordinario, et obtinuerint, secretam

ac favorabilem de ipsorum vita et moribus informationem, onerata super hoc graviter Episcoporum conscientia. *20 IULII 1898.*

6º Denique quoad laicos, aut etiam quoad clericos, qui excardinationis beneficio uti nequeunt vel nolunt, standum esse dispositionibus Constitutionis *Speculatores* quae, nihil obstante praesenti decreto, ratae ac firmae semper manere debent.

Facta autem de his omnibus relatione SSmo Domino Nostro per infrascriptum Cardinalem S. C. Concilii Praefectum, Sanctitas Sua resolutionem Eminentissimorum Patrum benigne approbare et confirmare dignata est; contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae ex aedibus S. C. Concilii, die XX Iulii MDCCCXCVIII.

A. CARD. DI PIETRO
S. C. Concilii Praefectus.

† BENIAMINUS ARCH. NAZIANZENUS
Pro-Secretarius.

DECRETUM

DE LITANIIS SACRATISSIMI CORDIS IESU.

SANCTISSIMUS Dominus Noster Leo Papa XIII per Decretum Sacrorum Rituum Congregationis d. d. XXVII Iunii superioris anni Litanias Sacratissimi Cordis Iesu adprobavit, illasque publice recitari vel decantari in Ecclesiis et Oratoriis dioecesium Massilien. et Augustodunen. atque Ordinis Visitationis B. M. V. benigne indulsit. Ex eo tempore Rmorum Sacrorum Antistitum et religiosarum familiarum piarumque consociationum petitiones ita frequentes ad Apostolicam Sedem pervenerunt ut in omnium votis pateret esse maiorem gloriam et laudem ipsius SSmi Cordis cum incremento pietatis

2 APRILIS 1899.

Litaniae jam pro certis locis approbatae,

omnium voto postulantur ubique diffundi.

per invocationes approbatas ubique diffundi, prout Ss. Nomen Iesu per Litanias proprias, Rituali Romano insertas, in toto orbe catholico a Christifidelibus publica et communi laude celebratur. Accedit etiam quod Sanctissimus Dominus Noster, pro devotione qua fervet erga Amantissimum Cor IESU atque studio remedium afferendi malis quibus magis in dies premimur, eidem Sacratissimo Cordi consecrare intendit mundum universum. Haec autem consecratio ut solemniore ritu fiat, triduanas preces, praedictis invocationibus adhibitis, propediem indicere decrevit. Eapropter Sanctissimus Dominus Noster ut Litaniae Sacratissimi Cordis IESU iam probatae et indulgentiis tercentum dierum auctae ubique terrarum tum privatim tum publice recitari et decantari in posterum valeant, concedere dignatus est. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Pontifex mentem habet consecrandi SS. Cordi mundum universum.

In triduo praeambulo recitabuntur litaniae quae indulgentiis augentur, et ubique terrarum permittuntur.

Die II Aprilis MDCCCXCIX.

C. EPISCOPVS PRAENESTINVS CARD. MAZZELLA
S. R. C. *Praefectus.*

DIOMEDES PANICI, S. R. C. *Secretarius.*

DECRETUM

QUO FESTUM SANCTI BEDAE VENERABILIS CUM OFFICIO ET MISSA PROPRIA ADDITA DOCTORIS QUALITATE AD UNIVERSAM ECCLESIAM EXTENDITUR.

13 NOVEMB. 1899.

Res diu postulata,

QUO sancti Bedae Venerabilis, tot illustrium scriptorum et summorum Pontificum praeconiis condecorati, honor et cultus augeatur, complures sacrorum Antistites, praesertim ex Anglia, supplicibus ad Pium Papam IX fel. rec. litteris, et nuperrime iteratis precibus Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII porrectis, enixe postularunt, ut dies festus huius sancti

ac praeclari Confessoris in toto catholico orbe agi valeat cum Officio et Missa propria Ecclesiae Doctoris, prouti aliquibus locis atque universis sodalibus Benedictinis et Cisterciensibus iamdiu concessum fuit. Illud etiam Venerabilis Cardinalis Bellarmini effatum ingenti cum animi gaudio atque spe commemorarunt : *Beda Occidentem, Damascenus Orientem sapientia sua illustravit ;* insimul asserentes ea omnia quae iuxta Benedictum XIV in Opere de Canonizatione Sanctorum [1] pro adiudicando titulo Ecclesiae Doctoris necessaria sunt, sancto Bedae apprime convenisse.

in honorem sancti Bedae perillustris,

Placuit autem ipsi Sanctissimo Domino Nostro eiusmodi tam gravis negotii examen Sacrorum Rituum Congregationi committere. Quae exquisito prius doctissimi viri suffragio typis cuso, in Ordinariis Comitiis die XI Iulii hoc vertente anno ad Vaticanum habitis, infrascripto Cardinali Sacrae eidem Congregationi Praefecto et Relatore, sequens dubium discutiendum atque expendendum suscepit : « An sit extendendum ad universam Ecclesiam festum sancti Bedae Venerabilis cum Officio et Missa propria, addita Doctoris qualitate? » Et Sacra eadem Congregatio, omnibus rite perpensis, auditoque R. P. D. Ioanne Baptista Lugari Sanctae Fidei Promotore, rescribendum censuit : « Supplicandum Sanctissimo pro extensione Officii et Missae sancti Bedae Venerabilis ad Universam Ecclesiam, addita Doctoris qualitate ». Quam resolutionem Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII, ab ipso infrascripto Cardinali relatam, Sanctitas Sua ratam habuit et confirmavit, atque insuper ex ipsius Sacrae Congregationis consulto concedere dignata est, ut festum santi Bedae Venerabilis cum Officio et Missa propria Confessoris et Ecclesiae Doctoris, prouti huic praeiacent decreto, die XXVII Maii, quae est natalitia, eâque impedita iuxta Rubricas, die prima insequente libera, ab universa Ecclesia sub ritu duplici minori inde ab anno MDCCCCI in posterum recolatur. Tandem idem Sanctissimus Dominus Noster supra dictum Officium cum Missa de

examini commissa fuit

et resolutio rata habita est a Summo Pontifice.

1. Lib. IV, part. 2, cap. II, n. 13.

sancto Beda Venerabili, sub enunciato ritu in Calendario Universali et in novis editionibus Breviarii et Missalis Romani deinceps inseri iussit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die XIII Novembris MDCCCXCIX.

C. EPISC. PRAENESTIN. CARD. MAZZELLA,
S. R. C. Praefectus.

L. ✠ S.

D. PANICI, *S. R. C. Secretarius.*

DECRETUM

DE MISSAE SACRIFICIO DIE XXXI DECEMBRIS TUM LABENTIS TUM PROXIMI ANNI MEDIA NOCTE CELEBRANDO.

13 NOVEMB. 1899.

Ostenditur convenientia hujus solemnitatis ratione jubilaei,

ANNI sacri a Beatissimo Patre et Domino Nostro Leone XIII feliciter indicti, proxime celebraturos initia, summopere decet nocte surgentes adire saeculi Auctorem, ad eius aras provolvi, acceptissimam offerri Hostiam, divinum scilicet Agnum, sacro convivio interesse, ut opportuno maxime tempore liceat auxilium, gratiam, misericordiam invenire: *Nunc enim propior est salus. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis.* Quod si regnum caelorum, id est praesentis temporis Ecclesia, simile esse perhibetur decem virginibus sponso de nocte occurrentibus, hac potissimum solemni faustitate licet unicuique mentem accuratius in sacra illa verba intendere: *aptate vestras lampades: ecce sponsus venit, exite obviam ei.*

nec non occasione exeuntis et incipientis saeculi.

Cum insuper media nocte postremae diei mensis Decembris futuri anni praesens absolvatur saeculum, novumque habeat initium; valde congruum est, ut pio quodam ac solemni ritu Deo gratiae agantur pro acceptis huius decursi

saeculi beneficiis, et potiora impetrentur, urgente praesertim necessitate temporum, ad novum saeculum auspicato ineundum.

Ritus peragendi describuntur.

Itaque ut imminens annus MCM ab implorata Dei ope Eiusque Unigeniti Filii Servatoris nostri sumat auspicia, idemque prospero cursu finiatur, longe felicius, uti sperare fas est, allaturus aevum ; Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII benigne concedit ut die XXXI mensis Decembris, tum labentis, tum adventuri anni, media nocte in templis ac sacellis ubi Sanctissima Eucharistia rite adservatur, iuxta prudens arbitrium Ordinarii, sui cuiusque loci, exponi possit adorandum idem Augustissimum Sacramentum : facta potestate legendi vel canendi eadem hora coram illo unicam missam de festo in Circumcisione Domini et Octava Nativitatis : fidelibus autem sive infra sive extra Sacrificii actionem, de speciali gratia, sacram synaxim recipiendi : servatis ceterum servandis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die XIII Novembris, anno MDCCCXCIX.

C. EPISC. PRAENESTIN. CARD. MAZZELLA,
S. R. C. Praefectus.

L. ✠ S.

D. PANICI, *S. R. C. Secretarius.*

U. I. O. G. D.

ELENCHUS DOCUMENTORUM.

INDEX ANALYTICUS [1]

1. LITTERAE APOSTOLICAE de provincia Ecclesiastica Montis Videi constituenda. — 14 Apr. 1897 ... pag. 1

Pro suo summi Pastoris officio Pontifex, multorum annuens precibus, consensumque Montis Videi Episcopi ratum habens, disjungit ab ipsius dioecesi sub consueta forma quaedam territoria ex quibus duae novae constituantur dioeceses, Ecclesiamque Montis Videi cathedralem in Metropolitam erigit, et novae provinciae ecclesiasticae praeficit, ejusque privilegia et territorium, necnon novum Capituli statum definit 1-3. — Duas novas constituit Dioeceses, pro utraque designans civitatem episcopalem, territorium, Ecclesiamque cathedralem, et nominandorum Episcoporum munia et jura describens 3-4. — Capitula erigit, ac de clericorum in Seminario institutione, et Ecclesiae utriusque dote decernit 4-5. — Novarum Ecclesiarum cum Metropolitana rationes definit, vultque documenta paroecias ipsarum spectantia, tradi earumdem Cancellariis 6. — Normam statuit sequendam in iis quae non sunt expresse hic definita, necnon in controversia de definitis forte oritura ; sibique reservat facultatem novam faciendi singularum dioecesum circumscriptionem 6. — Taxam imponit singulis Ecclesiis, et Episcopo Montis Videi titulum confert Archiepiscopi 6-7. — Praesentium litterarum auctoritatem vindicat easque laudato Praesuli mandat exequendas 7-8.

2. LITTERAE APOSTOLICAE de privilegiis Americae Latinae. ... ... pag. 10

Exponit Pontifex Ecclesiae laborum fructus uberrimos fuisse in America, ac privilegia singularia ibi concessa fuisse operariis Domini; jureque merito Americam magna ex parte posse Americam Latinam dici ; temporum vero decursu, ut non raro in Ecclesia evenit debuisse privilegia vetera novis privilegiis mutari vel suppleri : unde quaedam ortae sunt difficultates 10-11. — Litterae citantur Pii IX de confirmandis privilegiis ad triginta annos pro Rep. Aequatoris 11. — Eodem ac suus decessor animo Pontifex, re diligenter perpendi jussa, privilegia infra recensita concedit ad triginta annos pro tota America Latina 11-12. — Haec autem privilegia spectant 1° Episcoporum consecrationem, 2° celebrationem Concilii Provincialis, 3° Sacri Chrismatis et

1. Index materiarum alphabeticus octavo volumini subjicietur.

ipsum a caritate Dei, S. Joanne teste, profectum, sitque humana natura, ex mera gratia munereque Spiritus S[ti], personaliter cum Verbo unita, ut explicat S. Augustinus 23-24. — Nec tantum Christi conceptio, sed animae Ejus unctio effecta est opera S. Spiritus 24. — Omnia quidem sua charismata in Christi animam infudit, postea vero, in Christi Baptismate conspicuus, significavit se sua charismata et Christi Ecclesiae esse largiturum, quod quidem die Pentecostes facere coepit : sicque impletum est Christi ad Apostolos promissum de Spiritu sancto mittendo, qui omnem veritatem doceret Ecclesiam, maneretque cum ipsa in aeternum ; a quo quidem Episcopi suam suamque Sacerdotes accipiunt potestatem 24-25.— Haec manifestatio S. Spiritus in Ecclesia, cujus anima Ipse est, clarissimum est divinitatis Ecclesiae argumentum ; nec licet illa uberiorem exspectare Spiritus S. manifestationem 25-26. — Jam exponit Pontifex singulorum quoque animis Spiritum S. large infundi, ex munere quidem Christi, ut S. Scriptura testatur 26. — Hanc S. Spiritus effusionem illi jam accepere qui ex Christi venturi meritis exstiterunt justi sub Veteri Testamento 26. — Ipsis tamen utpote servis, minor fuit illa effusio quam quae post Christum in filios facta est, ut ex S. Scriptura patet 26-27. — Natura quidem servi Dei sumus ; immo per peccatum facti eramus filii irae. Jam vero per Christi gratiam sumus mirabiliter in pristinam filiorum Dei dignitatem restituti a Spiritu Sancto qui in Baptismate ad nostram regenerationem, in confirmatione vero ad vitae Christianae constantiam semetipsum dono dat nobis 27-28. — Omnibus quidem rebus Deus triplici modo adest, ut S. Th. explicat; specialis vero est homini tum ex ipsa natura, tum ex gratia, cum Deo ratio 28. — Mira totius Trinitatis inhabitatio in eo qui ex charitate justus est, adscribitur in S. Script. Spiritui S. utpote cujus veluti nota propria charitas est. Ille enim sanctus ideo etiam nominatur quod nos ipse, summus amor movet ad sanctitatem, quae quidem amore in Deum continetur 28-29. — Coelestia secum munera S. Spiritus justis affert 29. — Via quidem salutis nostrae initium sumit necnon progressum exitumque habet a Spiritus S. admonitionibus invitationibusque occultis ; quibus ut homo justus facilius obsequatur, sua septem dona ei Spiritus S. confert quae summae quidem efficacitatis sunt et excellentiae 29. — Justis denique Spiritus S. fructus suos exhibet suavissimos 30. — Concluditur sermo de effusione Spiritus S. 30. — Adhortaturus jam Fideles ad obsequii pietatisque studium in Spiritum S., sermonem instituit de Ipso 1° noscendo, 2° amando, et 3° exorando. 1° In Spiritus S. cognitione cum multi valde deficiant, concionatores curatoresque animarum oportet, difficilibus controversiis omissis, populum doceant quot quantaque sint Spiritus S. in nos beneficia, ut fides inde et amor in Ipsum augeantur

religiosae status in Germania, lutherana haeresi exorta 47. — Tot inter mala assumpsit Deus ut rem catholicam propugnarent, viros fide et pietate insignes principesque Ecclesiae addictos, in primis vero Societatem Jesu, cui primus in Germania Canisius nomen dedit 47. — Qui quot labores exantlaverit Pontifex summatim proponit ; fusius vero describit quot nominibus sit de doctrina sacra optime meritus 47-48. — Praeclara laude extollit catholicae doctrinae Summam ab eo editam, necnon duos *catechismos* in usum tum puerorum tum adolescentium ab ipso conscriptos maximo quidem rei religiosae emolumento 48. — Praeclara illa beati viri exempla imitanda esse jam inculcat Pontifex : scientias nimirum artesque colere Catholici debent ad religionis emolumentum, nostra praesertim aetate, cum culturae humanae scientiaeque vindicandae nomine religionem hostes impugnant 49.— Evincant ergo Catholici fidem divinam non modo scientiae cultuique humano nihil obesse, sed multum prodesse, adhibeantque ipsi profanas disciplinas ad rei religiosae augmentum 49. — Non tantum de scientia sacra, sed et de litteris Ecclesiam optime meritam esse ostendit Pontifex allatis exemplis Patrum, Doctorum et monachorum, qui quidem ab exitio tutaverunt veterum scriptorum monumenta 50. — Litterati vero, ut Ecclesiae prosint, debent cum studiis conjungere solertiam agendi, maxime in juventute instituenda 50. — Scholis proin invigilent Episcopi, intactaque serventur parentum et Ecclesiae jura in adolescentium institutione 50-51. — Habeant Catholici scholas proprias quibus optimi praesint magistri; mixtae vero scholae vitentur, cum periculis multis sint obnoxiae 51. — Nec certis tantum horis doceatur religio in scholis, sed tota sit institutio sensu religionis imbuta : evadunt enim omnes disciplinae, semota ab ipsis religione, periculosissimae adolescentium animis 51. — Magistri scholarum seligantur ii quos probaverat Ecclesia 52. — Veterum Academiarum exemplum aemulentur hodiernae Universitates, sua religioni jura servantes : quod ut fieri possit, serventur in scholis mediis hæc religionis jura. Concordes sint hac in re Episcopi, ut ipsa prospere succedat 52. — Orationem concludit Pontifex exemplum B. Canisii revocans, atque exoptans ut habeant Episcopi dignos sui laboris socios, eos praesertim qui juventutem curant instituendam 53. — Hos iterum monet ut non scientiam tantum, sed et justitiam discipulos suos doceant quum uberrimi sint talis institutionis fructus 53. — Spem suam de Ecclesiae incremento ac juventutis bono Pontifex Deo committit Ejusque Matri, necnon B. Canisio, et benedicit 53.

12. ALLOCUTO ad Galliae opifices in urbem Peregrinatos, de re sociali. — 7 Augustus 1897. ... ... pag. 55

Gaudet Pontifex tot videns coram se congregatos filios Galliae dilectissimae, occasionemque nactus opportunam, pro constanti sua

sollicitudine de re religiosa necnon de re publica, hortatur adstantes opifices ut vitam ducant vere Christianam, eorumque devitent consortium qui rem socialem componere nituntur per sanctissimarum legum subversionem 55-56. — Adstantes sacerdotes laudat de opificum salute sollicitos, atque spe gaudet fore ut Episcoporum ductu pergant pauperiores in Ecclesia Dei majori complecti amore 56. — Hortatus iterum opifices ad sua strenue implenda officia, benedicit 57.

Archiepiscopum laudat Pontifex strenuum in vinea Domini operarium, valdeque probat ab ipso Concilium provinciale celebratum iri magno sane rei religiosae emolumento. Benedicit 58.

Reducendi ad Ecclesiam Matrem gentes ab ipsa divulsas studiosus Pontifex hisce litteris Ecclesiae Romanae conciliandam curat Britanniam 59. — Multos eximios viros hujus praeclarae gentis saluti intentos fuisse testatur, suamque ipsius piam de illa sollicitudinem exponit 59. — Archisodalitatem jam constituit pro ipsius ad fidem reditu, qua quidem de re sibi jam antea curam fuisse memorat; Sedem vero Societatis cur elegerit Sulpitianos aedes fusius explicat, atque exoptat ut per totum orbem propagetur 59-60. — Ipsam rite praesentibus litteris erigit, sub tutelaque collocat B. M. Virginis, S. Josephi, S. Petri, et S. Augustini Ep. 60. — Ejus jura definit, atque sodalibus concedit Indulgentias, etiam pro Defunctis lucrandas 61. — Praesentium litterarum auctoritatem vindicat 61.

Provinciam Campaniam Romanam Pontifex, ex ipsa oriundus, multa laude extollit 63. — Urbemque Anagniam in illa regione peculiari fulgere decore exponit ; ideoque in hac civitate condere statuit Institutum informandis Clericis ad majores disciplinas virtutesque sacerdotales : quodquidem ipsius reipublicae plurimum interesse ostendit 63-64. — Clericos non tantum virtutes sed et scientias colere debere nostra praesertim aetate fusius explicat, ideoque curavit suis sumptibus aedificandum Anagniae Institutum alumnis oriundis ex dioecesi Anagnina finitimisque regionibus. Tempore vero autumnalium feriarum vult aedes illas patere presbyteris exercitia spiritualia peracturis. Benedicit 65.

ciliatione dissidentium bene meritos, eisque stimulos addit ut, multis jam laboribus hac in re perfuncti, fructus plures in dies afferant, S. Augustino auspice. Benedicit 71-72.

Multum nostri interesse ut Mariam devote colamus probat Pontifex 1° ex eximio loco quo ipsam Deus statuit in ordine naturae, gratiae et gloriae ; atque 2° ex parte insigni quam ipsi tribuit Deus in Redemptionis humanae opere 73. — Almam matrem, Filii ejus exemplo, qui honore ipsam per totam suam vitam prosecutus est, Pontifex laudare gaudebit ad finem usque vitae, jamque morti proximus commendat fidelibus piissime colendam 74. — Adventante mense Octobri, iterum cultus Rosarii praestantiam proponit, illumque mensem pari ac Maium pietate erga Dei Matrem celebrandum esse ostendit 74. — De Rosarii sodalitate jam verba facturus, reprobatis impiorum societatibus, gaudet catholicorum coetus exortos esse nostra aetate plurimos, et probat, allatis Tertulliani verbis, non posse, nisi in charitate Christi societatem fraternam stabiliri 75. — Enumerat multiplicia coetuum catholicorum genera, quae quidem licet recenter inventa videantur, antiquissima esse evincit 75. — Loco insigni inter illos coetus ponit sodalitatem a S. Rosario ob ejus antiquitatem, privilegia, et vim insignem quam addit recitationi Rosarii 75. — Vim autem illam demonstrat exponendo efficaciam orationis quae publice, constanter et concorditer adhibetur : talis autem est sodalium S. Rosarii oratio : ita ut jure merito laudata sodalitas militiae precanti comparetur, sub divinae Matris vexillo daemonem omnesque errores debellanti : quod quidem luculenter testantur Annales Ecclesiae 76. — Cultum vero B. M. V., qui gloriam sodalitati atque virtutem addit, non obstare Dei dignitati ostendit Pontifex exponendo catholicam de cultu sanctorum doctrinam, quam verbis S. Thomae illustrat 77. — B. M. Virginem prae ceteris Sanctis colendam esse evincit, multumque ideo probat sodales B. M. Virginis cultui addictissimos 78. — Ipsos jam mysteria salutis in recitatione Rosarii recolentes assimilat Angelis quos quidem adhibuit Deus illorum mysteriorum nuntios et ministros ; unde maximam provenire sodalibus animi suavitatem ac fiduciam aeternae salutis testatur 79. — Memorat plures ex decessoribus suis laudatam sodalitatem commendasse fidelibus ; quorum motus exemplo, totius orbis Episcopos ad ipsam latius in dies propagandam hortatur 79. — Rosarium perpetuum iterum invalescere gaudet ; cujus extollit miram vim atque efficaciam 79. — Benedicit 80.

Laete recolit Pontifex vitae suae annos in Umbria actos, cum ipsi S. Francisci vita ante oculos passim obversaretur : unde se in maximam franciscalis Ordinis aestimationem venisse testatur 81. — Summo jam Pontificatu fungens, non minori quam antea studio curavit saluberrimum Ordinem Tertium propagandum, sat felici quidem successu 81. — Nunc vero amorem suum erga principem Franciscanum Ordinem, Minorum nempe familiam, testari cupit : qui quidem ad omne opus bonum a legifero Patre informatus, optime de Ecclesia meritus est 82. — Uberiores vero adhuc fructus salutis edidisset si salva inter Francisci filios permansisset unitas a Beato Patre constituta ac omni studio discipulis inculcata, ut ex verbis patet Thomae a Celano 82. — Exponit Pontifex illam a S. Francisco stabilitam concordiam fuisse temporis decursu deperditam, atque exortam esse in laudato Ordine tripartitam divisionem, *Observantium* nimirum, *Conventualium* atque *Capulatorum* : quos quidem singulos laudat Pontifex 83. — Integram manere volens Conventualium ac Capulatorum disciplinam, tractaturus est hisce litteris de iis tantum Ordinis alumnis qui praecipuo veniunt loco, ac *Fratrum Minorum* nomen a Leone X retinent acceptum : quos licet quadripartitos, unus tamen regit Minister generalis 84. — Horum vero, de Ecclesia bene quidem meritorum, juventutem renovandam Pontifex censet 84. — Ordines religiosos labente tempore paulatim relaxari historia testatur novumque ruinae periculum addit hodierna hostium in Dei Ecclesiam conspiratio 84. — Instaurationem quidem suam plures Ordines ipsi procurare conati sunt ; Minores vero quo minus hanc perficiant, ipsorum impedit virium disjunctio atque Ministri generalis haud perfecta potestas, necnon variarum Ordinis Sodalitatum variae utilitates, quae quidem controversias ut solet, aluere multas 85. — Popularem igitur Minorum Ordinem, nostra aetate oportunissimum, corroborandum censuit Pontifex ; suosque aemulans decessores de Ordinis prosperitate sollicitos, ipsum statuit ad priscam revocare constitutionis formam 86. — Nec a suo proposito dimovere Pontificem potuit consideratio de abolendis singulorum coetuum privilegiis, deque adstringendo toto Minorum Ordine uni disciplinae : utrumque enim sinunt circumstantiae praesentes 86. — Fusius explicat Pontifex sese in tanti re momenti lumen consilii exquisivisse ab ipsius Ordinis legatis, necnon a SS. CC. Ep. et Reg., et Prop. Fid. 87. — Re igitur rite perpensa, Ordinem Minorum ad unitatem perfectam revocat legibus hic appositis : 1° De Ordinis nomine et unitate 87. — 2° De singularibus Statutis ac privilegiis antea vigentibus 87. — 3° De vestitu 87. — 4° De Ordinis gubernatione 87. — 5° De Fratribus in Ordinem excipiendis 87. — 6° De iis qui his le-

Evincit Pontifex optime semper de Canadensibus meritam esse Ecclesiam, atque gaudet apud ipsos avitae religionis studium in posteris perseverasse per Episcoporum et sacerdotum vigilantiam atque labores; ideoque catholicorum Canadensium pietatem a se nuper affectam fuisse honorifico testimonio memorat 100-101. — Exposita Ecclesiae sollicitudine de adolescentibus ibi instituendis, non mirum esse edicit se per Delegatum suum detrimenta inquisisse quae modo catholicae Manitobensium adolescentulorum institutioni fuerunt allata 101. — Quae detrimenta jam exponit, varia pravarum scholarum genera reprobrans 102. — Fuse ostendit errare eos qui ad officia sua virtutesque volunt informare adolescentes, seposita religione, cum virtutum fundamentum sit ipsa religio 102. — Quo ex principio statuit catholicis agendi normam in re scholari, parentumque catholicorum jus esse asserit ut eorum liberis tradatur institutio catholicae religioni consona 103. — Probat Episcopos legi scholari in Manitobensi provincia latae obstitisse pro officio suo; dolet vero non fuisse bonos cives omnes, imo vero nec ipsos catholicos, concordes in nefaria lege impugnanda 104. — Legem vere postea latam ad sarcienda damna mancam esse queritur, atque expostulat ut omni ex parte juribus catholicorum consulatur 104. — Monita dat iis qui aptam rei componendae viam quaerunt 104. — Sperat vero aliquando catholicos totius voti compotes futuros 105. — In praesenti autem quomodo sese gerere pro rei gravitate debeant exponit 105. — Episcopos hortatur ut curent catholicas scholas omni disciplinae laude ornandas 105. — — Scriptores vero catholicos monet ut sint sui officii memores 106. — Benedicit. 106

Pro sua in Benedictinorum Ordinem benevolentia Pontifex fundato jam Anselmiano Collegio, decrevit praeclari Ordinis sodalibus et Collegium Athanasianum attribuere regendum 107. — Multum Ecclesiae interesse ostendit ut laudati Collegii alumni rite instituantur 107. — Primati Ordinis gerendam dat Collegii procurationem legibus hic descriptis. 1° De Aedibus et bonis Collegii. 2° De Rectore et Professoribus Collegii designandis. 3° De ipsorum officiis. 4° De Scholis ab alumnis Collegii celebrandis. 5° De disciplinis in ipso Collegio tradendis. 6° De ritu adhibendo in Sacris. 7° De Collegii status ratione reddenda 109.

Saepius antea Pontifex suam in Ruthenos benevolentiam testatus, decrevit jam ipsorum in Urbe Collegium rite constituere 110. — Aedes Collegio attribuendae jam coeptae sunt restaurari opitulante Austriae imperatore, ipsis vero perficiendis restaurandaeque Ecclesiae providet Pontifex, atque Collegium erigit ad leges hic descriptas 111. — 1° De Collegii dominio et regimine. 2° De Cardinali Collegii *patrono*. 3° De Collegii Praeside. 4° De gravioribus negotiis deque reddenda status Collegii ratione. 5° De Rectore Collegii coeterisque moderatoribus assumendis ex Societate Jesu. 6° De S. Liturgia in Collegio tradenda 111. — Sperat Pontifex optimos ex Collegio proventuros fructus, ac praesentium litterarum auctoritatem vindicat 112.

Ipsorum pietas filialis et fidelitas in S. Sedem laudatur 113. — Falso contenditur fidelitatem in Pontificem inimicitiam esse in patriam 113. — Qui ita sentiunt ducuntur egoïsmo effrenato, et mala parant patriae 113. — Excitantur nobiles ad constantiam et praxim bonorum operum, quia virtus christiana est clypeus in adversis 114.

Pontifex profitetur suam in consociationem Vincentianam benevolentiam 115. — Praesidis observantiam laudat et laetatur de incrementis societatis inter Anglos et inter operarios ipsos 115. — Benedictio 115.

Observantia quae exhibetur Pontifici Deo exhibetur ; quapropter laeti excipimus signa pietatis vestrae 116. — Populus externa manifestatione internam pietatem demonstrat, ideoque calumniis affectus fuit 116. — Sed Deus palam se praebet defensorem benevolum S. Sedis 116. — Causa calamitatum est defectus religionis ; at jam remedia divinae Providentiae spem ingerunt 117. — S. Collegio gratiae exhibentur et benedictio impertitur 117.

Nota sunt quae jam in vestram gratiam egerimus 214. — Et nunc Americae utilitati prospicientes, concilium congregandum decrevimus 214. — Pro vestra experientia statuendum erit de disciplina, de moribus, de concordia 214. — Consilium hoc suadebat assensus vester 214. — Quem ipsi locum, eligistis Romam, comprobamus 214. — Dolet Pontifex ex eo quod non poterit ipsos, sicuti vellet tractare ; denique mandat ut concilium indicatur atque benedicit 215.

Pontifex multum desiderat conversionem Angliae 216. — Gaudet de fructu jam obtento 216. — Iis qui, ministerio religioso relicto, omnium bonorum jacturam fecerunt, gratis aperitur collegium, quod « *a Venerabili Beda* » nuncupatum, constitutionibus legibusque instituit 216.

Laus pacis, quam Christus intulit quasi ceterorum bonorum fontem, quamque Belgis semper suasimus 221. — Discordia res bonae dilabuntur et malorum vis augetur 221. — Exhortatio ad unionem in bonum Patriae et Ecclesiae 221. — Constituatur coetus qui de concordia agat, ne bona acquisita perdantur et graviora mala inferantur 221. — Vult Pontifex ut Episcopi strenue atque benevolenter coetui allaborent atque benedicit 221.

INTRODUCTIO 223. — Pontifex eamdem benevolentiam quam in laude et admiratione professus est erga populum Americae, nunc in monitione caritatis exhibet ad extinguendas contentiones 223. — *Occasionem scribendi* praebuit liber de vita P. Hecker 223. — *Scopus epistolae* est : prospicere fidei et moribus 223. — PROPOSITIO 223. — *Fundamentum Americanismi* exhibetur : ad alliciendos dissidentes relaxetur regula credendi et disciplina vivendi 224. — PRIMA PARS 224. — Americanismum esse perversum ostenditur : A. Quoad doctrinam fidei *a)* Ex Vaticano Conc. : fidei doctrina infallibilis et immutabilis est 224. — *b)* Ex Scriptura et Conc. Vaticano : fidei doctrina in

fructus sperat quanto sint animi magis alacres, concordes et Sedi Romanae obsequiosi 261. — Mutuam suam benevolentiam profitetur et benedicit 261.

80. **CONSTITUTIO APOSTOLICA** de legibus congregationis anglo-benedictinae novandis. — 29 Junii 1899. pag. 262

Pergit Pontifex Anglo-Benedictinis curam impendere, quod quidem sui officii est 262. — Quae de unione Ordinis Minorum decrevit utiliter; haec et apud Benedictinos inducere cupit 262. — Movetur ex antiquis ipsorum meritis quae, nedum consenuerunt, augebuntur si disciplina opportune mutatur 262. — Re mature perpensa, Pontifex regimen Congregationis innovandum esse jusserat 262-263. — Obsequiosi, ut par erat, se praebuere Sodales; at expectationem fefellit exitus 263. — Novae constitutiones, iis dissentientibus qui ad hoc designati fuere, describi non potuerunt; itaque, quum litterae apostolicae effectu carent et periculum imminet caritati mutuae, re ad se vocata, ipse Pontifex constitutiones condit 263-264.

81. **EPISTOLA** ad Episcopum Massiliensem. De devotione erga SS. Cor Jesu. — 6 Julii 1899. ... ... pag. 271

Religionem Massiliensium in SS. Cor Jesu Pontifex diserte probat 271. — Haec devotio singulari titulo alligata est Galliae, in qua et originem sumpsit et, invitis inimicis, publica munificentia floret 271. — Haec religio, si retinetur, spes erit salutis 271.

82. **EPISTOLA** ad Sebastianum Georgium Schaeffer, Canonicum Coloniensem, Praesidem consociationis juvenum opificum. De opere Kolpingiano. — 7 Julii 1899. pag. 272

Opus a Kolping opportune excitatum, pro sua utilitate, mirifice excrevit 272. — Inde gaudet Pontifex de conditione opificum summopere sollicitus; optat nova incrementa, et benedicit 272.

83 **LITTERAE** de cultu SS. Cordis Jesu amplificando. — 21 Julii 1899. ... ... pag. 273

Praescriptis Pontificiis studiose obsecundatum est 273. — Describitur quid Romae, quid ubique factum sit atque debitae laudes solvuntur 273. — Fructus erunt: extensio Regni Christi, reparatio pro injuriis illatis 274. — Ad quos fructus augendos necessaria est perseverantia, ad quam hortatur S. Pontifex 274. — Itaque commendat opera pietatis per mensem junii et 1^{a} feria sexta cujusque mensis peracta, optatque ut sodalitia a S. Jesu Corde pro juvenibus instituantur 275. — Hoc Deo maxime gratum erit necnon ipsi juventuti perutile 275. — Res tamen relinquitur arbitrio Ordinariorum 276.

in Consiliis evangelii divinitus traditis ad consequendam perfectionem; probatur ab Ecclesia cujus ornamentum extat 460. — Vota religiosa sunt res sacra et fons virtutum 460. — Regula civitati nihil nocet, et religiosi, favente libertate, Ecclesiae adjumento fuere ; imo de ipsa civitate bene meriti sunt, utpote qui omnigenae civilisationis operarii fuere 460-461. — Clero saeculari cooperatores pacifici extitere 461. — Eorum merita in dubium vocari non possunt 461. — *B. Ordinum religiosorum utilitas ostenditur in specie quoad Gallos* 461-462. — Inter ceteros eminent Religiosi Galli sive quoad educationem juventutis sive quoad opera charitatis, de quo omnes conveniunt 462. — Semotis Religiosis in periculum vocatur prosperitas et pax civitatum 462. —Eorum activitas et abnegatio pacifico modo longe lateque spargit nomen Patriae, religionem, civilisationem, scientias 462-463. — Galliae protectoratus necnon influxus maxime in orientem zelo debetur missionariorum 463. — *C. Nefas est Religiosis bellum inferre* 463. — Ut ipsis ingratitudo, sic Patriae infertur nocumentum si propagationis via praecluditur; nec emolumento Patriae prospicitur si persecutio excipit solos missionarios, quorum vocatio extinguitur necnon auctoritas destruitur 463-464.—Imo religiosos persequi adversatur Ecclesiae libertati pacto solemnizatae, ipsius missionem domi forisque impedit, et extraneis campum aperit 464-465. — Religiosis bellum inferre pacificis, benemeritis, repugnat ipsi Galliae constitutioni in alias societates benignae 465. — *D. Objectionibus satisfit* *I.* Jura cleri saecularis laeduntur minime a regularibus : utrobique vigilat Ecclesia ; simul injuria contenditur clerum saecularem in regularem offensum esse 465-466. — *II.* Ex divitiis eorum contra religiosos arguere nefas est 466. — a/ honeste et legitime possident, b/ possessiones in bonum publicum tendunt 466. — Responsio generalis : Si difficultates verae essent injustum est inconsulta Ecclesia quidquam decernere 466. — Conclusio : Quotquot rectae sanaeque mentis sunt objurgantur 1/ ne religiosos adeo utiles removeant, 2/ne legibus injustis libertati et conscientiae vim inferant in detrimentum ipsius reipublicae 466-467. — Protestatur Pontifex de sua in Gallos sollicitudine et denique tandem meliora sperat 467. — Episcopis suas obligationes praedicat et benedicit 467.

154. **LITTERAE APOSTOLICAE** de extensione Jubilaei ad universum Catholicum Orbem. — 25 Dec. 1900. pag. 468

Profitetur Pontifex suum gaudium et spem ex Jubilaei successu in Urbe 468.—Ipsum extendit per semi-annum ad universum orbem 648. — Exinde salutares fructus sperat, confidens in diligentia fidelium et episcoporum 468-469. — Quinam et quibus conditionibus lucrari possint jubilaeum atque praesertim de Ecclesiarum visitatione 469.